

JOSEPHI PITTON TOURNEFORT AQUISEXTIENSIS,

Doctoris Medici Parisiensis, Academiæ Regiæ Scientiarum Socii, & in Horto Regio Botanices Professoris,

INSTITUTIONES REI HERBARIÆ.

Editio Tertia, Appendicibus aucta ab ANTONIO DE JUSSIEU *Lugdunæo, Doctore Medico Parisiensi, Botanices Professore, Regiæ Scientiarum Academiæ, & Regiæ Societatis Londinensis Socio.*

TOMUS PRIMUS.

Lugduni juxta Exemplar

PARISIIS,

E TYPOGRAPHIA REGIA.

M. DCCXIX.

LUDOVICO MAGNO.

I quid utilitatis ex hoc qualicumque laborum meorum monumento poterit aliquando proficiſci, id totum immortalibus tuis, REX MAXIME, erga Litteratos beneficiis acceptum

referri debet. Fecisti quippe quod olim Alexander ille Macedo ; cujus magnitudinem , non rebus tantùm bello gestis , sed egregiâ etiam in homines bonis artibus deditos liberalitate superasti ; ut , quemadmodum armis tuis omnium Regnorum claustra , ita & Gallorum ingeniis Naturæ omniparentis arcana omnia recluderentur. Noluisti, cùm tot victoriis Maximus orbe toto prædicareris , novâ benevolentiâ non optimus etiam videri. Jam antè Regiam Scientiarum Academiam institueras , diligentissimum & acutissimum quemque naturæ scrutatorem in eam adsciveras , & haud pœnitendis vigiliarum suarum præmiis , ad illustrandam Historiam naturalem accenderas : sed cùm tot tamque solertibus viris speculandi ma-

teriam brevi defuturam arbitrarere, nisi è longinquo peteretur; jussu tuo Alpium juga, Pyrenæorum saltus, Hispaniæ recessus, ericeta Lusitaniæ, Britanniæ colles, & Belgii prata peragravi; plantarum genera formasque inspexi, vires & potestates exploravi, ne quid, quod salutiferum homini foret, posset, Te regnante præteriri. Et quoniam tot peregrinationibus meis fortuna tua non improsperos exitus dedit, alias mihi subinde & multò remotiores injungis, ut nulla pars terrarum expers sit tuæ singularis in populos tibi commissos curæ, atque Gallorum vel saluti vel gloriæ Orientalis etiam plaga deserviat. Propediem igitur in viam me daturus nihil antiquius habui, quàm ut sub auspiciis Tuis iterum prodiret in publicum usum

hic meus conatus, auſpicio atque imperio Tuo ſuſceptus; & hoc Regiæ Tuæ cùm in meipſum, tum in Rei Medicæ ſtudioſos, tum etiam in univerſos homines, munificentiæ ſpecimen extaret. Vovet, dicat & conſecrat,

MAJESTATI TUÆ,

Pariſiis Kal. Febr.
An. M. D C C.

Paratiſſimus ad omnia, devotiſſimus,
atque humillimus ſubditus & ſervus,
JOSEPHUS PITTON TOURNEFORT.

TURNEFORTII VITA.

JOSEPHUS PITTON TOURNEFORT Aquis-Sextiis urbe in Gallo-Provinciâ primariâ natus eſt quintâ Junii die anni 1656. Patre Pitton Equite Aquenſi, loci dicti *Tournefort* Domino, & Ademarâ Fagouë Nobili Pariſinâ Stirpe oriundâ.

Parentum juſſu, linguæ latinæ in RR. PP. Societatis Jeſu Gymnaſio Aquenſi operam navavit, ubi dùm ſcholaſtico penſo dicatum tempus in ſuburbanis ambulationibus interdum conſumeret, jam tùm indolem ad Plantarum indagationem prodebat.

Ætatem mox incuſabat teneriorem per quam ex inferioribus ſcholis emergere non liceret, ac totum ſe Philoſophiæ addicere; ſed ei jam addictus, quantùm à ſincero ipſius naturæ ſtudio alienam eſſe ſuſpicaretur, non diſſimulavit. Unde, Theologiam quæ eâ nititur, averſatus, conſilio Parentum qui eum Eccleſiaſtico ordini deſtinarant, ſeſe ſubduxit.

Patre itaque anno 1677. defuncto, Phyſicæ quam tacitè deperibat, tunc apertè ſe dedit, Botanices quæ non ignobilior ejus eſt pars illecebris tractus.

Quum verò Hortum Pharmacopæi cujuſdam popularis extra urbis pomæria ſitum, ruraque circumjacentia brevi exhauſiſſet: jam ſui juris factus, ignotorum appetens ad Alpium juga iter capeſſit, unde permultas ſtirpes exſiccatas retulit, quæ prima ἐυμεπακομίσου viridarii rudimenta fuere.

*

Sequentibus annis Medicorum Athenæum Monſpelium petiit, ubi æmulum nactus illuſtriſſ. D. Chirac, Anatomiæ, Chymiæ, ac cæteris medicinæ partibus totum ſe tradidit, ita tamen ut quicquid otii ſupererat, Plantarum indagatio omnino ſibi vindicaret.

Favebat illic tam ardenti ſtudio Hortus Henrici IV. Galliarum Regis munificentiâ exſtructus, invitabat ager Auctorum celeberrimorum ſcriptis commendatiſſimus, compellabat Petri Magnol, eximii inter ætatis ſuæ Botanicos viri quo uti familiariter ei dabatur, exemplum.

Anguſtioribus ſibi jam viſis Monſpelienſibus campis, Gebennas, Pyrenæoſque montes ac Barcinonenſem tractum perluſtrare aggreſſus eſt. Ut erat corpore validus, ſitis famiſque patiens, ac cœli tempeſtatibus aſſuetus, aviis dum ſeſe locis inhoſpitiſque facilius committit, in montanos prædones incidit, qui excuſsâ ſarcinâ ubi nihil præter aliquot herbas ſiccas & panem ſubnigrum invenere, ſpoliatum reliquerunt.

Maximâ anni 1681. parte in peregrinationibus Botanicis peractâ, Monſpelium redux herbarium ſuum amplâ acceſſione locupletavit. Inde Aquas Sextias repetiit, ubi collectas undequâque omnis generis ſtirpes in ordinem digeſſit, eoque theſauro quam aliâ quâvis poſſeſſione lætior, Lutetiam virorum quovis ſcientiarum genere illuſtrium patriam migravit.

Botanice tunc Pariſienſis Guidonem Creſcentium Fagon ſtudioſum ſui unum ac fautorem habebat: Ut erat Reginæ Archiater & in Horto Regio Profeſſor, officii medici muniis ſimula & publicis plantarum demonſtrationibus vix poterat perfungi. Obtulit ſe ultrò Joſephus Pitton, quem, brevi cognitis ejus indole & peritiâ, omni poſthabitâ æmulatione (quæ non minima Archiatri fuit laus) vicarium ſui muneris anno 1683. Horto Regio præfecit.

Ut nullus erat tali muneri eo aptior, ſic nullum munus ad quod ipſe foret magis idoneus. Rem probavit Botano-

philorum frequentia qui verno tempore undequâque Lutetiam confluentes non modo demonstranti in Horto Regio aderant, sed & campos Parisienses lustrantem turmatim æstate fervente sectabantur.

Nec patronum pœnituit viri adeò omnibus accepti; imò arti simul & artifici quantum potuit velificatus est. Quare ut Exoticarum Stirpium notitiam promoveret, eum in Hispaniam, Lusitaniamque anno 1688. in Bataviam posthac, tum in Angliam, Plantas in his Regnis indigenas & Gallis minus cognitas exquisitum misit, ut & eas accuratiùs in solo naturali educatas nosceret, & in Hortum Regium transferendas curaret.

Ut increscebat fama, ita quoque honorifico stipendio auctus est. Instauratâ vero anno 1692. Regiâ scientiarum Academiâ, Illustrissimique Abbatis Bignon curæ commissâ, primus novos inter socios designatus est, Rege sic probante, qui Guidonis Crescentii Fagon tunc Archiatrorum Comitis assiduo præconio magis ac magis notum humanissime excepit, quum insigne Botanicorum Elementorum gallicè editorum opus anno 1694. Majestati ejus consecraret.

Anno 1698. plaudenti Parisiensium Medicorum ordini adscriptus, optimè de iis & de Reginâ urbe meritus est, Editâ etiam gallicè stirpium circà Parisios nascentium earumque virtutum Historiâ, quâ luculenter declaravit se genuinum in Medicinâ faciendâ Plantarum usum haud minus quam earum cognitionem callere.

Quum verò Botanicorum Elementorum opus gallicè scriptum, famâ tenùs exteris gentibus notum, maximum eis desiderium moveret; novam illorum Editionem latino idiomate eamque valdè auctam emisit, quæ Typis Regiis eleganti formâ prodiit anno 1700. Mox jussu Regio in oras Orientales, Claudio Aubriet Gallo-Campano & pictore insigni, & Andreâ Gundelio Medico Germano rei herbariæ studiosissimo comitibus, iter suscepit.

Intra biennium non Insulas Archipelagi solum, in quibus

Plantæ à Dioſcoride & Galeno deſcriptæ naſcuntur, emenſus eſt, ſed & Propontidis littora, Bithyniam, Pontum, Cappadociam, Armeniam, Georgiamque ad Perſarum uſque limites peragravit; & ne ulla tam brevis conceſſi ad tantum iter conficiendum ſpatii particula inaniter abſumeretur, non eadem loca relegens, ſed per Galatiam, Myſiam, Lydiam, Ioniamque rediit.

Smyrnam tandem advenit, Syriam, ac Ægyptum inviſendi deſiderio flagrans, ſed audito nuntio cùm graſſantis in regionibus illis peſtilentiæ, tùm gravis morbi in quem laborans calculo Fagonius inciderat, Galliam tantum cogitavit.

Pariſios redux circa anni 1702. menſem junium, ab itineris labore ad alium, Demonſtrationum ſcilicet Botanicarum curriculum, confeſtim tranſiit, quo defunctus medicinæ faciendæ ſe reddidit, horiſque ſubſecivis Inſtitutionum ſuarum Corollarium, ubi novarum Plantarum nomina trecenta ſupra mille ad genera à ſe conſtituta revocantur, conſcripſit, quod anno ſequenti Typis Regiis editum eſt.

Deinde vero ſelectas, ut ita dicam, totius naturæ manubias, quas è regionibus peragratis ſecum aſportarat, recognovit ac variis capſulis ſecundùm genera condidit, tumque inſtitutas à ſe per itinera in Geographicis & Hiſtoricis, perindè ac in Botanicis obſervationes in ordinem digeſſit, eaſque iconibus illuſtratas ad prælum apparavit. Circa hæc tempora Turnefortius, medici Lectoris ac Profeſſoris in Regio Galliarum Collegio munere fuit ornatus.

Porrò quum viri jam toto orbe litterario celeberrimi ſtudium congerendæ ex quibuſvis rebus naturalibus ſuppellectilis innotuiſſet; Certatim ad eum undequaque miſſæ fuerunt Conchyliorum, Exùviarum animantium, Concretionum, Lapidum, Metallorumque innumeræ ſpecies, eâ ſanè copiâ ut tandem in ampliſſimum hiſtoriæ naturalis Gazophylacium ea domûs pars quam incolebat, mutata ſit, velut in Erudito-

rum omnigenarum, Magnatum, ipſorumque Principum oblectationem exſtructum.

Vix tot opibus, nominis celebritate, Regiiſque muneribus frui dabatur, cùm plauſtro rapidè acto in vico parieti impactus, ex pectore violenter contuſo cruorem ſtatim exſpuit; à ſputis cruentis purulentiſque in febrem & marcorem incidit, quibus quinto vel ſexto ab ictu menſe conſumptus, vitâ ceſſit anno 1708. Novembris die 28.

Botanicorum omnium ſuæ ætatis, ut & eorum qui ante vixerunt, princeps merito habendus, famâ ſuâ vivus etiam fruitus eſt: Ejus ſiquidem in Botanice præſtantiam palàm agnoverunt viri huic ſtudio maxime dediti quibuſcum neceſſitudo illi intercedebat.

Hos inter apud Batavos fuere celeberrimus Paulus Hermannus, tum Petrus Hotton, in Academiâ Lugduno Batavâ Medicinæ & Botanices Profeſſores; Commelinus, Botanices Profeſſor Amſtælodamenſis, & Ruyſchius, Anatomes & Rei Herbariæ Profeſſor in eâdem urbe. Inter Anglos D. Hans Sloane, Medicus Londinenſis inſignis, rerumque naturalium ac exoticarum ſtudioſiſſimus, & D. Guillelmus Sherard, Nationis Anglicanæ negotiis apud Smyrnenſes olim præpoſitus, amicus & Botanicus ſingularis. Ex Hiſpanis Jacobus Salvador, Pharmacopæus Barcinonenſis, peritiſſimus & diligentiſſimus herbarum indagator. Ex Italis Comes Marſiglius, Hiſtoriæ naturalis ſtudio deditiſſimus. E Germanis D. Auguſtus Quirinus Rivinus, Lipſienſis Medicus & Botanicus peritiſſimus. Inter Helvetios Lavaterus, Medicus & Chirurgus experientiſſimus.

In variis Galliæ Provinciis Petrus Magnol, Medicinæ Profeſſor, Niſſolius, Doctor Medicus, Botanici Monſpelienſes celeberrimi; D. Garidel, D. Fouque Medicinæ Profeſſores, D. de Beaumont Gallo Provinciæ Procurator, Aquenſes, Reique naturalis ſtudioſiſſimi; D. Berard, Abbas Gratianopolitanus, avorum in Rei herbariæ peritiâ ſucceſſor; D. Joannes-Baptiſta Goiffon Medicus Lugdunenſis, non minus in

praxi medicâ quam in Botanicis verſatiſſimus.

Pariſiis verò Magnates inter patronos inſignes Turnefortius habuit Marchionem de Louvois ſupremum Rei militaris ac ædificiorum Regiorum curæ præpoſitum, D. Phelippæum Comitem de Pontchartrain, Rei Nauticæ Academiiſque Præfectum; D. Abbatem Bignon cujus propria ſemper erit laus Rem Litterariam quoquo modo fovere & amplificare.

Quid Creſcentium Fagon, Archiatrorum Comitem iterum etiam memorabo? qui Turnefortio Botanici ſtudii promovendi locum præbuiſſe ſibimet ſæpius gratulatus eſt, ut ipſe teſtatum palàm reliquit in encomio Turnefortii, quo librum ejus de Plantis circà Pariſios naſcentibus decoravit.

Operum quæ publici juris fecit Turnefortius, proùt edita fuerunt, hic ordo eſt.

Elementa Botanices, ſeu Methodus Plantas cognoſcendi. Pariſiis, Typis Regiis 1694. in 8.° 3. vol.

Elemens de Botanique, ou Methode pour connoître les Plantes. A Paris, de l'Imprimerie Royale. 1694. *in* 8.° 3. *vol.*

De Optimâ Methodo inſtituendâ in Re Herbariâ, ad ſapientem virum Guillelmum Sherardum generoſum Anglum, Rei herbariæ peritiſſimum Epiſtola, in quâ reſpondetur Diſſertationi D. Raii de Variis Plantarum methodis. Pariſiis 1697. in 8.°

Hiſtoria ſtirpium circà Pariſios naſcentium, cum viribus ac uſibus earum medicis. Pariſiis è Typographiâ Regiâ, 1698. in 12.° abſque Iconibus.

Hiſtoire des Plantes qui naiſſent aux environs de Paris, avec leurs uſages dans la Medecine. A Paris de l'Imprimerie Royale. 1698. *in* 12.°

Inſtitutiones Rei Herbariæ; Editio altera Gallicâ longè

auctior, quingentis circiter tabulis adornata. Parisiis è Typographiâ Regiâ. 1700. in 4.° 3. vol.

Corollarium Institutionum Rei herbariæ, in quo Plantæ 1356. Ludovici Magni munificentiâ in Orientalibus Regionibus observatæ recensentur, & ad genera sua revocantur. Parisiis è Typographia Regia. 1703. in 4.°

Peregrinationis Orientalis Regio jussu susceptæ Descriptio, antiquam & recentem plurimarum Archipelagi Insularum, urbiumque ac locorum celeberrimorum historiam continens, una cum Descriptionibus, & Iconibus Herbarum ac Animalium, multisque raris observationibus ad Naturalem Historiam attinentibus. Parisiis Typis Regiis 1717. in 4.° 2. vol.

Relation d'un Voyage du Levant, fait par ordre du Roy, contenant l'Histoire Ancienne & Moderne de plusieurs Isles de l'Archipel, les Plans des Villes & des Lieux les plus considerables, & enrichis de Descriptions & de Figures de Plantes, d'Animaux & de plusieurs Observations singulieres touchant l'Histoire naturelle. A Paris de l'Imprimerie Royale. 1717. in 4°. 2. vol.

Eadem, Lugduni Gallorum Edita. 1717. in 8.° 3. vol.

La même Relation imprimée à Lyon, in 8°. 3. vol. 1717.

Descriptionis hujusce Tomus prior dùm vitam agebat, typis excusus est, alter vero post ejus obitum ad autographi fidem prælo mandatus est.

Opera autem quæ ab auditoribus ejus dùm viveret, vel ab iis post ejus obitum publicata fuere, sunt.

Schola Botanica, sive Catalogus Plantarum quas ab aliquot annis in Horto Regio Parisiensi studiosis indigitavit Josephus Pitton Tournefort, &c. huic Indici additus est Pauli Hermanni Paradisi Batavi Prodromus. Amstelædami apud Henricum Wetstenium 1689. in 12.°

Materia Medica seu Descriptio, vires, usus & Analysis Chy-

Materia Medica, or, a Description of simple Medicines general-

mica ſimplicium Medicamentorum, ab ore Turnefortii docentis excepta & è ſermone latino in Anglicum tranſlata. Londini apud J. H. & Andræam Belle 1708. in 8°

ly us'd in Phyſick Written originally by the learned Monſieur Tournefort. Faithfully tranſlated into English. London, by J. H. for Andrea Bell. 1708. in 8.°

Tractatus de Materiâ Medicâ, ſeu Hiſtoria, Uſus & Analyſis Chymica ſimplicium Medicamentorum. Opus poſthumum in lucem editum à D. Beſnier D. Med. Pariſienſi. Pariſiis apud Laurentium d'Houry 1717. in 12.° 2. vol.

Traité de la Matiere Medicale, ou l'Hiſtoire & l'uſage des Medicamens & leur Analyſe Chymique. Ouvrage poſthume de Mr Tournefort, &c. mis au jour par Mr Beſnier Docteur en Medecine de la Faculté de Paris. A Paris chez Laurent d'Houry. 1717. in 12°. 2. vol.

Series opuſculorum Turnefortii quæ in Acta Regiæ ſcientiarum Academiæ relata ſunt.

Deſcriptio Fungi prægrandis & rariſſimi, pag. 89. Actorum 1692. Typis Regiis, in 4.°

Deſcription d'un Champignon extraordinaire. pag. 89. des Memoires de 1692. de l'Imprimerie Royale, in 4.°

Commentatio Phyſica de hujuſce Fungi generatione, pag. 105. Eorumdem Actorum.

Reflexions Phyſiques ſur la production de ce Champignon. pag. 105. des mêmes Memoires.

Conjecturæ de uſibus vaſorum in quibuſdam plantis, pag. 161. Eorumdem Actor.

Conjectures ſur les uſages des vaiſſeaux dans certaines plantes, pag. 161. des mêmes Memoires.

Obſervationes Phyſicæ ſuper muſculis quarundam ſtirpium, pag. 152. Actor. anni 1693. Typis Regiis editorum in 4.°

Obſervations Phyſiques touchant les muſcles de certaines Plantes, pag. 152. Memoires de 1693. de l'Imprimerie Royale, in 4.°

Tamarindorum hiſtoria, pag. 69. Actorum 1699. Pariſiis apud Joannem Boudot editorum, in 4.°

Hiſtoire des Tamarins, pag. 69. des Memoires de 1699. A Paris chez Jean Boudot, in 4.°

Obſervationes circa Plantas in Maris fundo naſcentes, pag. 27.

Obſervations ſur les Plantes qui naiſſent dans le fond de la Mer.

Actor.

Actor. 1700. apud J. Boudot.

Collatio Analyſεων Serici crudi, Salis Ammoniaci & Cornu Cervi, pag. 71. Eorumd. Actor.

Deſcriptio Perſicariæ Orientalis, Nicotianæ folio, calyce florum purpureo. Cor. Inſt. R. Herb. 38. pag. 302. Actor. 1703. apud J. Boudot.

Deſcriptio duarum Chamærhododendrων ad oras Ponti Euxini obſervatarum, pag. 345. Actor. 1704.

Inſtitutio quorumdam novorum generum Plantarum, qualia ſunt Morſus Ranæ, Meniſpermum, Chryſanthemoides, Chamæbuxus, Camphorata, & Ficoides, pag. 234. Actor. 1705.

Deſcriptio Caryophylli Sinenſis, pag. 264. Actor. eorumd.

Obſervationes ſuper Plantarum morbis, pag. 332. Actor. eorumd.

Appendix ad Inſtitutionem quorumdam novorum generum Plantarum, qualia ſunt Gale, Orobanchoides, Ternatea, Luffa, Diervilla, Chelone, Valantia, Lavatera, Methonica, Conyſoides & Solanoides, pag. 83. Actor. 1706.

Obſervationes circa generationem & culturam Fungorum, pag. 58. Actor. 1707.

pag. 27. des Memoires de 1700. chez J. Boudot.

Comparaiſon des Analyſes de la Soye, du Sel Ammoniac & de la Corne de Cerf, pag. 71. des mêmes Memoires.

Deſcription du Perſicaria Orientalis, Nicotianæ folio, calyce florum purpureo, Cor. Inſt. R. Herb. 38. pag. 302. des Memoires de 1703. chez J. Boudot.

Deſcription de deux eſpeces de Chamæ-Rododendros, obſervées ſur les Côtes de la Mer noire, pag. 345. des Memoires de 1704.

Eſtabliſſement de quelques nouveaux genres de Plantes, tels que le Morſus Ranæ, Meniſpermum, Chryſanthemoides, Chamæbuxus, Camphorata, & le Ficoides, pag. 234. des Memoires de 1705.

Deſcription de l'Oeillet de la Chine, pag. 264. des mêmes Memoires.

Obſervations ſur les maladies des Plantes, pag. 332. des mêmes Memoires.

Suite de l'Eſtabliſſement de quelques nouveaux genres de Plantes, tels que le Piment Royal, l'Orobanchoides, Ternatea, Luffa, Diervilla, Chelone, Valantia, Lavatera, Methonica, Conyſoides & le Solanoides, pag. 83. des Memoires de 1706.

Obſervations ſur la naiſſance & ſur la culture des Champignons, pag. 58. des Memoires de 1707.

Defuncto Turnefortio de ejus vitâ in publicis Academiæ Comitiis perpetuus Scriba egregiam, ut ſua omnia ſolent eſſe, orationem recitavit quæ in actis anni 1708. pag. 143. exſtat.

Et ne quid eorum quæ ad tantum virum ſpectant, prætermittam, habetur etiam ejus Elogium in Epiſtolâ ad Illuſtriſſimum virum D. Begon Rebus Maritimis in Rupellenſi orâ Præfectum, à Lautherio cauſarum in Curiis Pariſienſibus Patrono, Gallice ſcriptâ & editâ Pariſiis apud J. B. de Leſpine anno 1709. in 4.°

JUDICIUM DE TURNEFORTII METHODO.

NOVARUM in dies cognitarum ſtirpium multitudo, ut Botanicen inſigniter locupletabat, ita quoque majore ac majore difficultate hanc cognitionem videbatur obſtruere. Jam enim Antiquorum rationes innumeris ferè à ſe incognitis Plantis adhiberi diſcernendis nequaquam poterant, nec ſolum infidæ ſed curtæ etiam omnino deprehendebantur. Tam multiformis itaque partium organicarum in tot individuis ſtructura, tanta in ſingulis figuræ, magnitudinis, colorum, odorum ſaporumque varietas, juſta nimis erat cauſa cur vel in ipſo limine deterrerentur qui Botanices ſtudio maxime etiam flagrarent.

Notiones igitur adeò multiplices à ſe invicem ſecerni oportebat, ut fatiſcenti memoriæ conſuleretur: alia autem huic confuſioni medendi ratio non poterat excogitari, niſi ea quæ ſimilitudines quaſdam comparando, tot diſſimilia in certum quemdam ordinem adduceret.

Porro quis ille ordo, unde peti, quove referri debeat? hoc opus, hic labor eſt.

Inanis jam dudum agnitus qui ab exterioribus Plantarum figuris.

Fallebat alter à quatuor anni tempeſtatum varietate depromptus, quum eaſdem quas ver producit Plantas, autumno etiam naſci; quaſque æſtate ſolum gigni credebatur, eas & vere procreari conſtaret.

Non minus infida ſitûs ſolive patrii habita ratio, ex quo tempore montanas in ſylveſtribus, paluſtres in arvis, agreſ-

tes in Hortis ali experientia quotidiana edocebat, & ejusdem generis esse Plantas quæ Italicæ, Cræticæ, Lusitanicæ, Indicæque nuncupabantur, utpote quæ alibi passim nascerentur.

Ad utilitatem verò minus quam ad vanitatem comparatus videbatur ordo qui stirpes ab Auctorum, qui eas primi cognoverant, nominibus indicandas præbebat.

Perspecta harum distinctionum ad Plantarum cognitionem futilitate, ex multiplici foliorum situ, figurâ & colore aliam nonnulli qui sibi acutiores visi sunt deprompsere; sed eos haud minus delusos esse liquet, quum eadem genera foliis alio atque alio modo positis figuratis coloratisque observentur, quod eis conspicuum erat in Ranunculis, Geraniis, Malvis, Poliis, Horminis &c. quorum folia generum aliorum foliis plane essent similia; unde & nonnisi stirpium partes mutabiles & minus necessarias habenda esse evictum est.

Ad radicum alii differentias confugi tutò non posse brevi agnoverunt, visâ etiam permultarum diversi generis inter se similitudine, quæ nusquam magis obvia est, quam inter Asphodelum & Oenanthen, Cyclamen & Bulbocastanum.

Se quoque graviter hallucinatos fateri non pudebit eos quibus discriminum à saporibus odoribusque deducendorum ratio arrisit, ubi explorata fuit habitûs, figuræ & magnitudinis varietas, atque virium repugnantia inter herbas sapore ac odore similibus pollentes, ut inter Scordium, Alliariam, Thlaspi, Myagrique genera singula Allium redolentia; inter Acetosam, Berberim, Ribem, Granatum malum, Citreumque acido sapore donata; inter Absinthium, Fumariam, Centaurium minus, Aloen, Gentianam, Cichorium sylvestre amaro sapore prædita.

Quid etiam sub ipsâ utilitatis specie operosum magis quam illa quarumdam secundùm virtutes stirpium dispositio, quæ tantum abest ut ad illarum cognitionem deducat, quin potius ei acquirendæ obsit, quoniam hæc ipsa cognitio quæ

debet antecedere, præpoſtero ordine alteri ſubjicitur : omnino deinde aliud eſt Plantas cognoſcere, aliud earum uſum callere.

Ab immutabilium igitur Plantæ partium ſtructurâ diverſorum generum diſcrimina peti debere potius viſum eſt. Quidpiam olim ſimile excogitaverat Cæſalpinus, quod Fabius Columna & Geſnerus proſecuti fuerant, quodque ſequentibus Botanographis non ſapuerat, ſi unum Joachimum Jungium excipias, qui in Phytoſcopicâ ſuâ Iſagoge maxime habendam florum fructuumque figuræ rationem ſtatuit. Sed ex his fundamentis artem noſtram exſtruere, eamque innumeris obſervationibus exornare, ac fere perficere ſoli Turnefortio conceſſum fuit.

Quis enim anteà ſagacitate fuerat eo præſtantior? Quis obſervationum numero locupletior? Quis diuturno rerum uſu, repetitis itineribus, indefeſſo labore experientior evaſerat? Is itaque vir ſingulis Plantarum partibus diligentiſſime circumſpectis, nihil radicum, foliorumque figurâ, horum etiam ſitu atque ordine in individuis ejuſdem generis magis diverſum eſſe compertum habuit; contra vero in Floribus ac Seminibus ſibi magis conſtantem permulto plura individua, ſtructuram deprehendit; indeque Plantarum diſtributionem arceſſendam exiſtimavit. Ex floribus itaque ceu primis quæ ſeſe oculis ingerunt partibus, claſſes (ſic vocat ſumma genera) ex Fructibus vero ac Seminibus genera claſſibus ſubjecta inſtituit, quorum unum quodque ſexcentas ſpecies à cæterarum partium varietatibus petitas amplecteretur.

Botanices ſic compoſitæ nemo eſt qui emolumenta non videat: nulla ſiquidem ratio verior ac certior quùm propoſiti Plantarum quarumlibet characteres ex ipſâ naturâ ſint expreſſi; nulla perceptu facilior, quandoquidem in rerum quæ paſſim obviæ ſunt aſpectu & figurarum inter ſe comparatione verſatur; nulla expeditior, ideoque memoriæ accommodatior, quæ triplici tantum diviſione conſtet; nulla uberior quæ nimirum Plantas etiam in poſterum detegendas com-

plectatur; nulla denique discentibus aptior, quùm nullo præeunte magistro, absque aliùs cujuscumque scientiæ auxilio Planta quælibet sub alio sole nata ac nondum visa ad genus classemque suam referri, indeque cognosci queat.

Sed ut sunt hominum ingenia, non defuerunt inter æquales Turnefortii qui nascentem suam methodum impugnarent, aliâ jam pro captu ingenii concinnatâ, quùm novum in Botanicen invehendum ordinem omnino esse intelligerent.

In Methodo Turnefortianâ illud imprimis improbabant, quod à floribus stirpium parte minùs diuturnâ, rariusque ob breve ævum inspiciendâ classium suarum divisionem peteret: Grave siquidem Botanophilis incommodum fore pertendebant non habere quo tempore flore orbata est, unde Planta agnoscatur.

Joannes Raius hos inter celeberrimus, ac optimè de Re Herbariâ in Angliâ meritus, hujus incommodi cavendi causâ non à floribus tantum, fructibusve, sed etiam à foliorum, caulium, radicumque tanquam partium organicarum figurâ, earumque colore, odore, sapore ac totius Plantæ facie exteriori sumenda esse genuinæ methodi principia affirmabat.

At ille Carybdin fugiens, in Scyllam incidit, dum enim ex tanto rerum numero generum characteres effingit, brevitas & perspicuitas suam methodum destituunt, quæ aliàs angustior est, quam ut Plantas numquam descriptas, deincepsque inveniendas admittere queat. Quare errore cognito, meliori Turnefortii Observationum parte imbutum non piguit methodum suam iterum atque iterum ad incudem revocare.

Aliud idque forsan levius Turnefortio objiciebatur, eum nempe relictis antiquorum divisionibus stirpium in Pomiferas, Bacciferas, Scandentes, Spinosas, Coniferas, Frumentaceas, Bulbosas, Oleraceas, Capitatas, Corymbiferas, Verticillatas, Stellatas, Asperifolias &c. novitati magis quam utilitati studuisse, dum notionibus jam acceptis novas florum Cam-

paniformium; Personatorum, Labiatorum, Cruciformium, Rosaceorum, Liliaceorum, Flosculosorum, Semiflosculosorum, Radiatorum &c. Classes substituit.

Reprehensionem hanc sprevit Turnefortius: tutabatur novam suam distributionem ipsa partium organicarum à quibus desumebatur, præ cæteris excellentia atque singulis in generibus stabilis & constans structura, quæ sola innumeris ferè Plantis à se invicem distinguendis hodie par esse queat, quùm inopi olim Botanice mera puraque figuræ exterioris consideratio sufficere potuerit: haud secus atque in ordinandâ Bibliothecâ libri si pauci sint numero, faciliùs siquidem secundum formæ magnitudinem; rectius verò ubi majori copiâ affluunt, ex rerum quas tractant naturâ disponuntur. Quantùm autem adjumenti studentibus affert ea Bibliothecæ dispositio, quæ rerum libris contentarum potiùs quam voluminis formæ rationem habet, tantùm sanè Botanophilis ad perfectam Plantarum cognitionem emolumenti, ea methodus in quâ integra stirpium figura, partesve earum quæ vagâ sunt & instabili formâ, partibus quæ usque sibi constant postponuntur.

Verùm non solùm difficilis atque perplexa illa divisio ad foliorum vel stirpis integræ figuram relata, sed etiam omnino imperfecta arguitur; quùm multæ sint Plantæ quæ à classe sibi hac in divisione assignatâ, ut ita dicam, refugiant, melius in alienâ collocandæ; quod ut semel demonstrem, exemplo sint Corymbiferæ in quibus Asteres & Helichrysa hac in classe collocata species sub se florem unicum ferentes continent: sic & Asperifoliæ quæ Echiorum, Buglossorum, Omphalodum, Cynoglossorumque species foliis levibus donatas comprehendunt. Nec centum aliæ deessent recensendæ Plantarum species quæ Classibus quibus includuntur, minime congruant.

Tertium alii Turnefortio objecere; eum vocabulorum, nominum, Phrasiumque usu antiquo in Botanice receptorum immutatione, novam difficili jam scientiæ difficultatem attulisse.

Hujus peccati, si peccatum est, ante Turnefortium, Bauhini & Morissonius sontes fuerant, qui tamen si non reprehensi fuerunt, quantò minus reprehendendus Turnefortius erit, cui vocum illarum usum, atque eorum à quibus adhibitæ fuerant auctoritatem necesse fuit posthabere, ne antiquas notiones his vocibus refricando, novæ methodi quam instituebat, perspicuitas elevaretur.

Quod ad Physicum floris partium usum spectat, quem neglexisse à quibusdam insimulatur, aliena fere res est à Botanico, cujus est maxime recepta ad faciliorem stirpium cognitionem tradere principia, non vero in abstrusam quæ oculos fugiunt partium, & ab Anatomiæ cognitione pendentem indagationem tyrones Botanophilos conjicere.

Superesset purgandus Turnefortius de omissis phrasibus quibus Plantæ in officinis vulgò efferuntur, nisi legitimam excusationem daret ipsa novæ Methodi institutio, quæ tota ex auctoris mente in Plantarum cognitione, minime in earum usu versatur.

Dilutis quæ Turnefortianæ Methodo objiciuntur vitiis; ea insuper laude quidem summâ videtur cumulanda, quod non solis cogitationis studiis, sed etiam strenuâ operâ sollicitâque naturæ inquisitione fundata atque exstructa fuerit. Hinc evenit ut Turnefortius ex plagis Orientalibus Lutetiam redux collectas in itinere Stirpes ad methodi suæ normam non invitas facile redegerit, nedum ordinem in Institutionibus anteà vulgatis stabilitum emendare cogeretur.

Ne tamen immoderati laudatoris partes agere videar, absit ut in opere Turnefortiano nihil esse omnino reprehensione dignum affirmare ausim; homo erat, & errori ideo obnoxius, sed levia sunt profectò quorum merito argui possit, atque ejusmodi quæ Methodi suæ absolutam perfectionem perstringant, nequaquam vero ejus constitutionem labefactent.

Parum igitur tanti viri gloriæ officere me existimem, si nevos quosdam in Institutionibus suis animadversos hic conspiciendos præbeam.

Longè

Longe certè accuratior foret Classium generalis divisio quæ à simplicibus ad copulatas progrederetur, ut si v. g. flores Apetali iis quæ Petalodes sunt præponantur, quod ipse senserat Turnefortius; propositam enim hanc in Isagoge suâ divisionem arboribus tantum adhibuerat, in cæteris ob rationes inibi allatas neglectam.

In ipsa vero Petalodum dispositione, Classes quas è multiplici Petalorum numero formavit, Classibus quæ minori earum numero constant, postponendæ viderentur. Eum nempè ipsa naturæ progressio ordinem indicabat, ut primum Monopetali; tum Bipetali, ac deinceps secundum Petalorum numerum Tetrapetali, Pentapetali, Hexapetali recenserentur; postremum verò ii flores quorum definitus non est Petalorum numerus, quæis omnibus polypetalorum nomen impositum est.

Sunt quibus in eo Turnefortius errasse videbitur, quod Frumentacearum stirpium flores, qui Petalis tribus totidemque staminibus constant, Apetalis tamen accenseat; quum propria Classis ex his constituenda videretur, quæ genuinam sedem inter Bipetalos & Tetrapetalos nacta foret: at in eo potiùs laudandus auctor qui perspectâ difficultate glumas his in floribus à Petalis distinguendi, tum ob similitudinem quam habent inter se, tum ob earum exilitatem, eas stirpes secundùm faciem oculis magis obviam spectari maluit, donec novis repetitisque observationibus certior super hac re factus, sententiæ mutandæ legitimam rationem haberet.

Jam verò meliori jure reprehendendus esset major ille quàm opus sit Classium numerus definitus. Florum enim Monopetalorum Campaniformium, sub Infundibuli formium & Rotatorum nomine, Classem geminasse videtur; quùm Campanæ & Infundibuli figuræ non satis inter se discrepent, ut diversis Classibus quæ cùm latiùs patere, tùm sibi mutuò adversari debent, locum præbere possint. Collocatis vero in Monopetalorum divisione Anomalis, his præponere satiùs fuisset Regulares, qui sub unâ Classe Campaniformes, Infundibuli-

formes ac Rotatos continerent, Anomalis prout leges divisionis postulant adversantes.

Par de Polypetalis, Rosaceis aut Caryophyllæis inter polypetalos judicium meritò ferendum est, quùm leviusculum sit in utrisque Petalorum dispositionis discrimen; nec nisi tribus vel quatuor generibus constans, quam Caryophyllæorum vocat, Classis altera condatur ob similitudinem ac paucitatem Plantarum minimè necessaria.

Simile etiam vitium occurit dum XVI. & XVII. Classes percurruntur: illi nimirum Plantas flore carentes attribuit, quibus semina tantum plus minusvè fiunt conspicua; huic verò eas quæ semine etiam destituuntur, inter quas tamen reperire est quarum semina agnoscit, eaque Iconibus exprimi curavit; cæterarum autem, si ignoravit, falsus est, quùm illa & in Fungis, Tuberibus, Fucis & Coraliis, postremis Turnefortii temporibus deprehensa fuerint. Unica itaque ex XVI. & XVII. oportebat conflari classis trifariam commodè in Cappillares seu Filices, in Fungosas, ac marinas Plantas dividenda, aut saltem aliundè quàm ex semine, prout adest vel abest, inter duas illas classes discrimen quæri debuerat.

Si verò generum dispositio quam statuit, attentiùs perpendatur, quàm multa è sectionibus suis ad alias forsan æquo jure transferrentur, his exemplis constare poterit.

Mandragora & Belladona, in prima primæ Classis sectione collocatæ, septimæ secundæ Classis, ob suam cum Melongenæ & Solani fructibus similitudinem, contribui debent.

Cerinthe, tertiâ primæ movenda, ut ad quartam secundæ accederet, cujus genera flore & semine refert.

Quamoclit, à primâ secundæ ad Convolvulos in tertiam primæ, ratione sui fructûs, transire non repugnaret.

Nicotiana indidem, eodem migraret juxta Gentianam describenda, propter floris fructusque formam.

Hyoscyamus, ab eâdem primâ secundæ, ad tertiam tertiæ, quod flore sit Anomalo & fructu bicapsulari, transferendus.

Stramonium ibidem positum septimæ ejusdem primæ annumerandum, ob fructum & semina sua proximè Capsicum.

Pervinca, ab eodem loco ad quintam primæ, prope Asclepiadem traducenda, siliquosi fructûs ratione.

Rubeolam in tertiâ secundæ numeratam, ad nonam primæ fructus geminus Galliis subjungendam aggregaret.

Sed hæc nimium; tædiosum enim foret cætera persequi genera, quorum duce vel ipsâ Turnefortianâ methodo Classes commutandæ viderentur.

Jam autem alia de generum numero controversia movetur, sed tam variæ de eo augendo minuendove exstant opiniones, suis singulæ rationibus nixæ ut ex ipsâ opinionum discrepantiâ Turnefortii defensio adversus quamcumque partem comparari queat: In re tamen libidini utcumque permissâ, mediâ insistere viâ Turnefortium ausim dicere; qui ex florum dissimilitudine nec nimium crassâ, nec nimium exquisitâ, genera distinxerit; eoque numero circumscripserit, quo imminuto confusio orta, adaucto perspicuitas in characteribus desiderata fuisset; dum Cæsalpinus & Raius, ille latiori ratione, hic tenuiori quàm par est, in hæc contraria vitia incurrisse videntur.

Si tandem ad species quæ generum sunt partes, descendamus, fatebimur ultrò uberem inde reprehensionum segetem nasci; plures enim Plantas sub variis Synonymis & appellationibus iterùm ac tertiùm appositæ; ipsæ Synonymæ voces sœpiusculæ minus congruentes; quodque etiam non dissimulandum, Plantæ nimiùm multæ inter illas quæ passim obviæ vel Tyronibus notæ sunt, tamen consultò omissæ, quod sedem ex suâ methodo propriam nondum illis invenerat.

Hos errores aliosque id genus ad obtrectationem invidorum Turnefortius non reliquisset, qui forsan primus eos agnoverit; ut fidem facit ipsius Codex, quem Illustrissimo Abbati Bignon Viro ad patrocinium bonarum litterarum nato delegavit; in eo siquidem Codice sexcentas emendationes per

quadriennium propriâ manu inter lineas adſcripſerat, multò plures additurus novæ editioni, quam parabat, immaturo Auctoris fato nobis præreptæ.

Quid ergo menda tantopere nonnulli increpent, quorum partem ipſe Auctor ſuſtulit, forſan reliqua per longius vitæ curriculum ſublaturus. Ea ſanè ſunt ejuſmodi quæ livorem quidem paſcere, nihil verò de ſolidâ tanti Viri gloriâ apud æquos rerum æſtimatores detrahere poſſint: quandoquidem propria ſemper erit ejus laus, quæ præcipua eſt, ratione certâ atque exploratâ vagam huc uſque & fluctuantem Plantarum diſciplinam compoſuiſſe; undè Botanice ipſa Reſtitutorem ſuum immortalitati commendabit.

BOTANOGRAPHORUM ELOGIA,

TURNEFORTIANÆ ISAGOGI ADDENDA.

TRIPLEX eſt cauſa cur auctores nonnulli qui ſcriptis obſervationibuſque ſuis de Rei herbariæ ſtudio ad hanc uſque diem bene meriti ſunt, in Iſagoge tamen Turnefortianâ deſiderentur. Hi ſiquidem quod Auctori noſtro dubio procul ignoti fuerint; illi verò quod eo Inſtitutiones ſuas ſcribente vitam adhuc agerent, nec niſi defunctis Encomii honorem decreviſſet; cæteri tandem quod ab ejus tantùm obitu nomen aliquod ſibi fecerint.

Primorum agmen ducit

JOACHIMUS JUNGIUS Lubecæ anno 1587. natus referente Vogello, * in Gymnaſio Giſſenſi ſuperioribus ſcientiis imprimiſque Mathematicis inſtitutus, qui inter peregrinandum ſtudio Medicinæ Patavii incenſus Lauream ibi ſub Sanctoro Sanctorio conſecutus eſt; dein Phyſicæ Profeſſoris Cathedrâ donatus, ac Hamburgenſis Gymnaſii Præfectus Septuagenarius obiit 23. Septembris anni 1657. Inter plurima quæ de rebus Hiſtoricis, Phyſicis, Mathematicis & Medicis ſcripſit, Iſagogen Phytoſcopicam privatis in cœtibus auditoribus ſuis ab eo traditam reliquit, in quâ generalia quædam Botanica de Plantarum ſpeciebus & differentiis earumque generatione, propagatione & immutatione, Florum & Seminum diſcrimina ad Cæſalpini normam, Logicâ uſus ratione recenſuit, multò accuratiùs quam pro ævo ac regione in quibus vixit, ſperari par erat. Ex Nobiliſſimi viri D. ANDERSON, primarii Reipublicæ Hamburgenſis Syndici, Hiſtoriæ Naturalis amantiſſimi,

* Hiſtoria Vitæ & mortis Joachimi Jungii &c. incomparabilis Philoſophi. Auctore Martino Vogello Hamburgenſi. Argentorati. 1658. in 4°. pag. 27.

& Patriæ ſuæ Litteratorum Mæcenatis, litteris ad me ſcriptis de Jungii Operibus Botanicis inquirentem, conſtat & multa alia hunc ſuper Hiſtoriâ naturali ſcripſiſſe, cujus manuſcripta partim incendio conflagrarunt, partim in Bibliothecâ publicâ Hamburgenſi aſſervantur.

Sequitur JACOBUS BARRELIERUS Pariſiis natus anno 1506. qui Philoſophiæ ſtudiis ſedulò imbutus, in facultate Medicâ Licentiæ gradum adeptus eſt; paulo poſt ad Fratrum Prædicatorum Ordinem tranſiens, annis quibuſdam in Theologiâ cæteriſque cænobiticis exercitiis verſatus à ſummo totius ordinis Præpoſito Galliam perluſtrante ſocius Pariſiis aſſumitur. Dum itineris ei comes per Occitaniam, Aquitaniam, variaſque Regni Provincias adeſt, antiquo Botanices amore redivivo; quas ſtirpes delineare ei per negotia non licuit, collectas exſiccavit; nec levi earum ſarcinâ onuſtus Romam ingreſſus eſt, ubi nullo ſanctionum quibus addicebatur detrimento, horis ſubſecivis æri incidendas curavit. Pariſios redux vix elapſo uno poſt reditum anno in ſancti Honorati Cœnobio extremum diem egit anno 1673. Domûs hujuſce Bibliothecam Iconum ſuarum æri inciſarum hæredem reliquit, ex quâ ad quadringentarum ferè ſupra mille numerum poſt annos quadraginta à nobis erutæ in lucem cum deſcriptionibus & Synonymis prodiere Pariſiis anno 1714. in folio. Porrò Auctoris fides in hoc opere magis eluceſceret obſervationibus quas addidiſſemus, ſi memoratam editionem noſtrum in Hiſpaniam per Barrelieri veſtigia ſub ceptum iter antevertiſſet. Superſunt etiam Fungorum 700. Conchyliorum 360. Hiſtoriæ à Barreliero collectæ.

JACOBUS BREYNIUS alter eſt qui apud Germanos floruit, anno 1637. natales duxit ex nobilibus Parentibus è Brabantiâ oriundis. Innatam in eo ad Medicinam & naturalem Hiſtoriam propenſionem auxit Chriſtianus Mentzelius Electoralis Archiater, cujus fidei à teneris commiſſus eſt. Belgium tyrocinii in mercaturâ ponendi causâ miſſus, Patris

consilium fefellit, maluitque in Academiâ Leidensi se totum Rei Herbariæ studio mancipare Duce Adolpho Vorstio Plantas illic tunc demonstrante. Hinc Patris obitu Gedanum revocatus, lustratis variis Germaniæ iterumque Bataviæ hortis tandem se in Patriam contracto illic Matrimonio recepit: quod solum præ cæteris elegit, non quia paternum, sed ob suam, ut aiebat, rariorum Plantarum ubertatem, quarum investigationi ut liberius vacaret, non modo ab omni municipali officio abstinuit & ampliorem fortunam recusavit, sed etiam Botanici Professoris munus sibi oblatum in Academiâ Leidensi neglexit. Latendi quamvis Studiosus amplissimam tamen famam sibi in Belgio, Galliâ, Italiâ totâque Germaniâ fecerat necessitudine quæ ipsi per litteras intercessit cum celeberrimis Botanicis Hermanno, Commelino, Magnolio, Turnefortio, Zanonio, Ammanno &c. Breynii in Botanicæ Eruditionem passim prædicantibus. Otii ejus quod à divinis domesticisque rebus supererat, fructus sunt non prima tantum Exoticarum Plantarum minus cognitarum Centuria, in quâ primus de Thée frutice & de Arbore Camphoripherâ disseruit, opus & observationum novitate, & typorum ac Iconum elegantiâ præstantissimum; sed & altera tertiaque Centuriæ ac Viridarium Pomerelliæ, quæ ultima pene absoluta opera præcocior auctoris mors luci invidit; anno enim 1697. diarrhæâ συντηκτικῇ consumptus vitam clausit, relictâ Joanni Philippo Breynio minimo natu filio Rei Herbariæ maximè Studioso & Medico amplâ librorum suorum, stirpium siccatarum, & fossilium supellectile: quæ gazæ non perierant incendio ut Plumerius existimaverat.

Inter eos verò qui Turnefortii æquales erant CAROLUS PLUMIER 20. Aprilis anno 1646. natus Massiliæ statim occurrit, vir obscuro quidem genere oriundus, sed observationibus Mechanicis & Botanicis non minus quam Iconibus manu propriâ delineatis & sculptis quas eis adjunxit, insignis Peracto Scholarum humaniorum curriculo, pietate erga Deum instinc-

tus, se apud RR. PP. Minimos anno 1662. vitæ religiosæ devovit. Dum Philosophiæ operam navabat, illam cum Mathematicis scientiis cognatam esse persuasus, R. P. Maignan celebrem Ordinis sui Matheseos Professorem audiendi causâ, Tolosam mitti postulavit: Undè postea Romam profectus, ibi Mechanicis se inprimis addixit, & summopere in Optices, picturæ, Sculpturæ & Tornandi artibus profecit. A Francisco de Onuphriis Medico Romano, & à Sylvio Boccone Siculo, Botanicis quibus cum amicitiam inierat, ad Rei Herbariæ Studium stimulatus, Patriam rediit per quam ex Alpibus redux Turnefortius forte transibat: Ei itaque & Garidello Regio tunc Aquis Sextiis Botanices Professori, Berteriisque fratribus Aquensibus Medicis, in multis Gallo-Provinciæ plagis Plantas indagantibus quum sæpius comes adfuisset, illas cognoscendi amor in eo tantoperè increvit, ut Surianus Massiliensis, Medicus Chymicus, Plantarum exoticarum Analysi operam dandi causâ in insulas Gallo Americanas Regio jussu delegatus, cognito hoc in Plumerio Plantarum studio hunc sibi itineris socium adjunxerit. Oblatos sibi primos Plumerii labores Botanicos Ludovicus XIV. Regio Botanici sui titulo & annuâ pensione remuneravit, novisque observationibus vacaturum in easdem insulas iterum atque tertiò demandavit. Præter aliquot stirpium Americanarum descriptiones, Filicum Historiam, novaque genera ab eo edita, plura adhuc quæ tam in Regiæ scientiarum Academiæ quàm in RR. PP. Minimorum Cænobii Parisiensis Bibliothecis volumina ejus manu scripta asservantur; eaque non solum nongentarum circiter stirpium Americanarum Icones & descriptiones continent, sed & Avium, Piscium, Conchyliorum insectorumque ab eo in Americâ observatorum & depictorum Historiam complectuntur. Kinæ Kinæ investigationis ergò novum iter in Peruviam sub Marchionis Castelli de Los Rios auspiciis cogitabat; at dum Classis proregis hujus transmissioni destinata, jussa Regia ad oram Gaditanam expectaret, indefessus ille vicinos campo-

perlustras

bat, unde pleuritide correptus in cœnobio ſui ordinis ad Portum Sanctæ Mariæ ſito ſexagenarius occubuit anno 1704.

Æmulum celebrem Turnefortius dum viveret, JOANNEM RAIUM Anglum habuit in pago *Blachnotley* Eſſexienſis Provinciæ anno 1628. natum. Faber Ferrarius ei Pater fuit qui tamen eum humanioribus litteris imbuendum Cantabrigiam miſit. Inter ſcientias quibus illic inſtructus eſt, nulla magis ei ſapuit quam Phytologia cujus ſtudio incitatus toties Cantabrigienſem agrum, totamque hanc Provinciam perluſtravit, ut ſtirpium hujus Provinciæ Catalogo quaſi primo laborum ſuorum ſpecimine edito ingens futuri in Re Herbariâ profectûs ſuis omen dederit. Ab anno 1658. ad 1673. quo ſe Anglicanæ Eccleſiæ Preſbyterum jam factum matrimonio ligavit, variis itineribus in omnes Angliæ, Scotiæ & Hyberniæ Provincias ſuſceptis de naturali harum inſularum Hiſtoriâ certiorem ſe fecit, nec earum fines ſtudiorum limites ſibi præſcripſit. D. Willugbii Nobiliſſimi Angli rerum naturalium cognitionis avidi, benevolentiâ uſus ei per Belgium, Germaniam, Italiam, Galliamque peregrinanti comes fuit, quæ peregrinationes Plantarum Angliæ & extra inſulas ejus naſcentium Syllogas bis terve editas peperere. Quum verò ad rem ejus familiarem nihil itinera contuliſſent, ſolùmque ei Regiæ Societatis Londinenſis Socii titulum promeruiſſent, in Provinciâ Warvicenſi annis quatuor actis Patriam ſuam cum uxore conceſſit, in quâ modico contentus unum ſibi propoſuit negotium obſervationes ſuas in ſcientiæ Herbariæ utilitatem vertere. Ex earum enim cùm Joannis Bauhini & Caroli Cluſii Hiſtoriis collatione methodum ſuam confecit, quam generalis ſtirpium Hiſtoria ſtylo eleganti & modeſto, tum accuratiori quàm hactenus ſcriptum erat ordine, ſecuta eſt. Operam Patrono ſuo Franciſco Willugbio avium piſciumque Hiſtoriam edere volenti, ſic præbuit, ut ſua tota pene nuncupari poſſit. Typis quoque methodum Inſectorum cudendam parabat, ſed fluentibus tibiarum ulceribus & ſenio confectus vitam anno 1705. reliquit. Plura de tanti viri morum integritate, doctrinâ, aliiſque operibus ad Theologiam ſpectanti-

bus in ſupplemento rerum memorabilium anni 1705. Hiſtoriæ Europeæ Anglice conſcriptæ volumini anni 1706. adjecto legi poſſunt.

Tot vero SAMUELIS DOODII Botanicarum obſervationum ſpecimina in Raii Hiſtoriâ Plantarum micant, ut ille ſibi poſt Raium encomium quoque vindicet. In agro Strasfordienſi natus diligentiâ, labore aſſiduo, & mirâ ſagacitate inter Londinenſes Pharmacopæos ſui temporis extitit Coryphæus. Quum verò Hiſtoriæ naturalis in primiſque Plantarum cognitione cæteris præſtaret, horti eorum Chelſiani nuncupati Præfectus ab ipſiſmet Botanicuſque Prælector creatus eſt. Plura ſe ab eo mutuatum fuiſſe Raium fateri non pudet. Is autem lyncæus præſertim Muſcorum, Herbarum Capillarium, Fucorum, & Coraliorum inveſtigator erat; magnum itaque obitu ſuo anno 1706. ſui apud Botanicos deſiderium reliquit.

Locum quoque hîc ſibi poſtulat ad Italorum decus JOANNES BAPTISTA TRIUMFETTI Celebris tàm ſimplicium Profeſſoris in Romano Archilycæo munere, quàm ſuâ cum Malpighio de ortu & Vegetatione Plantarum concertatione publici juris factâ ſub auſpiciis Clementis XI. Pontificis ſummi anno 1703. & Iconibus nonnullis defensâ. Stirpes enim ex propriis partibus putrefactis renaſci affirmare non veritus eſt, prolato in medium experimento quo partes quævis nonnullarum ſtirpium tritæ, earumdem Plantarum feracem terram reddebant in quam conjectæ fuiſſent, cum Malpighi cœterique Phyſici explosâ antiquâ opinione hanc generationem ſeminis cujuſdam vel gemmarum aliquot minus eliſarum reliquiis tribuerent. Obiit anno 1707. obſervationibus quibus ſententiam ſuam tueri conatus eſt bene inter Botanicos meritus nec male inter Medicos practicos ſuæ mortis vaticinio à pylori Skirrho quo poſt biennium inter tormina ſublatus eſt.

A Petro Bellonio & Carolo Plumerio non fuerat alius apud Gallos Botanophilus qui Plantas inveſtigandi causâ plagas remotiores inviſiſſet præter AUGUSTINUM LIPPI qui Pariſiis anno 1678. natus eſt Lucenſi parente Medico Lutetiam agente. Tanto ille peregrinandi deſiderio flagrabat ut Licentiatûs gradu

à Facultate Medicâ Parisiensi adepto Ægyptum Æthiopiamque perlustrandi occasionem Doctoratûs dignitati prætulerit. Delegato à Ludovico Magno anno 1703. ad Æthiopiæ Regem D. DU ROULE, se legationis Medicum ultrò obtulit, & postulato Fagonis favore sub eo titulo profectus Ægyptum primò petiit ex quâ sæpius & Plantarum semina & stirpes siccatas accurataſque descriptiones per epistolas misit. Quum autem in Abyssiniam usque cum Regio oratore tenderet, cum eo à sicariis in itinere interfectus est. Ex variis quas ad Fagonium, Bourdelotium, & Dodartium Medicos Aulicos scripsit epistolis, exstat collectio ducentarum & ampliùs Plantarum hactenus ignotarum descriptiones & nomina complectens.

Ex iis verò qui extremum fatum à Turnefortii obitu subierunt, Hollandia primum præbet PETRUM HOTTONEM Amstelodami anno 1648. natum. Is in Lugdunensi Academiâ Medicinæ Laureâ donatus à praxi defecit ut libentiùs Botanices studio vacaret, quo impulsus in Daniam hujus regni stirpes invisendi causâ se contulit. Ex eâ redux Lugdunum Batavorum à civitatis Consulibus revocatus est, ut Hermanni Plantarum exoticarum investigationis ergo in Indias delegati Professoris munus obiret, eâ lege ut si ille in itinere vitâ cederet, dignitatem is retineret. Hermanno abscente digne professorem egit, ipsique reduci eo munere ad tempus reddito tandem post ejus mortem HOTTO omnino potitus est anno 1695. Præter elegantissimam de Botanices Historia & fatis orationem quam edidit eodem anno, illud ei in studii Rei Herbariæ utilitatem tentatum debemus, quod cognitis Turnefortii & Hermanni methodorum commodis utramque conciliandam meditaretur, rationemque hujus concentûs perspiciendi discipulis suis traderet. Tam utilis incœpti fructu inexpectatum ejus funus nos anno 1709. defraudavit.

Ex Horto Regio Monspeliensi multi sane Botanices alumni prodiere, hos inter PETRUS MAGNOL. Magister artis meritò potius appellandus. Is ex RICHERII DE BELLEVAL cineribus ut ita dicam excitatus, Monspelii natus est anno 1638. ex celebri

in Medicinâ Ranchinorum progenie. Cœteras inter Medicinæ partes quibus incumbere cœpit eâ ætate quâ alii humanioribus adhuc litteris operam dant, Rei Herbariæ ſtudio mirifice captus, ſtirpibus quæ in Horto Regio educantur à teneris jam cognitis, Monſpelienſis agri loca nulla ſe fugere voluit; nec ſibi ſoli ſtirpes in eo naſcentes noſcebat, ſingulis etiam celebribus Europæ Botanicis Monſpelium adventantibus ducem ſe libenter præbebat, eoſque hac comitate ſic devinciebat, ut deinceps Illuſtriſſimis ſuæ ætatis viris ad obitum uſque amicus ſemper fuerit. Hos inter Fagonius erat cujus ſæpius benevolentiam expertus eſt, Turnefortiuſque cui non levem in excurſionibus Botanicis in Occitaniâ, opem tulit. Quantùm Monſpelienſi ſolo cœlum favet, multiplici Plantarum quæ in eo luxuriant copiâ, *Botanici* ſui ſeu Indicis editione nationum omnium litteratos edocuit, cæteriſque Botanographis patriæ cuique ſuæ Plantas deſcribendi viam aperuit. Sicut verò Monſpelienſem agrum *Botanico* ſuo illuſtraverat, ita ad Horti Regii laudem & decus, Plantatum in eo educatarum recenſione contulit. His laboribus Profeſſoris, Regiique Academici penſionem non tantùm in Civitate Monſpelienſi, ſed & in Pariſienſi, defuncto Turnefortio dignitatem promeruit. Turnefortii autem in Regiâ Scientiarum Academiâ vices digne obiiſſet, niſi natalis ſoli illecebris captus, ingraveſcente jam annorum numero in patriâ vitam maluiſſet claudere, quod contigit menſe Maio anni 1715. filiumque cùm Profeſſoris ſui muneris, tùm abſoluti operis de novâ Plantas cognoſcendi methodo hæredem reliquit.

Agmen claudit Botanicorum Coryphæus, cui omnis non ſolùm Botanice Gallica, ſed & ipſe Turnefortius totum ſe debuit, GUIDO CRESCENTIUS FAGON, vir quem ob generis nobilitatem Mars quidem potius quam Apollo alumnum ſibi vindicabat. (Patrem enim habuit, artis bellicæ peritum, Regi ſuo devotum, ac in ipſo militaris Præfecturæ munere ad Barcinonis expugnatæ mænia interemptum; matrem vero G. DE LA BROSSE Horti Regii Inſtitutoris ſororem.) Sed parentum ex maternâ ſtirpe ſtudia animum ejus ſtatim ab incunabulis ra-

puerunt : Nam quum patre orbus, infans in Horto Regio educaretur, Plantarum amorem cum lacte suxisse visus est. Ex Rei Herbariæ ad Medicinæ studium quasi arctâ harum inter se Scientiarum conjunctione adductus, Parisiensi Medicorum Academiæ nomen dedit, & Doctoralem non sine omnium plausu lauream ab eis accepit : quâ donatus Professor in Horto Regio cui ANTONIUS VALLOT tunc Archiatrorum Comes præerat, non multo post nuncupatus est. Summam ejus in Re Herbariâ sagacitatem modò ille expertus fuerat in ordinando stirpium Horti Regii Catalogo quem edidit anno 1665. Perspectâ etiam ejus in Medicinæ praxi peritiâ, eum sibi inter Archiatros in Aulâ socium adjunxit, ita ut eodem quo Guido de la Brosse Avunculus ejus, officio potiretur. Nec Fagonem nova dignitas, nec confidentium sibi ægrorum numerus ab Horti Regii quem suum appellabat, curâ avocarunt. Eo Plantas demonstrante hortus nunquam cultior, nunquam feracior, nulla auditorum ex omnibus orbis terrarum partibus major frequentia. Quum enim illud ei imprimis cordi esset, ut quas indicabat stirpes arte excultas, sponte nascentes in agresti solo priùs videret; eo consilio Avernorum, Gebennarum, Pyrenæorum, Alpiumque Montes modò hos, modò illos quot annis invisebat. Unde non modò Plantas situs mutatione, aut frigore in horto extinctas instaurabat, sed & novas etiam nondum in eo visas exportabat. Quo labore id tandem consecutus est ut suscepto Avunculi consilio hortum in Regiâ Urbe perficiendi, summam manum prope modum apposuerit. Crescente in dies undequaque Fagonis famâ, Serenissimæ primùm Delphinæ, tum ipsiusmet Reginæ valetudo ei commissa est : quâ defunctâ non alium sibi Archiatrorum Comitem LUDOVICUS MAXIMUS habere voluit. Huic summæ dignitati, imò cuicumque alii, si qua præstantior ulla foret, maxime per erat. Præter enim singularem ejus in cunctis Medicinæ partibus peritiam, inerant etiam in hoc viro perspicax ingenii acies, animi firmitas & constantia, ac mira in dicendo facundia; ad quas animi dotes publicam in rem innatus amor, singularis morum in-

tegritas atque innocentia, pietasque absque fuco accedebant. His igitur dotibus indefessoque pro Regiâ incolumitate studio ita de Principium Maximo meritus est, ut Aulicorum nullus melius apud eum audiret. At ille gratiâ quâ apud Regem valebat tantò digniorem se præstitit, quantò minùs illâ in sua suorumque commoda uteretur; totam hanc in Horti Regii decus & amplificationem, quæ ei præ cæteris erant potiora convertens. Obeunda demonstrationum munia quæ triginta & ampliùs annis eo fungente florebant, Turnefortio tradidit, cui, nullo consilii officii subsidiive prætermisso genere, ad Botanicorum principem locum viam munivit. Nec solus Turnefortius opem ejus sensit, sed & in omnes Rei Herbariæ studiosos Principis sui beneficentiam promovit. Quâ arte R. P. *Plumier*, D. *Surian* & D. *Lignon* in insulas Gallo-Americanas, D. *Sarrazin* in Novam Franciam, D. *Lippi* in Ægyptum, R. P. *Feüillée* in Peruviam missis stimulos ad Plantarum investigationem addidit. Unde summa in Galliis ad Scientiæ Herbariæ progressum æmulatio excitata fuit, ac etiam res Medica collocupletata, quùm ipse in dies tam feliciter ex Plantarum facultatibus melius perspectis nova ad ægrorum salutem præsidia depromeret. Rem probavit Optimi nostri Principis longa ætas & prospera, cujus imperantis annos Regum nullus superavit, & cui tam experto Medico opem ferente adeo læta affuit senectus. Tantùm porro fuit Fagonis in Principem suum studium, ut eo defuncto extremum quoque & ipse diem propinquum sibi optaverit, quem ut placidiùs expectaret, spretis cæteris omnibus negotiis sese in hortum Regium ubi natus erat, & quem in deliciis semper habuerat, recepit; ubi post biennium Octogenarius obiit die Martis 12. anni 1718.



CATALOGUS

Operum Botanicorum, quæ in Indice Scriptorum Rei Herbariæ Turnefortii Institutionibus præmisso desiderantur.

ACT. *Reg. Sc. Ac.* Acta Regiæ Scientiarum Academiæ. *Histoires & Memoires de l'Academie Royale des Sciences. A Paris chez Jean Boudot & à l'Imprimerie Royale in* 4o.

Amm. Ch. Pl. Pauli Ammani Character Plantarum Lipsiæ 1685. in 12°. idem notis illustratus & editus à Daniele Nebelio. Francofurti ad Mœnum 1701. in 12°.

Amm. supp. Bot. Pauli Ammani suppellex Botanica Lipsiæ 1675. in 8°.

Barr. Icon. R. P. Jacobi Barrelieri Icones Plantarum 1030. per Galliam, Hispaniam & Italiam observatarum, & ad vivum exhibitarum. Parisiis 1714. in fol.

Barr. obs. R. P. Jacobi Barrelieri Plantæ per Galliam, Hispaniam & Italiam observatæ opus posthumum ad recentiorum Botanicorum normam digestum & à nobis editum Parisiis 1714. in fol.

Barthol. Act. Hafn. Thomæ Bartholini Acta Hafniensia. Hafniæ 1673. & 1680. in 4°. vol. v.

Boerh. Ind. Hermanni Boerhave Index Plantarum horti Lugduno-Batavi. Lugd. Bat. 1710 in 8°.

Bumald. Bibl. Joannis Antonii Bumaldi Bibliotheca Botanica, Bononiæ 1657. in 24.

Camer. sex Plant. Rudolphi Jacobi Camerarii Professoris Tubingensis, de sexu Plantarum epistola. Tubingæ 1695. in 12°.

Chomel. Chomel Synopsis Historiæ stirpium officinalium. *Abregé de l'histoire des Plantes usuelles par M. Chomel. A Paris* 1712. *in* 8°.

Contant Jacobi & Pauli Contant Pharmacopæorum Pictaviensium in Dioscoridem notæ. *Les Oeuvres de Jacques & Paul Contant Apoticaires. A Poitiers* 1561. *in fol.*

Du Tertre R. P. Du Tertre Historia naturalis Insularum Gallo-Americanarum. *Histoire generale & naturelle des Antilles habitées par les François. A Paris* 1667. *&* 1670. *in* 4°. 4. *vol.*

Feüillée. R. P. Feüillée Historia Plantarum officinalium Peruviæ &c *Histoire des Plantes Medicinales qui sont le plus en usage dans les Royaumes du Perou & du Chily.* Inseritur observationum ejus Physicarum, Mathematicarum & Botanicarum Diario Gallicè edito Parisiis 1714. in 4°, vol. 2.

Franc. Lexic. Georgii Franci de Frankenau Flora Francica, hoc est Lexicon Plantarum hactenus usualium &c. Argentorati 1705. in 12°

Garid. Bot. Aq. Garidel Botanicum Aquense. *Histoire des Plantes qui naissent aux environs d'Aix & en d'autres lieux de la Provence, par M. Garidel. A Aix* 1715. *in fol.*

Hannem, Meth. Joannis Lud. Hannemanni Methodus cognoscendi vegetabilia, juxta triplicem cognitionem Grammaticam, Philosophicam & Medicam Kilonii 1677. in 8°.

Helving Flor. Pruss. Georgii Andreæ Helvingii Flora Prussica quasi modo genita, seu Enumeratio Plantarum indigenarum Prussiæ. Gedani 1712. in 4°.

Jung Phytosc. Joachimi Jungii Isagoge Phytoscopica Hamburgi 1679. in 4°.

Knaut meth. Christiani Knaut Methodus Plantarum Lipsiæ & Halæ 1716. in 8°.

Loesel fl. Pruss. Joannis Loeselii Flora Prussica, sive Plantarum in Prussiâ sponte nascentium Catalog. quem Iconibus illustravit Joan Gottsched. Regio Monti 1703. in 4°.

Munting. Phyt. Abrahami Muntingii Phytographia curiosa. Amstelodami 1711. in fol

Olhaf. Pl Dant Nicolai Olhafii Elenchus Plantarum circa Dantiscum sponte nascentium. Gedani 1656. in 8°.

Pluk. Amalth. Leonardi Plukenetii Amaltheum Botanicum. Londini 1703. in fol.

Pluk. Mant. Plukenetii Mantissa Almagesti Botanici Londini 1700. in fol.

Plum. Fil. R. P. Caroli Plumerii Historiâ Filicum Americanarum. Parisiis è Typographiâ Regiâ 1705. in fol.

Plum. nov. gen. Plumerii nova genera Plantarum Americanarum cum Catalogo Indicarum stirpium ab ipso descriptarum & in Turnefortii Institutis recensitarum. Parisiis 1703. in 4°.

Raii Hist. tom 3. Joan. Raii Historiæ Plantarum tomus tertius Londini 1704. in f.

Raii Meth. emend. Raii Methodus Plantarum emendata & aucta Londini 1703. in 8°.

Raii Var. Meth. Raii de Variis Plantarum methodis Dissertatio. Londini *1696.* in 8°.

Savast. Inst. R. herb. R. P. Eulalii Savastani S. J. Botanicorum seu Institutionum Rei Herbariæ, libri quatuor. Neapoli 1712. in 12°. Heroico carmine.

Scheuchzer. Itin. Alp. Joan. Jacobi Scheuchzeri Itinera alpina. Londini 1708. in 4°.

Scheuchz. Agr. Prodr. Joannis Scheuchzeri Agrostographiæ Helveticæ Prodromus. Tiguri 1708. in fol.

Sloan. hist. Jam. Hans Sloane Historia naturalis Insularum Maderæ Barbados & Jamaicæ. *A Voyage to the Island Madera, Barbados, Nievos, S. Christophors, and Jamaica With the natural history &c. vol.* 1. *London* 1707. *in fol.*

Sterb. Th. Fung. Francisci Sterbeeck Theatrum Fungorum Belgicè. Antverpiæ 1685. in 4°.

Tit. Catal. Antonii Titæ Catalogus Plantarum quibus Patavii consitus est Hortus Illustr. Joannis Francisci Mauroceni Veneti Senatoris. Patavii 1719. in 12°.

Volk. Flor. Norimb. Joannis Georgii Volkameri Flora Noribergensis, seu Catalogus Plantarum in agro Noribergensi sponte vel arte enutritarum. Noribergæ 1700. in 4°.

Volk. Hesp. Norimb. Joannis Christophori Volkameri Hesperidum Norimbergensium, seu de Malorum Citreorum, Limonum, Aurantiorumque culturâ & usu Libri quatuor è Germanicâ in Latinam linguam translati. Norimbergæ 1713. in fol.

Zannichel. Joannis Hieronymi Zannichellii Epistola de Myriophyllo Pelagico & de alterâ plantâ anonymâ. Venetiis 1714. in 4°.

APPROBATION.

Extrait des Registres de l'Academie Royale des Sciences.

Du 20. Decembre 1718.

M.rs de Reaumur & Geoffroy qui avoient été nommés pour examiner les augmentations faites par M. de Jussieu aux *Institutions de M. Tournefort*, qui vont être réimprimées, en ayant fait leur rapport, la Compagnie a cru qu'elles seroient très-agréables au Public. En foi de quoi j'ai signé le present Certificat. A Paris ce 26. Decembre 1718.

FONTENELLE, Secretaire perp. de l'Academie Royale des Sciences.

DE USU

DE
USU
INSTITUTIONUM
REI HERBARIÆ.

QUI plantarum ſtudio revera tenentur, nullo quidem præceptore docente, certam earum cognitionem etiam ex tempore conſequentur, ſi paucorum Florum formas (quatuordecim ſcilicet, quæ intra ſpatium unius vel alterius horæ addiſci poſſunt) in animo ſibi defigere velint. Omnis quippe flos vel conſtat ex foliis; vel foliis carens, aliud nihil habet niſi capillamenta quædam, quæ, *Stamina* appellantur. Hic *Apetalos* ſeu *Stamineus*, ille *Petalodes* dici conſuevit. Flos Apetalos vel embryoni adhæreſcit, vel ab eo ſeparatur. Petalodes dividitur in ſimplicem & compoſitum. Flos ſimplex, alius *Monopetalos* appellatur, hoc eſt unius, ut ita dicam, folii; alius verò *Polypetalos*, ſeu multorum foliorum. Monopetali ſpecies ſunt *Flos Campaniformi*, *Infundibuliformi*, *Rotatus*, *Labiatus*, *perſonatus*. Floris Polypetali diſſimilitudines ſunt, flos *Cruciformis*, *Roſaceus*, *Caryophyllæus*, *Liliaceus*, & *Papilionaceus*. Flos demum compoſitus in *Floſculoſum*, *Semifloſculoſum* & *Radiatum* diſpertitur. Horum omnium de-

finitiones pag. 72. 73. & 74. formæ verò Tab. 7. 8. 9. 10. 11. exponuntur.

Igitur cùm planta quævis ignota sese Philobotano objiciet, primò explorandus venit ejus flos, utrum Apetalos, an Petalodes; an simplex vel compositus. Ponamus v. g. illum esse Campaniformem; tunc consulenda est Classis prima Institutionum nostrarum, in qua agitur de plantis flore monopetalo, campaniformi, ejusque genera lustranda, donec ignoto flos similis occurrat. Namque si floris Convolvuli v. g. æmulus videatur, in eo stare debet Philobotanus, indagaturus utrum Pistillum ejusdem floris abeat in fructum Convolvuli fructui similem: his enim ita se habentibus, nullus dubitandi locus est quin planta, quæ priùs erat ignota, ad Convolvuli genus sit referenda. Neque tamen satis est nosse genus; singulæ præterea Convolvuli species, quæ ibidem recensentur, à Philobotano percurrendæ sunt, ut certior fiat utrum species illa quam præ manibus habet, descripta sit necne. Enimverò si totâ suâ formâ, hoc est radicibus, foliis, caule, floribus & fructibus descriptioni & iconi respondeat ejus speciei v. g. quæ Convolvulus major, albus C. B. dicitur, manifestum est hanc esse reverà Convolvulum majorem, album C. B. tuncque scriptores Rei Herbariæ à C. Bauhino indicatos evolvat si lubet, ut pleniorem hujus plantæ notitiam adipiscatur. In speciebus autem enumerandis primò appellationem C. B. afferre solitus sum, ob synonymorum collectionem: deinde nomen quod eidem speciei J. Bauhinus imposuit, propter descriptionem & annotationes apprimè utiles: postremò & appellatio-

nem à Dodonæo uſurpatam, Cluſio, Lobelio, aliove auctore probato, qui iconem ejuſdem ſpeciei non contemnendam exhibuit.

Qui plantas eâ ratione addiſcunt, rarò earum obliviſcuntur vel eas facilè eâdem arte in memoriam revocant. Monendi autem ſunt Philobotani præter notam genericam, quæ in floris ſimul & fructus forma plerumque poſita eſt, ſingulas etiam plantarum partes intentis oculis, ut aiunt, intuendas eſſe, & maximâ diligentiâ contemplandas, earum imagines in animo inſculptas habeant; ſemel enim explorato genere cujuſvis ſpeciei, ex ſola florum inſpectione, ex improviſo, quâvis anni tempeſtate eadem ſpecies facilè dignoſcitur; cùm parúmper etiam hac in arte exercitatis ſubitò veniat in mentem, folia hujus vel alterius formæ non convenire niſi plantæ, quæ floribus & fructibus certæ cujuſdam ſtructuræ donatur. Quapropter nota generica plantarum à duabus tantùm aut tribus partibus pendet; ſpecifica verò, ſeu ea quâ ſpecies plantarum à cæteris omnibus diſtinguuntur, ab omnibus non ſolùm partibus, ſed ab earum affectionibus omnino proficiſcitur. Ex quibus liquet, certi nihil vel de minimâ herbulâ pronuntiari poſſe, niſi exploratis ſua tempeſtate omnibus ejus partibus.

Hæc mihi longo uſu ſemper viſa eſt brevior certiorque via, quâ ad plantarum cognitionem perveniri poſſit, maximè cum agitur de iis quarum flores & fructus quotannis conſpiciuntur: nam quod ad excelſas arbores attinet quæ rarò florent & fructus edunt, debent potiùs earum nomina ex libris vel à præceptore mutuari, etiamſi ea-

rum genera à florum & fructuum forma petenda ſint; neque enim quæ Populi, Salicis, aut Quercus ſpecies dicuntur, ad ea genera revocarentur, niſi floribus aut fructibus propriæ cujuſdam ſtructuræ donarentur; idemque nomen è contra ſibi ſemper arrogarent, etiamſi foliis longè diſtarent à cæteris ſpeciebus.

Neque prætereundum eſt non ſolùm ſpecierum Plantarum, ſed earum etiam quæ *Varietates* ab Herbariis appellantur, mentionem à nobis ſæpiſſime fieri, parum curantibus utrum reverà varietates ſint ejuſdem ſpeciei: cùm enim affectionibus quibuſdam ſenſibus obviis differant, diverſis etiam appellationibus debent diſtingui.

EXPLICATIO NOMINUM

SCRIPTORUM REI HERBARIÆ, quorum mentio fit in hoc opere.

ADv. Adverſaria nova ſtirpium, auctoribus Petro Pena & Matthia de Lobel Medicis. Londini 1570. & 1606. Antuerpiæ 1575. in folio.

Adv. part. 2. Adverſariorum Pars altera. Londini 1605.

Ald. Aldinus. Exactiſſima deſcriptio rariorum quarundam plantarum, quæ continentur Romæ in Horto Farneſiano. Tobia Aldino Ceſenate ſeu potius Petro Caſtello auctore. Romæ 1625. in folio.

Ambroſ. Ambroſinus. Hyacinthi Ambroſini, Horti publici Bononienſis Præfecti, Phytologiæ ſive de Plantis partis primæ Tomus I. Bononiæ 1666. in folio.

Ang. Anguillara. Semplici dell' Eccellente M. Luigi Anguillara. In Venetia 1561. in 8°.

A. R. Par. Scientiarum Academia Regia Pariſienſis. *Memoires pour ſervir à l'Hiſtoire des Plantes, dreſſez par M. Dodart, de l'Academie Royale des Sciences, Docteur en Medecine de la Faculté de Paris.* 1676. *in folio.*

Baniſter Cat. Stip. Virg. Baniſteri Catalogus Stirpium Virginiæ, nondum editus, ſed à Plukenetio memoratus.

Barr. Icon. Barrelieri Icones æri eleganter inciſæ, nondum tamen editæ, proſtant Pariſiis in Bibliotheca Patrum Dominicanorum Cœnobii ſancti Honorati, quorum familiæ ſe adjunxit anno 1635. Jacobus Barrelier Pariſinus, plantarum admodum ſtudioſus & Medicinæ Doct. Poſtquam autem ad Theologiam ſe contuliſſet earum ſtudio maximè incubuit, variiſque peregrinationibus ſuſceptis, in Hiſpaniam præſertim & Italiam, tandem Pariſios ſeceſſit, quaſque obſervarat rariores plantas incidi curavit, publici juris facturus, niſi vir optimus, doctiſſimus, & inter celebriores ſæculi Botanicos annumerandus, vivere deſiiſſet, anno ætatis 68. die Septembris 18. anni 1671.

Bellon. Bellonius. Petri Bellonii, Cænomani, Obſervationes è Gallico ſermonum in Latinum tranſtulit Cluſius. Extant præterea Bellonii de Arboribus coniferis: de Admirabili operum antiquorum præſtantia: de Medicato funere &c. in 4°. Pariſiis 1553.

C. B. Phytop. Caſpari Bauhini Phytopinax. Baſileæ 1596. in 4°.

C. B. Pin. Caſpari Bauhini Pinax Theatri Botanici. Baſileæ 1623. & 1671. in 4°.

C. B. Math. Mathioli Opera C. Bauhini Synonymiis plantarum & notis illuſtrata. Baſileæ 1598. in folio.

C. B. Prod. C. Bauhini Prodromus Theatri Botanici. Francofurti 1620. Baſileæ 1671. in 4°.

C. B. Theat. C. Bauhini Theatri Botanici Liber primus. Baſileæ 1663. in fol.

Beſl. Faſc. Baſilii Beſleri Faſciculus rariorum animalium, lapidum, fructuum, maritimarum plantarum &c. Norimbergæ in forma longo 1616.

Beſl. Gazophyl. Gazophylacium rerum naturalium Michaëlis Ruperti Beſleri, Medici & Reipubl. Noribergenſis Phyſici ordinarii. Noribergæ 1613. in folio.

Bocc. Muſc. Muſeo di Fiſica di Paulo Boccone. In Venetia 1697.

Bocc. rarior. plant. Icones & deſcriptiones rariorum plantarum: auctore Paulo Boccone. Oxonii 1674. in 4°.

Bot. Monſp. Petri Magnol, D. M. Monſpelienſis, Botanicum Monſpelienſe. Lugd. 1676. Ejuſdem appendix, Monſpelii 1686. Ejuſdem Prodromus Hiſtoriæ generalis Plantarum. Monſpelii 1689. in 8°.

Bot. Monſp. App. In appendice Botanici Monſpelienſis.

Breyn. Cent. 1. Jacobi Breynii Genadenſis Exoticarum, aliarumque minus cognitarum Plantarum, Centuria prima. Gedani 1978. in folio.

Breyn. Prodr. 1. Jacobi Breynii Gedanenſis Prodromus primus Faſciculi rariorum Plantarum. Gedani 1680. in 4°.

Breyn. Prodr. 2. Jacobi Breynii Gedanenſis Prodromus ſecundus Faſciculi rariorum Plantarum Gedani 1689. in 4°.

Broſſ. Broſſæus. *Deſcription du Jardin Royal des Plantes medecinales: Par Guy de la Broſſe, Medecin ordinaire du Roi, Intendant dudit Jardin.* 1633. in 4°.

Cæſ. Cæſalpinus. De Plantis libri XVI. Andreæ Cæſalpini, Aretini Medici clariſſimi. Florentiæ 1583. Ejuſdem Appendix. Romæ 1603. in 4°. Reperitur etiam in Muſeo Bocconis.

Cam. Epit. Camerarius in Epitome Mathioli. De plantis Epitome utiliſſima Petri Andreæ Mathioli Senenſis, à Joachimo Camerario. Francofurti ad Mœnum 1588. in 4°.

Cam. Hort. Camerarius in Horto Medico & Philoſophico. Francofurti ad Mœnum 1588. in 4°.

Car. Steph. Præd. ruſt. Caroli Stephani Prædium ruſticum. Pariſiis 1629. in 8°.

C. Dur. Caſtor Durantes. Herbario nuovo di Caſtore Durante, Medico & Cittadino Romano. Romæ 1585. Venetiis 1684. in folio.

Cat. Altdorf. Vide *Flora Altdorffina.*

Cat. Georg. à Turr. Vide *H. Pat.*

Cat. Plant. Bat. Joannis Commelini Catalogus Plantarum Indigenarum Bataviæ. Amſtelodami 1683.

Cluſ. App. Cluſius in Appendice Hiſtoriæ Plantarum.

Cluſ. App. alt. ad lib. vi. Cluſius in Appendice altera ab librum vi. v. g.

Cluſ. Cur. poſt. in folio. Cluſius in Curis poſterioribus, in folio 1611. Antuerpiæ.

Cluſ. Exot. Cluſius de Exoticis. Caroli Cluſii Atrebatis Exoticorum lib. x. Antuerpiæ 1605. in folio.

Cluſ. Hiſp. Caroli Cluſii Atrebatis rariorum aliquot plantarum per Hiſpanias obſervatarum Hiſtoria. Antuerpiæ 1576. in 8°.

Cluſ. Hiſt. Caroli Cluſii Atrebatis rariorum plantarum Hiſtoria. Antuerpiæ in folio 1601.

Cluſ. Pann. Caroli Cluſii Atrebatis rariorum aliquot ſtirpium per Pannoniam, Auſtriam &c. obſervatarum Hiſtoria. Antuerpiæ 1583.

Col. Part. I. Columna parte I. Fabii Columnæ Lyncæi minus cognitarum ſtirpium ΕΚΦΡΑΣΙC. Romæ 1606 in 4°.

Col. Part. alt. Columna parte alterâ. Fabii Columnæ Lyncæi minus cognitarum ſtirpium Pars altera. Romæ 1616. in 4°.

Col. Phytob. Fabii Columnæ Phytobaſanos. Neapoli 1592. in 4°.

Col. in Rech. Columna in Rechum. Rerum Medicarum Novæ Hiſpaniæ Theſaurus à Nardo Antonio Recho, cum notis & additionibus Fabii Columnæ. Romæ 1644.

Cord. Hiſt. Valerii Cordi Hiſtoriæ Stirpium libri iv. Argentinæ 1561. in folio.

Corn. Jacobi Cornuti Doctoris Medici Pariſienſis Canadenſium Plantarum, aliarumque nondum editarum Hiſtoria. Pariſiis 1635. in 4°.

Didac. Venerandus F. Didacus ex Recollectorum Ordine rariorum plantarum cultor eximius.

Dod. Gal. Dodonæus in Hiſtoria Gallicè ſcripta. *Hiſtoire des Plantes, compoſée en Flamand, par Dodoens ou Dodonée, & traduite en François par Cluſius, ou Charles de l'Ecluſe. A Anvers 1557. in folio.*

Dod. Pempt. Remberti Dodonæi Mechlinienſis, Medici Cæſarei, Stirpium Hiſtoriæ Pemptades ſex, ſive libri xxx. Antuerpiæ 1616. in folio.

Donat. Donatus. Trattato de ſemplici, Pietre, & Peſci marini, di Antonio Donati. In Venetia 1631. in 4°.

Elem. Bot. Elemens de Botanique. A Paris 1694. in 8°.

Eyſt. Hortus Eyſtetenſis Operâ Baſilii Beſleri Philiatri & Pharmacopæi. Norimbergæ 1613. in folio.

Ferr. Heſp. Ferrarii Heſperides: ſive de Malorum Aureorum cultura & uſu libri iv. Joannis Baptiſtæ Ferrarii, Senenſis, è Societate Jeſu. Romæ 1646. in folio.

Ferr. Flor. Ferrarius de Florum Cultura. Joannis Baptiſtæ Ferrarii, Senenſis, è Societate Jeſu, de Florum Cultura libri iv. Romæ 1633. Amſtelodami, in 4°.

Flor. Altdorf. Floræ Altdorffinæ Deliciæ ſylveſtres, ſive Catalogus Plantarum in agro Altdorffino ſponte naſcentium, à Mauricio Hoffmanno. Altdoffii 1677. in 4°.

Ejuſdem Florilegium Altdorffinum, ſive Catologus Plantarum Horti Medici, Altdorffini. Altdorffii 1676. in 4°.

Flor. Bat. Floræ Lugduno-Batavæ Flores Pauli Hermanni. Lugduni-Batavorum 1690. in 8°.

Fuchſ. De Hiſtoria Stirpium Commentarii inſignes, auctore Leonhardo Fuchſio. Baſileæ 1541. in folio.

Ger. Emac. Joannis Gerardi, Angli, Hiſtoria Plantarum emaculata Londini 1597. in folio.

Geſn. Biblioth. Bibliotheca univerſalis Geſneri. Tiguri 1545. in folio.

Geſn. Col. De Stirpium collectione Tabulæ, per Conradum Geſnerum luci datæ à C. Wolpio. Tiguri 1587. in 8°.

Geſn. Epiſt. Epiſtolorum Medicinalium Conradi Geſneri, Philoſophi Medici Tigurini libri III. Tiguri 1577. in 4°.

Geſn. Epiſt. à C. B. editæ. Conradi Geſneri Philoſophi & Medici Epiſtolæ à C. Bauhino nunc primum editæ. Occurrunt cum libro de Plantis à Divis Sanctiſve nomen habentibus. Baſileæ 1591. in 8°.

Geſn. de fig. Lap. Conradi Geſneri de rerum Foſſilium, Lapidum & Gemmarum maximè figuris & ſimilitudinibus liber. Tiguri 1565. in 8°.

Geſn. Hort. Horti Germaniæ, Auctore Conrado Geſnero, cum Operibus Cordi editi ſunt. in folio.

Geſn. de rei Herbar. Scriptor ad Cord. Geſnerus de Rei Herbariæ Scriptoribus ad Hiſtoriam Plantarum Valerii Cordi.

Geſn. de rei Herbar. Scriptor. ad Trag. Geſnerus de Rei Herbariæ Scriptoribus ad Hiſtoriam Plantarum Hieronymi Tragi.

Griſl. in Epiſt. dedic. V. L. Griſley in Epiſtola dedicatoria Viridarii Luſitani.

Hernand. Hernandes. Rerum Medicarum Novæ Hiſpaniæ Theſaurus ex Franciſci Hernandis relationibus. Romæ 1649. in folio.

Hoff. Flor. Altdorf. Vide *Flor. Altdof.*

H. Amſtel. in 12. Hortus Amſtelodamenſis Joannis Commelini. Catalogus Plantarum Horti Medici Amſtelodamenſis. Amſtelodami 1686. in 12.

H. Amſtel. in folio. Rariorum Plantarum Horti Medici Amſtelodamenſis Deſcriptio & Icones, auctore Joanne Commelino. Amſtelodami 697.

H. Cathol. Hortus Catholicus, auctore Franciſco Cupani. Neapoli 1696. cum ſupplemento primo in 4°.

H. Cathol.

H. Cathol. ſuppl. alt. Supplementum alterum ad Hortum Catholicum Franciſci Cupani. Panormi 1697. in 4°.

Hort. Edinb. Hortus Medicus Edinburgenſis, auctore Jacobo Sutherland. Edinburgi 1683 in 8°.

H. L. Bat. Horti Academici Lugduno-Batavi Catalogus. Auctore Paulo Hermanno. Lugduni Batavorum 1687.

H. Mal. Hortus Malabaricus, Indicus. Amſtelodami ab anno 1678. ad annum 1693. quo duodecima Pars impreſſa eſt, in folio.

H. Pat. Catalogus Plantarum Horti Patavini Georgii à Turre. Patavii 1662. in 12.

H. R. Bleſ. Hortus Regius Bleſenſis. Pariſiis 1655. in folio.

H. R. Monſp. Hortus Regius Monſpelienſis Petri Magnol. Monſpelii 1697. in 8°.

H. R. Par. Hortus Regius Pariſienſis. Pariſiis 1665. in folio.

J. B. 1. 250. J. Bauhinus, tom. 1. pag. 250.

J. B. 2. 213. J. Bauhinus, tom. 2. pag. 213.

J. B. 3. 618. J. Bauhinus, tom. 3. pag. 618.

J. B. 3. *Part.* 2. 25. J. Bauhinus, tom. 3. part. 2. pag. 25. Hiſtoria ſcilicet plantarum univerſalis, auctoribus J. Bauhino Archiatro, Joanne Henrico Cherlero Doctore, Baſilienſibus; quam recenſuit & auxit Dominicus Chabræus D. Genevenſis. Ebroduni 1650. in folio.

Icon. Robert. Icones Roberti. Variæ ac multiformes florum ſpecies appreſſæ ad vivum, auctore Nicolao Robert. Pariſiis in 4°.

Imper. Hiſtoria naturale di Ferrante Imperato Neapolitano Neapoli. 1599. Venetiis 1672. in folio.

Joncq. Hort. Dionyſii Joncquet, Medici Pariſ. Hortus. Parſiis 1659. in 4°.

Lauremb. Petri Laurembergii Apparatus Plantarius primus. Francofurti 1632. in 4°.

Lal. Triumf. apud fratrem. Lælii Triumfetti Catalogus Plantarum, cum obſervationibus J. Baptiſtæ Triumfetti ejus fratris editus.

Lign. Alexander & Joannes Lignonii fratres, Botanici Regii, in Inſulis Americanis, & maximè in ea quæ *Guadalupa* vocatur, Plantarum inveſtigationi operam dantes.

Lob. Icon. Mathiæ Lobelii Plantarum ſeu ſtirpium Icones. Antuerpiæ 1581.

Lob. Illuſtr. Mathiæ de Lobel ſtirpium Illuſtrationes, accurante Guill. How, Anglo, Londini 1655. in 4°.

Lob. Obſ. Lobelli Illuſtrationes Plantarum, ſeu ſtirpium Hiſtoria Mathiæ de Lobel Inſulani. Antuerpiæ 1576. in folio.

Lugd. Hiſtoria generalis Plantarum, Lugduni apud Guillelmum Rouillium 1586. in folio.

Lugd. App. Appendix Hiſtoriæ generalis Plantarum Lugduni editæ apud Rouillium.

Lugd. Gal. Editio Gallica Hiſtoriæ generalis Plantarum. Lugduni 1616. in folio.

Mappus. D. Mappus, filius, Medicinæ Doctor Argentinenſis, in rerum naturalium cognitione apprimè verſatus, paternæ virtutis hæres digniſſimus.

Marcgr. Georgii Marcgravii de Liebſtad, Miſnici Germani, Hiſtoriæ Rerum naturalium Braſiliæ libri octo; editi ſimul cum Hiſtoria Piſonis. Lugduni-Batavorum 1648. in folio.

Math. Petri Andreæ Mathioli, Senenſis Medici, Commentarii in ſex libros Pedacii Dioſcòridis. Venetiis ex officina Valgriſiana 1565. in folio.

Math. Lob. Icon. Mathiolus à Lobelio memoratus in Iconibus ſtirpium.

Mentz. Index nominum Plantarum multilinguis, Operâ Chriſtiani Mentzelii. Berolini 1682. in folio.

Mentz. Pug. Mentzelius, in Pugillo rariorum Plantarum, ad calcem Indicis editus.

Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. Plantarum Hiſtoriæ univerſalis Oxonienſis Pars 2. auctore Roberto Moriſon. Oxonii 1680. in folio.

Mor. Hiſt. Oxon. Part. 3. Plantarum Hiſtoria univerſalis Oxonienſis Pars 3. auctore Roberto Moriſon, à Jacobo Bobarto non ſolum edita in lucem, ſed maximè illuſtrata. Oxonii 1699. in folio.

Mor. H. R. Bleſ. Hortus Regius Bleſenſis auctus, ſeu Præludia Botanica Moriſoni. Londini 1669. in 8°.

Mor. Umb. Plantarum Umbiliferarum Diſtributio nova, auctore Roberto Moriſon. Oxonii 1672. in folio.

Munt. Hiſt. Muntingius in Hiſtoria Plantarum in folio. Amſtelodami.

Muſ. Petiv. Muſæum Petiverianum, cujus Centuria 1ª 1695. 2ª & 3ª 1698. 4ª verò & 5ª 1699. Londini prodiere in 8°.

Muſ. Reg. Soc. Cat. Catalogus Muſæi Regiæ Societatis à D. Grew. elaboratus.

Oldenl. Henricus Bernardus Oldenlandius, Germanus, Pauli Hermanni diſcipulus, Medicinæ & Plantarum ſtudioſus, quarum gratiâ ad caput Bonæ ſpei ſe contulit, & paucis abhinc annis periit vir meliore fato & longiore vitâ dignus, cui multas rariores plantas debeo.

Par. Bat. Pauli Hermanni Paradiſus Batavus. Lugduni-Batavorum 1698. in 4°.

Park. Par. Joannis Parkinſoni Paradiſus terreſtris. Londini 1629. in folio.

Park. Theat. Joannis Parkinſoni Theatrum Botanicum. Londini 1640. in folio.

Paſſ. Icon. Icones Criſpini Paſſæi. Arnhemi 1607.

Phytol. Brit. Phytologia Britannica. Londini 1650. in 12.

Pillet. Pilleterius. Plantarum in Walachria Zeelandiæ Inſula naſcentium Synonimia, auctore Caſparo Pilleterio. Middelburgi 1610. in 8°.

Piſon. Guilielmi Piſonis de Indiæ utriuſque Re naturali & medica libri quatuordecim. Amſtelodami 1658.. Lugduni-Batavorum 1648. in folio.

Plum. Plumerius. *Deſcription des Plantes de l'Amerique, par le Pere Plumier. A Paris* 1693. Carolus Plumerius Maſſilienſis, Botanicus Regius, è ſanctiſſimo Minimorum Ordine non moribus tantùm ſed doctrinâ qua pollet maximâ commendandus, cùm in Mathematicis diſciplinis & Phyloſophia, tùm maximè in Re Herbaria; quâ ſemper adeo delectatus eſt, ut nullis neque periculis, neque laboribus perterritus plures ipſe ſolus nondum deſcriptas in Indiis Occidentalibus plantas obſervavit, quam omnes hujus ævi Botanici. Harum autem nomina pro ſummâ qua me complectitur benevolentiâ publici juris in hoc opere facere voluit, maximâ diligentiâ totus incumbens delineandis, incidendiſque iconibus ac deſcriptionibus concinnandis quas prope diem ipſe editurus eſt.

Pluk. Almag. Bot. Leonardi Plukenetii Almageſtum Botanicum Londini 1696. in folio.

Pluk. Phytogr. Leonardi Plukenetii Phytographia. Cujus Pars 1. & 2. Londini 1661. tertia verò 1692. quarta denuum 1696. exhibitæ ſunt in folio.

Pon. Bal. Ital. Monte Baldo deſcritto da Giovanni Pona Veroneſe. In Venetia 1618. in 4°. Eadem Latine prodiit in folio cum Operibus Cluſii. Antuerpiæ 1691. Baſileæ verò in 4°. 1608.

Prodr. Par. Bat. Prodromus Paradiſi Batavi. Amſtelodami cum Schola Botanica editus 1689. in 12.

P. Alp. Ægypt. Proſperi Alpini de Plantis Ægypti Liber. Venetiis 1633. in 4°.

P. Alp. Exot. De Plantis Exoticis Libri duo, Proſp. Alpini. Venetiis 1656. in 4°.

Raii Cat. Angl. Catalogus Plantarum Angliæ & Inſularum adjacentium. Operâ J. Raii è Societate Regia. Londini 1677. in 8°.

Raii Cat. Cant. Catalogus Plantarum circa Cantabrigiam naſcentium. Cantabrigiæ 1660. Appendix verò 1685. in 8°.

Raii Hiſt. Hiſtoria Plantarum. Auctore J. Raio è Societate Regia. Londini 1686. in folio.

Raii Syllog. Sylloge Stirpium Europæarum J. Raii. Londini 1694. in 8°.

Raii Synopſ. Synopſis Methodica Stirpium Britannicarum. Auctore Raio. Londini 1690. in 8°. tum & 1696.

INDEX CLASSIUM.

APPROBATIO

Illustrissimi Viri D. D. GUIDONIS CRESCENTII FAGON, *Regi à Secretioribus Consiliis & Archiatrorum Comitis.*

PLENUM hoc opus laboris & industriæ, tam magni est ad Plantarum cognitionem momenti, ut si ejus absoluti gloriam Galliæ non invideat Europa, nunquam satis illi de tanto munere gratulabitur. Studium enim Botanicum, suarum deliciarum rudi & indigestâ mole huc usque tædio obnoxium, ita facili hâc methodo contraxit ingeniosissimus & doctissimus *Tournefort*, ut molliter austerum possit nunc fallere laborem voluptas. Plurimùm igitur humanæ salutis interesse censemus, ut prælo sine mora committatur absolutum illud Artis Herbariæ specimen, expectatione publicâ majus: ex quo omnes intelligant quales erudito sinu Regia Scientiarum Academia complectatur alumnos; & quid maximi Principum valeant munificentia & paternus in artes liberales animus. Datum Versaliis pridie Kalend. Febr. anno M. DCC.

FAGON.

A P P R O B A T I O

Clarissimi Viri D. D. Bourdelot, Regis Consiliarii & Medici perpetuò ordinarii, nec non Serenissimæ Burgundiorum Ducissæ primarii Medici.

HUNC in florida elegantiori Medicinæ parte planè peregrinum non injuriâ dixeris, cui non lectus præstantissimi eruditissimi *Tournefort* Liber Gallicè inscriptus *Elemens de Botanique*. Satis sit igitur ad præsentis operis commendationem declarasse has REI HERBARIÆ INSTITUTIONES, præter Elementa Botanica Latinè versa, uberiorem adhuc rerum ad Plantarum cognitionem pertinentium segetem continere. Datum Versaliis Kal. Febr. anno M. DCC.

BOURDELOT.

INSTITU-

INSTITUTIONES REI HERBARIÆ.

ISAGOGE IN REM HERBARIAM.

Es Herbaria quæ *Botanice* dici ſolet, in duas partes dividitur, quarum prior in recta plantarum cognitione, altera in optimo earum uſu ſita eſt. Plantas apprime noſſe aliud nihil videtur, quàm in promptu habere nomina quæ iis aptè impoſita ſunt: nam in hac arte delectus eſt quidam habendus eorum quæ conjuncta ſunt cum notione ſtructuræ partium, à qua proficiſcitur nota propria ſeu χαρακτὴρ plantarum. Idea ſcilicet notæ propriæ, nomenque cujuſque plantæ ita ſunt inter ſe conglutinanda, ut ab invicem nullatenus ſejungantur: neque duo diverſa nomina cum eadem notione, aut duæ notiones cum eodem nomine conjungi debent, niſi fortè in eorum ſententiam eamus, qui rem herbariam ſine ordine inſtituendam eſſe contendentes, ſolo uſu diuturno addiſcendam exiſtimant.

Quò magis appareat ratione & viâ Botanicen docendam & capessendam esse, cursim perlustranda sunt ejus tempora atque quasi ætates: quibus scilicet initiis ac Hippocratis ævo ad Galenum increverit; quantùm eam locupletarint Arabes, neglexerint Arabum successores; quorum hominum diligentiâ fuerit instaurata in disciplinarum renovatione; quantis denique & quàm incitatis incrementis ad hæc usque tempora cum Herbariorum industriâ & labore, tum principum munificentiâ ad eum pervenerit statum in quo nunc viget. Ergo Historiam hanc totam compendio referam, & deinde quid suscipiendum mihi visum sit, ut non tantùm inventarum, sed inveniendarum plantarum multitudo in genera classesque digeratur ad docendum discendumque accommodatas. Spero enim fore ut hac arte plurium etiam specierum cognitionem unusquisque pro memoriæ modulo facile consequatur.

Etsi plantarum quàm animalium & mineralium usus antiquior sit in re medicâ, certum tamen est nihil quicquam in plantis veteres quæsivisse, præter olera frugesque ad vitam, aut quas ad medendum fortuna vel experientia monstraverant. Constat etiam ex libris Græcorum, qui rem herbariam primi excoluisse existimantur, in animo iis fuisse, ut vires plantarum potius quàm legitimam cognitionem posteros edocerent: unde non mirum etiam provectâ medicinâ post Hippocratis ætatem, Theophrastum qui philosophandi ratione inter Herbarios longè præstitit, de constituendis plantarum generibus ex partium anatome ne cogitasse quidem. Cæteri in medicamentis indagandis aut ævulgandis curarum plurimum, in explicandis verò & describendis plantis parum operæ posuerunt. Itaque nomina earum non ex rei naturâ, id est partium structurâ, sed quasi fortuitò ex aliis capitibus ad docendi discendique facultatem minus facientibus eruerunt: ex viribus nempe, similitudine cum aliis rebus quæ usu veniunt, inventoribus, proprio solo, odore, numero foliorum, animalibus quibus arridere putantur, florum colore, tempore quo erumpere, florere vel perire solent, cæterisve id genus. Hinc Malva & Aristolochia à viribus emolliendi & puerperis opitulandi. Buglossum & Iris à similitudine linguæ bovillæ & colorum Iridis. Artemisia, Gentiana, Lysimachia ab earum inventoribus. Stœchas ab Insulis Stœchadibus; Colchicumque & Carvi à Colchide & Cariâ nomina sua invenerunt. Myrrhis verò & Libanotis à Myrrhæ & Thuris odore. Trifolium, pentaphyllon, Chiliophyllon, Myriophyllon à numero foliorum. Chrysanthenum à floris, Chrysocome Poliumque à capitis coloribus; Chelidonium, Heliotropium, Erigeron ab anni tempestatibus. Elaphoboscum denique, Melissophyllon & Ranunculus à Cervis, Apibus & Ranis nominata sunt. „Longè verò major est, inquit Clarissimus Salmasius, earum „ copia, de quibus non constat quare ita appellatæ sint: propterea quòd ab im„ peritis aut rusticis ea nomina primum excogitata sunt, ac nulla ratione data, „ quæ eruditi Herbarii nihilosecius retinuerunt: multa præterea ut solet fieri, „ temerè ac fortuitò indita. Quorundam ac fortasse plurium imponendorum „ certam fuisse auctoribus suis rationem non negaverim; sed nobis prorsus in„ comperta, vel quod antiquissimis Græciæ temporibus cum alia linguâ ute„ rentur, imposita sint, vel quòd dialecto solis illis populis peculiari, apud quos

Prolegom. in libr. de Homonym. Hyl. Jatric.

nascerentur ipsæ plantæ, concepta fuerint earum nomina. „Quamobrem nulla à veteribus ordinis habita ratione in appellandis plantarum speciebus, in obscuram minus congruentium vel ambiguorum nominum multitudinem demum abiit Botanice: nam, ut ait Cicero, quidquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atque ordinis. Dolendum tamen Pythagoræ, Euriphontis, Dieuchis, Praxagoræ, Dioclis, Herophyli, Diagoræ, Philippi, Archigenis, Chrysippi, Asclepiadis, Erasti, Plistonici, Sosimenis, & cæterorum opera periisse quorum Teophrastus, Celsus, Plinius & Galenus sæpe meminerunt. Ut autem rationem temporum sequamur in expendendis laboribus eorum qui plantas ad usus humanos revocarunt, & historiam naturalem promovere conati sunt, ab ipso Hippocrate ordiendum videtur. *Parad. 3.*

HIPPOCRATES [a] Medicinæ princeps, [b] qui universæ Græciæ medendo admirationi fuit & [c] apud omnes præclarus evasit, [d] genitus in insula Coo imprimis clarâ ac valida & Æsculapio dicatâ; [e] vir & arte & facundiâ insignis, vetustissimus est ex iis quorum operibus potimur. Natus est anno primo octogesimæ Olympiadis, hoc est anno ante Christum 459. Mortuus anno ætatis 85. vel 90.: aliis 104. vel 109. hoc est ante Christum 374. vel 369. aut 355. vel 350. [f] Is cum fuisset mos liberatos morbis Scribere in templo Æsculapii, quid auxiliatum esset, ut postea similitudo proficeret, exscripsisse ea traditur, atque (ut Varro credebat) jam templo cremato, instituisse medicinam hanc quæ *Clinice* vocatur. [g] Inde Hippocratis qui primus medendi præcepta clarissimè condidit, referta herbarum mentione invenimus volumina: transcribendo namque tabulas publicas, quæ cæterorum observationes continebant, quidquid Græcis notum magis & exploratum fuerat de plantarum usu, in scriptis suis disseminavit. Qua in re Botanicen longius propagasset summus vir & saluti posterorum meliùs consuluisset, si earum descriptiones addidisset quibus ætate sua Θεραπευτικὴ continebatur. Sola tamen nomina viresque recensuit plantarum circiter quatuor & triginta supra ducentas, descriptiones Cratevæ Herbariorum sui temporis principi peragendas haud dubiè relinquens, totus ipse in curandis ægrotantibus occupatus.

"HIPPOCRATES.
"a *Plin. lib. 7. cap. 51.*
b *Soran. in vita Hippoc.*
c *Suidas in Hippoc.*
d *Plin. lib. 29. cap. 1.*
e *Cels. in Proem.*
"f *Plin. ibid.*
g *Plin. lib. 26. cap. 2.*

CRATEVAS namque sive CRATEIAS eodem ævo tantam inter Herbarios famam sibi comparavit, ut ἄριστος ῥιζοτόμος ab Hippocrate appellari meruerit. Rem autem herbariam apud te semper miratus sum inquit divinus senex; unde Plinii locus obscurus videtur, in quo legitur ipsi Mithridati Cratevam adscripsisse unam Mithridation vocatam; nisi forte supponamus plures Cratevas & Mithridates fuisse plantarum cognitione delectatos. [h] Cratevas autem Herbarius, teste Dioscoride & Andreas medicus (qui quidem accuratius quàm reliqui in hac parte versati existimantur) radices multas apprimè utiles, herbasque nonnullas non satis designatas reliquerunt. Verumtamen priscis hoc dandum elogii, etsi poca tradiderint, accuratè tamen in iis ipsis elaborasse. Qualecumque fuerit opus Cratevæ (quod ῥιζοτόμικὸν seu herbarium appellat Nicandri Scholiastes) non mediocris certe fuit jacturæ, maximè cum probabile sit, plantarum, de quibus Hippocrates locutus est, descriptiones & loca indicasse. An verè conjecerim judicare possunt, quibus fragmenta

CRATEVAS.
Epist. ad Crat.
Lib. 25. cap. 6.
" h *Diosc. in præfat.*

Cratevæ quæ asservantur in Bibliothecâ Cæsarea inspicere licet.

THEOPHRASTUS.

a *Diog. Laert.*

Salmas. Prolegom. in lib de Homonym. Hyl. Iatric.

b *Gesn. Biblioth.*

c *Conring. in prod. in Art. med.*

„ THEOPHRASTO[a] Melanti fullonis filio, Leucippi, Platonis & Aristo-
„ telis discipulo palma danda est, ob eos quos de plantarum historiâ & causis re-
„ liquit libros sexdecim & plures, *quibus simile nihil unquam procuderunt Roma-*
na ingenia. In his verò non tantùm de naturâ & differentiis stirpium, sed de
earum culturâ & vegetandi modo fusè disserit, plantarum quingentarum cir-
citer nomina sine descriptionibus afferens vel eas breves admodum & mancas.
„ [b] Permulta insunt plantarum nomina, quæ neque medicis neque aliis eruditis
„ hodie cognoscuntur, mutatis nimirum nominibus apud posteriores. Haud enim
„ similia apud alium quemquam ejus argumenti autorem inveniuntur. Quapro-
pter planè desperandum est, his temporibus Theophrastum elucidari posse: non
quidem quod ad textus restitutionem, quæ demum summorum virorum labo-
ribus fortè obtinebitur, sed quod ad cognitionem plantarum, de quibus Theo-
phrastus egit sub nominibus sibi propriis. Quibus enim auxiliis id fieri possit?
nisi forsan accuratissimè perlustrando per plures annos loca in quibus stirpes
quasdam indicavit: quod tamen vix sperari potest, cùm descriptiones earum
„ desiderentur. [c] Id summè dolendum quòd longa ætas operibus Theophrasti mul-
„ tum decerpserit, plurimasque iis intulerit lacunas, ita ut mentem Theophrasti
„ sæpe vix assequi liceat. Nec verò integram medicinam tanto operi quisquam
„ hactenus adhibuit, ut ut multi multa fuerint conati; sed & qui in Latinum hoc
„ opus vertit Theodorus Gaza, elegantiæ Latini sermonis quam herbarum peri-
„ tior videtur fuisse; unde in plurimis cùm propter hanc, tum alias causas mentem
„ Theophrasti minùs feliciter expressit. Quin etiam haud parùm tenebrarum le-
„ ctoribus offudit sectione librorum in capita & singulis capitibus breviarii præ-
„ missa præfatione: utpote cùm sæpè illa divisa sint quæ jungi maxime debent,
„ uti è contrario conjuncta quæ erant separanda: argumenta autem illa capitum
„ lectorem plerumque seducant. Interim tamen ex ipsis apparet quanto ingenio,
„ quantaque doctrinâ conscripti fuerint. Prodiit verò & ipsius Theophrasti Græ-
„ cum opus & Latina Gazæ versio non semel in lucem. Primus Græcum Lati-
„ numque textum junctim edidit Daniel Heinsius, opere quo simul & reliqua
„ ejusdem Theophrasti Græco-Latina dare conatus est. Quamquam autem titu-
„ lus illius editionis referat ab Heinsio textum Græcum locis infinitis partim ex
„ ingenio, partim ex libris emendatum, hiulca suppleta, malè concepta re-
„ censita, interpretationem quoque passim esse interpolatam; Epistola dedi-
„ catoria item loquatur in Græco textu Augiæ stabulum esse expurgatum: Etsi
„ denique diffitendum minime sit, editionem illam omnibus illis antegressis
„ præstare; multa tamen, imò longè plura meritò desideraveris. Sanè operæ
„ quis prætium facturus sit, qui varias emendationes præclarorum virorum
„ (quales profectò plurimas Claudio Salmasio in opere Exercitationum Plinia-
„ narum debemus) diligenti studio collectas ediderit. Longè elegantior &
„ multis modis laudabilior est illorum de plantis Theophrasti librorum editio,
„ quæ seorsim in Belgio prodiit opera Joannis Bodæi à Stapel Amstelæ-
„ damensis. Est sanè opus illud ut longè præstantissimum atque optimum,
„ ita meritò plurimi æstimandum. Sed periit Joannes Bodæus dum Theo-
„ phrastum adornaret, nec quæ in libros Theophrasti de causis plantarum

ſcripſerat, & quorum nobis ſpes ab ejus patre Egberto Bodæo facta fuit, vulgata ſunt. Ut ut de Stapelio cenſeat Coringius, ejus notæ, ut verum fatear, longiſſimis & alienis rhapſodiis faſtidium potius quàm lucem afferre videntur, quaſi commentator ſarcinas ſuas omnes herbarias in his depoſuerit proximæ mortis conſcius. Non omittendum eſt præſtantes viros Julium Cæſarem Scaligerum & Robertum Conſtantinum in interpretando Theophraſto feliciter inſudaſſe. Poſt tantorum virorum lucubrationes, ſi quæ in ejus operibus de plantis obſcura ſint & deperdita, duo maxime nobis eſſe debent ſolatio: naturam nempe & ſtructuram plantarum à Clariſſimo Malpighio & recentioribus philoſophis accuratius exploratam eſſe quàm à Theophraſto & ab omnibus illis antiquioris doctrinæ magiſtris; tum denique non tanti momenti eſſe noſſe plantas de quibus Theophraſtus locutus eſt, cùm de earum viribus Sermonem vix fecerit. Eum autem ob præclaras animi dotes & exquiſitam doctrinam jure merito antiquitas mirata eſt. [a] Cùm antea Tyrtamo illi nomen eſſet, ob divinam elocutionem Ariſtoteles Theophraſtum appellavit. Accurrebant ad illum audiendum diſcipuli ad duo millia. Natus eſt Ereſi in inſula Lesbo [b] homo ſuavitate inſigni, linguæ pariter atque vitæ, ut ait Gellius. Vixit annos quinque & octoginta, & tamem de brevitate vitæ queſtus eſt. [c] Theophraſtus autem moriens accuſaſſe naturam dicitur, quod cervis & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil intereſſet, hominibus verò, quorum id maxime interfuiſſet, tam exiguam vitam dediſſet, quorum ſi ætas potuiſſet eſſe longior, futurum fuiſſet ut omnibus perfectis artibus, omni doctrinâ hominum vita erudiretur.

Romani [d] omnium utilitatum & virtutum rapaciſſimi nihil ferè de plantis tradiderunt, niſi debellato Mithridate. Namque Mithridates maximus ſua ætate Regum, quem debellavit Pompeius, omnium ante ſe genitorum diligentiſſimus vitæ ſuæ argumentis, præterquam famâ intelligitur. Uni ei excogitatum quotidie venenum bibere, præſumptis remediis, ut conſuetudine ipſa innoxium fieret. Is ergò in reliqua ingenii magnitudine, Medicinæ peculiariter curioſus & ab hominibus ſubjectis qui fuere magna pars terrarum, ſingula exquirens, ſcrinium commentationum harum, & exemplaria, effectuſque in arcanis ſuis reliquit. Pompeius autem omni regia prædâ potitus, transferre ea ſermone noſtro libertum ſuum Lenæum Grammaticæ artis doctiſſimum juſſit, vitæque ita profuit non minùs, quàm Reipublicæ victoria illa: quo primum tempore hanc ſcientiam ad Romanos perveniſſe animadvertit Plinius.

Primus & diu ſolus M. CATO, omnium bonarum artium magiſter, paucis dumtaxat attigit, boum etiam medicinâ non omiſsâ. Poſt eum unus illuſtrium tentavit C. VALGIUS eruditione ſpectatus imperfecto volumine ad D. Auguſtum, inchoatâ etiam præfatione religioſa, ut omnibus malis, humani illius potiſſimum principis ſemper medicetur majeſtas. Celebratur & M. TERENTIUS VARRO, [e] qui octogeſimum primum vitæ annum agens de ea re prodendum putavit. [f] Otium, inquit, ſi eſſem conſecutus, Fundania, commodius hæc tibi ſcriberem quæ nunc ut potero exponam, cogitans eſſe properandum: quod, ut dicitur, ſi eſt homo bulla, eò magis ſenex. Annus enim octogeſimus admonet me, ut ſarcinas colligam antequam proficiſcar è vita. Au-

a *Diogen. Laert.*

b *Noct. Attic. lib. 15. cap. v.*

c *Cic. lib. 3. de finib.*

CATO.

VALGIUS

VARRO. *an. ante Chriſt. 25.*

e *Plin. lib. 18. cap 3.*

f *Varro lib. 1. de Re Ruſtica ad Fundaniam uxorem cap. 1.*

tores autem uxori quinquaginta indicat Græcos fermè omnes, qui Geoponica scripserunt.

MUSA & EUPHORBIUS.

[a] Eadem ætas clarissimos tulit medicos, qui artem ex Græcia in Italiam transtulisse videntur. Ex his ANTONIUS MUSA & EUPHORBIUS nobile par fratrum, quorum alter Augusti Cæsaris, alter Jubæ regis medicus fuit. Medico Antonio Musæ, cujus operâ D. Augustus ex ancipiti morbo convaluerat, statuam ære collato juxta signum Æsculapii statuerunt, teste [b] Suetonio: & [c] Plinius affirmat eundem Imperatorem prudentiâ Musæ medici lactucâ conservatum fuisse in ægritudine. Libellum autem scripsit de Vetonicâ ad M. Agrippam, quem libellum Gabriel Humelbergius Ravenspurgensis, Archiater Isinensis restituit, instauravit, & Tiguri apud Froschoverum [d] typis mandari curavit cum Apulei libro de medicaminibus herbarum.

a *Castell. de viris illust. medic.*

b *In Aug. vita.*

c *Plin. lib. 19. cap. 8.*

d *In 4o. 1537.*

ÆMILIUS MACER.

ÆMILIUS MACER Poeta Veronensis, mortuus in Asiâ, quo militatum abierat, Rem Herbariam versibus etiam persecutus est, non quidem vulgaribus illis ac ineptis hexametris, qui ejus nomine circumferuntur, in quibus de viribus plantarum agitur, juxta methodum Galeni; sed præstantioribus carminibus & Ovidii commemoratione dignis.

Trist. lib. 4. eleg. 10.

Sæpe suas volucres legit mihi, grandior ævo
Quæque nocet serpens, quæ juvat herba Macer.

Gesn. Biblioth.

Quæ verò nunc tribuuntur Æmilio Macro sunt potius Ægidii cujusdam medici qui simili carmine de urinis & pulsibus egit.

JULIUS BASSUS & SEXTIUS NIGER.

Nec omittendi sunt duo viri Latini, etiamsi paulò durius accepti fuerint à [e] Dioscoride, JULIUS BASSUS & SEXTIUS NIGER, qui plurima de plantis Græcè tradiderunt, ut patet ex indicibus authorum, quorum operibus Plinius usus est. [f] Salmasius existimat eos non multo tempore antecessisse ætatem Dioscoridis aut Plinii.

e *In prefat.*

f *In Prolegom. in libr. de Homonym. Hyl. Jatric.*

DIOSCORIDES.

PEDANIUS autem, vel ut alii volunt PEDACIUS DIOSCORIDES, ex eâ Ciliciæ civitate oriundus quam Anazarbam, postea Cæsaream Augustam nominarunt, cæteros superavit studio ac diligentiâ, quibus materiam medicam complexus est. [g] Anazarbensis Dioscorides, inquit Galenus, quinque libris, materiam omnem utilem absolvit, non herbarum modò, sed & arborum & fructuum & succorum & liquorum, memorans insuper & metallica omnia & partes animalium, & mihi utique videtur omnium perfectissimè tractatum de materia medicamentorum confecisse. Nam licet à majoribus eò plurima de illis benè scripta extent, tamen à nemine omnium æquè de omnibus; nisi quis Tanitrum prædicet Asclepiadis. Ego, inquit [h] Gesnerus, Tanitrum libri alicujus inscriptionem esse conjicio, cujus autor sit Asclepiades Ex illis Galeni verbis judicare possumus quanta fuerit antiquorum de materia medica cognitio cùm Dioscoridis opus absolutissimum existimaretur.

g *Galen. lib. 6. de simp. medicam facult. in proemio.*

h *De rei herb. scriptor. ad Trag.*

[i] Quo tempore vixerit Dioscorides, inquit Cornarius ambiguum fecerunt quidam qui posteriorem Plinio faciunt, ut ne ex ipso multa illa Plinius transcripsisse putetur, quæ sæpe ad verbum eadem cum ipso habet; cùm tamen nullam ejus mentionem faciat, velut aliorum quibus sua in singulis libris accepta refert. Ego verò an ex ipso transcripserit aut ex alio unde etiam Dioscorides,

i *Cornarius in Epist. nuncup. suæ version. Dioſc. edit. anno 1557.*

nihil pronuncio,nec argumento parum ingenui animi quem à se alienissimum facit in Plinio moveor;sed priorem Plinio fuisse censeo,velut Suidas tradit,cujus hæc sunt verba. Dioscorides Anazarbeus medicus, cognominatus Phacas propter lentigines in facie,vixit cum Cleopatra tempore Antonii. Huic consentit etiam operis totius præfatio ad Areum, quem etiam in sequentium librorum omnium initiis nominat:est autem hic Areus, velut ego judico,Philosophus ille Alexandrinus,quem Cæsar Augustus post victoriam Actiacam, ingressus Alexandriam, porrectâ manu ad colloquium admisit,quo ipsi apud cives existimationem faceret, & publicè professus est se Alexandrinis ignoscere; primùm propter Alexandrum urbis conditorem; deinde ob urbis pulchritudinem;postremùm ob Areum amicum, cui in hoc gratificaretur. Dubium aliud movet alius præfationis Dioscoridis locus ubi refert Areum & Licinium Bassum mutua benevolentiâ conjunctos fuisse; contendunt enim nonnulli pro Licinio Basso legendum esse Lecanium Bassum qui sub [a] Nerone Consul fuit cum M. Licinio Crasso Frugi:Quare concludunt Dioscoridem Plinio coævum fuisse,cum inter Neronem & Vespasianum sub quo floruit Plinius, per breve tempus imperium obtinuerint Galba, Otho & Vitellius. Verum ut calculum meum addam, præter ea quæ de Plinio mox dicturus sum, Areus dioscoridis φίλτατος cum Cornario idem & Philosophus Alexandrinus potius habendus videtur,quàm Licinius pro Lecanio usurpandus.Quod ad Suidæ locum attinet in quo refert Dioscoridem vixissæ apud Cleopatram sub Antonio,& scripsisse quatuor & viginti libros omnes medicos eosque celeberrimos, in eo tantùm culpandus videtur Suidas, quòd Dioscoridem Anazarbeum cum Alexandrino seu Phaca Cleopatræ familiari eundem fecerit. Dioscoridis verò opera de quibus loquitur,non rejicienda conjecturâ assequitur [b] Gesnerus ea non differre ab iis quæ extant,nisi quod ordine litterarum quatuor & viginti digesta fuerint in totidem libros, quales etiam sua ætate reperiri audierat Gesnerus, & revera talis est Codex Cæsareus à Dodonæo tantoperè celebratus & à [c] Lambecio tam diligenter descriptus.

a *An. Christ. 64.*

Suidas vixit circa annum 1090.

b *De rei herbar. scriptor. ad Trag.*

c *Commentar. de Biblioth. Cæsar. lib. 2.*

Conjicit enim doctissimus vir Julianæ Aniciæ (quæ Flavii Anicii Olybrii filia fuit)jussu,Dioscoridis opus ordine alphabetico,quamvis ab autoris mente alieno,ut patet ex ejus præfatione,digestum fuisse. Vixit Juliana Anicia initio sæculi sexti sub Anastasio,Justino,aut Justiniano ut alii volunt. Codex autem ille Cæsareus, quo sane vetustior nullus est, à clarissimo oratore Cæsareo Augerio Busbequio viro doctissimo indicatus anno 1562.(quo narratio ejus Legationis Constantinopolitanæ & Amasianæ edita est) ab Imperatore Maximiliano II. redemptus ex Turcicâ servitute in augustissimam Cæsaream Bibliothecam transmigravit.Membranaceum est,formam quam vocant *in folio*,quadratam ferme obtinet,continetque folia quadringenta,nonaginta unum,quorum maxima pars, injuriâ vetustatis, non minùs malè habita sunt quàm ipsa compactura quæ tota lacera, & à tineis ac blattis fœdè miserèque corrosa est. Litteræ omnes majusculæ & perelegantes quidem, sed & ab illis quibus nunc utimur litteris, aliquantulum diversæ. Accentus in eo desunt; & si qui in eo reperiantur, recentiorum manu sunt additi. Voces sine ulla distinctione sibi invicem cohærent, ideoque lectio hujus Codicis etiam doctissimis & in studio

"*Ex Lambec. descriptione.*

„ Linguæ Græcæ exercitatissimis viris negotium facessere potest; quippe cùm
„ ubi unaquæque vox vel incipiat vel desinat, quodammodo divinandum sit.
„ Hæc autem ratio scribendi uno ac perpetuo ductu, sine accentibus ac dis-
„ tinctione apud Græcos sola in usu fuit usque ad tempora Aristophanis Bizan-
„ tii, Grammatici Alexandrini, qui sæculo ante Christum secundo, nempe
„ Olympiade CXLV. sub Ægypti rege Ptolomæo Epiphane potissimùm claruit,
„ & primus omnium accentus & distinguendi rationem excogitavit. Quamvis
„ autem Græci ex eo tempore accentibus & interstitiis vocum atque sententiarum
„ in scribendo uti cœperint, tantùm abest ut pristinus ille scribendi mo-
„ dus statim omnino sit abrogatus, ut etiam integris aliquot post Christum
„ sæculis nonnulli Libri ita scripti sint.

Dioscorides autem plantarum sexcentarum circiter mentionem fecit, quarum quadringentas & decem vel descripsit, vel cum magis cognitis comparavit. Cæterarum nihil habemus præter nomina & vires. Inter descriptas paucæ occurrunt quæ nostris optimè respondeant. De reliquis judicium certum ferri nequit. Quod ad non descriptas attinet, veri quidem simile est quamplurimas nobis, ut aiunt, veluti per manus traditas esse, Oleam v. g. Rosam, Pinum, Cupressum, Laurum, Palmam, Ulmum, Fraxinum. Quis dubitat Castaneam antiquorum, Pyrum, Punicam, Cerasum, Malum, Amigdalum, Cotoneam, Ficum, Juglandem, cum nostris prorsus convenire? Idem de Tritico & Vite censeri debet, de Oryzâ, Brassicâ, Lactucâ, Porro, Allio, Cæpe, Lilio, cæterisque quarum usum quavis ætate familiarem fuisse constat plantarum. In
„ viribus recensendis [a] merito in Dioscoride desideres id quod olim Galenus de-
„ sideravit, varia scilicet eum ad varios affectus commendasse, sed justo confu-
„ sius, nec satis distinxisse varias morborum causas: scilicet unus idemque affe-
„ ctus à diversis causis proficiscitur: itaque est quidem ut medicamentum aliquod
„ in affectu quodam valeat, si ejus hæc aut illa causa fuerit, sin alia damno po-
„ tiùs sit, aut certè nihil juvet. Proindè simpliciter aliquod medicamentum ad
„ affectus laudare non licet, nisi habita simul ratione causarum. Quod ipsum à
„ Dioscoride factum non est: ut adeoque imperitum medendi artis etiam ille in
„ gravissimos errores conjecerit. Non unius tamen Dioscoridis hoc vitium est,
„ sed penè omnium qui de viribus medicamentorum sunt commentati.

a *Corring. Introd. in Art. med.*

COLUMELLA.

Non longè à Dioscoride vixit [b] LUCIUS JUNIUS MODERATUS COLUMELLA [c] Gaditanus, clarus ante alios agriculturæ magister & illustrator. Ætatem qua præcipuè floruit inde expungimus, inquit Nicolaus Antonius Hispalensis, quòd Senecis fratribus æqualis vixerit, [d] Lucium Philosophum tum viventem laudaverit, [e] Gallionis familiaritate usus sit, ac post Consulatum [f] Lucii Volusii opus suum scripserit. Columellæ de re rustica habemus libros tredecim. Cassiodorus sexdecim illi tribuit. In capite primo libri primi autores enumerat externos & Latinos, qui antea agriculturam scriptis celebraverant. [h] Principibus Latinæ Linguæ meritò accensetur autor sermonis suavitate, politiâ, & vi quoque & eruditione. Ejus hortulus purum & verè Latinum carnem est, non tumidum, inflatum, absonum; sed naturali venustate elegans, non adfectans declamatorios flores, perpetuæ orationis dedecus & corruptionem.

b *Nicol. Anton. Hispal. in Biblioth. Hispan.*
c *Columell. lib. 8. cap. 16. & de cult. hort.*
d *Idem lib. 3. cap. 3.*
e *In fine lib. 9.*
f *Cap. lib. 1.*
g *De divin. lection cap. 28.*
h *Barth. Adv. lib. 37. cap. 7.*

ruptionem. [a] Scripsit de re rustica minimè rusticè. Inter omnes enim qui extant Rei rusticæ scriptores, solis instar eminet ac elucet: libris duodecim universam ruris disciplinam ac agriculturam tradidit, temporibus Claudii Imperatoris.

a Joan. And. Quenstedt de viris doctrina illustr.

Verum Romanorum nulli Res Herbaria adeo cordi fuisse videtur ac C. PLINIO SECUNDO. In Historiâ mundi, quam Vespasiano Imperatori, vel ut aliis placet Tito consecravit (quæque verè mundus est rerum omnium cognitu dignarum, ut ait [b] Erasmus, [c] opusque diffusum, eruditum nec minus varium quàm ipsa natura) à duodecimo libro observante [d] Gesnero usque ad vigesimum septimum, variis omnino modis de stirpibus tractat, philosophicè, historicè, medicè, rusticè, magicè &c. magna pars Dioscoridis scriptorum in iis reperitur, cùm tamen Dioscoridem ipse nusquam citet; aliis nimirum autoribus usus, ex quibus Dioscorides quoque pleraque desumpserat. Ex Theophrasti etiam de Historia plantarum libro plurima transtulit, & quædam non satis feliciter.

PLINIUS.

b Præfat. in Plin.

c Plin. Epist. lib. 3. Marcellino suo.

d Gens. de Rei herbar. scriptor. ad Trag.

Plinium etiam à Dioscoride multa transcripsisse vulgaris est opinio. An à vero aliena? Cornarius, ut jam diximus, & Gesnerus, Dioscoridem & Plinium iisdem autoribus usos fuisse existimarunt. In eandem sententiam ivit vir omni doctrinâ eruditus Salmasius, qui candore Pliniano putat indignum ut Dioscoridis nomen tacuerit, cùm cæteros omnes nominatim laudare affectet. [e] Ubicumque Dioscoridem & Plinium concordes in aliqua describenda plantâ animadvertes, ait Salmasius, tuto credere potes ab eodem fonte hausisse utrumque, sive hic sit Sextius Niger, sive Diodotus, sive Julius Bassus, aut quicumque alius veterum, recentiorumve. Dioscorides v. g. Nigrum carpit, quòd Aloem in Judæa fossilem & Euphorbium Chamæleæ succum esse scripserit. Plinius eadem planè ac Niger litteris mandavit. Ergo Dioscoridi & Plinio Nigri opera nota fuerant. Ergo Dioscorides & Plinius quæ habent communia à Nigro fortè acceperunt. Unde fieri potuit ut circa idem tempus uterque scriptioni vacaret inscius alterum eidem operi incumbere.

e Salmas. Prolegom. in lib. de Homonym. Hyl. intric.

Hæc si vera sint, famæ Dioscoridis nimiùm detrahi debet, ut furti crimen à Plinio avertatur: Dioscorides enim graviter laceraſſet Nigrum, quo tempore ejus scrinia compilabat, cùm maxima pars operum Dioscoridis apud Plinium reperiatur, Nigro in hac hypotesi revera tribuenda. Præterea Dioscorides, ut monet Cornarius, opera sua dicasse videtur Areo Philosopho Alexandrino. His addi potest Plinium in nonnullis à Nigro dessentire, in quibus cum Dioscoride convenit. In Hyperico v. g. & Androsæmo quæ à Nigro confusa, à Dioscoride & Plinio distincta sunt. Quapropter verisimile est Plinium & Nigri & Dioscoridis operibus usum fuisse; hujus autem vel casu, vel alia de causa quam ignoramus, oblitum fuisse: nec prætereundum est plantarum supra mille mentionem fecisse, ac proinde ætate inferiorem fuisse Dioscoride, qui sexcentarum tantùm meminit, cùm tamen nulli disciplinæ operam dederit nisi Rei Herbariæ. Galenus verò judex æquissimus ne Plinium quidem nominavit inter Herbarios: & tantùm abest ut Dioscoridem furti accusarit, quin po-

tius eum omnium ſui temporis diligentiſſimum appellarit, nec Sextium Nigrum, ſed Aſclepiadem tantùm ipſi æquiparaverit. Candor Plinianus, qui tanti ſit à Salmaſio, dubius redditur ex iis quæ Antonio Muſa ſumpſiſſe videtur: „ nam, ut Gabriel Humelbergius obſervavit, [a] quæ de Veronicâ ſcripſit ex Muſa ſi contuleris, Plinius mutuaſſe videtur, non obſtante quod apud Plinium in „ nomenclaturis medicorum per diverſos librorum elenchos, ipſius nulla fiat „ mentio, ſed tacitus ipſum prætereat. Quid mirum igitur ſi altum ſit apud ipſum de Dioſcoride ſilentium?

a *In præfat. ad libr. Anton. Muſæ.*

[b] Aliud habemus argumentum longè fortiſſimum, inquit Salmaſius, quo omnes victi nobis concedât oportet ex Dioſcoride quæ compoſuit de herbis Plinium non accepiſſe. Ordo eſt quem in his exponendis ambo ſecuti ſunt. Dioſcorides reprehendit priores, quòd malo uſi eſſent ordine in ſtirpium naturis exequendis, quorum alios ſpecies junxiſſe ait inter ſe, quæ toto genere diſſiderent, nonnullos qui per ſeriem litterarum eas deſcripſerant, multùm etiam hoc modo conturbaſſe rationes earum, diſparatis ac disjunctis quæ unius erant generis. Plinius in utrumque incidit vitium, dum partim eas alphabetico ordine proſequitur, partim ex remediorum facultatibus tradit. Ergo Plinius quæ compoſuit de plantis ex Dioſcoride non accepit. Verùm Salmaſii pace dixerim eum ordinem, quem Dioſcorides improbavit, Plinio forte arriſiſſe, quò facilius ex tempore congererentur quæ in aliorum libris occurrebant, aliàs forſan melius ordinanda. Vel ut ſolent Plagiarii ordinem à Dioſcoride improbatum affectavit, ut furtum melius celaret.

b *Prolegom. in libr. de Homonym. Hyl. intric.*

[c] Viginti millia rerum, inquit Plinius dignarum curâ (quoniam ut ait Domitius Piſo, theſauros oportet eſſe non libros) ex lectione voluminum circiter duum millium, quorum pauca admodum ſtudioſi attingunt, propter ſecretum materiæ, ex exquiſitis autoribus centum incluſimus triginta ſex voluminibus, adjectis rebus plurimis, quas aut ignoraverant priores, aut poſtea invenerat vita. Nec dubitamus multa eſſe quæ & nos præterierint. Homines enim ſumus & occupati officiis, ſucciſiviſque temporibus iſta curamus, „ id eſt nocturnis. [d] Poſt cibum ſæpe, inquit C. Plinius Cæcilius Secundus, prioris ex ſorore nepos (quem interdiu levem & facilem veterum more ſumebat) „ æſtate ſi quid otii jacebat in ſole, liber legebatur, adnotabat, excerpebatque. „ Nihil enim umquam legit, quod non excerperet. Dicere etiam ſolebat „ nullum eſſe librum tam malum, ut non aliqua parte prodeſſet. Poſt ſolem plerumque frigidâ lavabatur; deinde guſtabat, dormiebatque minimùm. Mox „ quaſi alio die ſtudebat in cœnæ tempus: ſuper hanc legebatur, adnotabatur „ & quidem curſim. [e] Ex annotationibus quidem hujuſmodi curſim & properanter excerptis hos libros naturalis Hiſtoriæ compoſitos liquet. Quare à ſententia Joſephi Scaligeri viri præſtantiſſimi dimoveri non poſſum, qui non inconſideratè judicat huic immenſo operi ultimam manum nondum acceſſiſſe, cum Plinius Miſeni claſſem imperio regens incendio Veſuvii periit. Neque propterea cenſendum eſt ejus Hiſtoriam abſolutam fuiſſe, quòd eam Veſpaſiano dedicaverit; nam, ut moris erat apud veteres, quemadmodum abundè probat Salmáſius, prius ad ſcribendum de aliqua diſciplina, quàm ad eam co-

c *Plin. in Præfat. Hiſt. nat.*

d *Plin. Epiſt. lib. 3. Marco ſuo.*

e *Salmaſ. in Judic. de Plin.*

In Scaligerian.

In Judic. de Plin.

gnoſcendam venire, ſic & fortè præfationes componere ante operis abſolutionem. Plinius forſan deſperans de immenſo ſuo theſauro expoliendo, & in ordinem redigendo, maluit adverſaria poſteris relinquere cum ſuæ erga Imperatorem obſervantiæ, & grati animi teſtificatione, quàm ea ſupprimere.

Inſuper multa Plinio maximè defuerunt, ut fatetur Salmaſius; Plantarum nempe ſcientia, Linguæ Græcæ exquiſita cognitio, otium, tum & ea ſcientia quæ vocatur Critice. [a] Quantum ſane progreſſum fecerit in Herbaria ſcientiâ ex inambulatione hortulorum Antonii Caſtoris neſcio, ſed illud ſcio, nihil ex hortis illis in libros ſuos transfudiſſe. Quæcumque enim commentatus eſt de Re Herbaria, ex Græcis ea ſcriptoribus tranſtulit, & verbis eorum in propriam linguam converſis deſcripſit. [b] Dici vix poteſt quantùm & quoties non ſatis exacta linguæ Græcæ peritia Plinium falſa & inconcinna de pleriſque herbis pronuntiare adegerit. [c] Defectu otii multa ordine perturbato, temerèque congeſſit, dum ad fontes revertendi tempus non erat, ſed titulis interdum malè conceptis fidit, interdum aliena fide poſitis. [d] Demum defectu Critices nullo judicio uſus eſt in his quæ tractavit ad Rem Herbariam pertinentibus, nec melius illi ſucceſſit in aliis. [e] Sed præter monſtra & carcinomata alia ſunt infinita quibus magnus occurrit, & merito ſuſpiciendus ac fovendus. Hoc ſolo nomine gratiam meretur præcipuam, quod deperditis autoribus unde accepit diligentiâ illâ ſuâ legendi ac colligendi qua omnes vicit, res innumerabiles nobis tranſmiſit, quarum memoria hodie non omnis abſque illo eſſet, funditus intercidiſſet. Operis ipſius conceptio ac conformatio, diſpoſitioque tota grandis & capacis ingenii opus; idque eo grandius & magnificentius exiſtimari par eſt, quòd nemo unquam ex omni ævo repertus ſit, ne apud Græculos quidem illos loquaces & otioſos, qui univerſam Hiſtoriam naturalem unius laboris & operis monumento conſignarit.

[a] *Prolegom. in libr. de Homonym. Hyl. intric.*

[b] *Ibid.*

[c] *In Judic. de Plin.*

[d] *Prolegom.*

[e] *In Judic. de Plin.*

PALLADIUS RUTILIUS, TAURUS, ÆMILIANUS, vir illuſtris inter Geoponicos, potius quàm Herbarios cum Catone, Varrone & Columela, annumerandus eſt. [f] Ludovicus Vives cùm Catonem antiquarium & Varronem durum nominaſſet, Columella inquit elegantior & terſior eſt. Item Palladius niſi quod interdum habet vocabula & idiomata Latina ſui temporis. Cùm alios libros, inquit [g] Joannes Jucundus Veronenſis, de culturâ agrorum, tum præcipuè Catonis, Varronis, Columellæ, Palladii, ſic ſemper ſtudiosè legi ut ſatiari delectatione non poſſem. Videbar enim illis legendis ruri eſſe, villas habitare, M. Curii, L. Quincii Cincinnati felicem illam vitam degere, quorum alter cùm de Samnitibus ac Sabinis triumphaſſet & de Pyrrho, in agris conſumpſit extremum tempus ætatis: ubi ad focum ſedenti magnum auri pondus Samnites cùm attuliſſent, ſpreto auro magnificam illam vocem edidit, non aurum habere præclarum ſibi videri, ſed eis qui haberent aurum, imperare. Alter dictator factus, à villâ in Senatum accerſitus eſt.

PALLADIUS.

[f] *De Tuad. disciplin. lib. 3.*

[g] *In præf. lib. de Re ruſtic.*

Ex his manifeſtum eſt Romanorum diligentiâ agriculturam magis quàm Rem Herbariam increviſſe: à Græcis enim hac in arte Romani victi ſunt.

Inter Græcos autem qui rerum naturalium ſtudio incubuerunt, mediam quaſi ætatem tenuit CLAUDIUS GALENUS alter ab Hippocrate an-

GALENUS.

tiquioris Medicinæ Princeps appellatus. Natus est Pergami Asiæ civitate nobilissima anno Christi circiter 133. quo tempore Romæ Adrianus imperabat: floruit sub Antonio Pio, Marco Aurelio Antonino, Commodo, Pertinace, Didio Juliano & Septimio Severo. Obiit verò imperante Caracalla. Vixit ex Suida annos 70. ex Laertio 87. ex aliis 98. aut 105. Grammaticæ, Arithmeticæ, Geometriæ & Astronomiæ operam dedit sub patre suo Nicone, perdocto Geometrâ & Architecto Pergamensi. In Philosophia præceptoribus Stoïcis, Platonicis, Peripateticis & Epicureis usus est: Artem verò medicam imprimis didicit à Satyro & Pelope; sed Aristoteli in Philosophiâ, & Hippocrati in Medicina ita fuit addictus, vir alioqui summi ingenii & ad omnes disciplinas natus, ut Hippocraticam doctrinam brevitate obscuram, Peripateticâ arte explicaverit & plerumque corruperit. Dissimili nempe prorsus indole & ingenio fuisse videntur duo illa magna Græciæ lumina Hippocrates & Galenus: longè enim aliter & curarunt & philosophati sunt. [a] Qui Hippocrati Galenum parem esse putant, neutrum eorum se intelligere ea confessione fatentur Cardani judicio: multò enim plus Hippocrates à Galeno distat quàm Galenus à puerulo quovis. [b] Certum illud ad dictionem quod attinet atque compositionem, Galenum purum esse ac venustum: Harum enim ubique formarum studiosus inprimis extitit, tametsi in plerisque scriptis, intempestivis suis sermonibus ac digressionibus, prælongisque periodis non sine molestiâ libros commisceat, dictorum sensum obscuret & orationis seriem quodammodo abrumpat, lectorem etiam ipsum longioribus hisce deliramentis in negligentiam abducens. Laudandus tamen in pluribus est Galenus; nam artis amore captus plurimas suscepit peregrinationes, cùm aliorum methodum exploraturus, tamen medicamenta indagaturus, in Palæstinam se contulit exportandi Opobalsami, & Bituminis inspiciendi causâ. Navigavit in Lemnum insulam, ut quæ de terrâ Lemnia tradebantur exploraret. Cyprum etiam petiit ut fodinas inviseret, & Cadmiam, Pompholigem, Diphryges, aliaque plurima in usum Pergamensium adveheret; inprimis verò ingentem Calcanthi copiam. Præterea Ciliciam, Phœniciam, Cretam, Ægyptum, aliasque peragravit regiones, ut accuratius quæ artis sunt, observaret. Romæ magnam sibi famam conciliavit, & Imperatorum jussu Theriacam propriis manibus sæpe paravit. Pauci certè tantâ medicamentorum copiâ cùm simplicium tùm compositorum abundarunt; pauci in curando feliciores fuerunt. De viribus plantarum quinquaginta circiter supra quadringentas egit libro sexto, septimo, & octavo de simplicium medicamentorum facultatibus, præter alias plurimas de quibus sparsim tractat: maximeque operam dedit ut vires plantarum ex tertiis & secundis ut aiunt qualitatibus in gradus nonnullos caloris, frigoris, siccitatis & humiditatis distingueret. Qua in re utrum bene se gesserit, alii judicent.

[a] Cardan. de Subtil lib. 16.

[b] Photius in Biblioth.

Artem Herbariam plurimùm illustrarunt supra laudati autores; sed cum eorum labor omnis in indagandis remediis plane versaretur, nescio quo malo fato contigit, ut quo pluribus præsidiis Medicinam locupletarent, eo magis Botanicen obscurarint. Cogebantur enim novis vocabulis appellare plantas, quarum vires deprehendebantur, necdum habebantur leges juxta quas con-

ſultò nomina imponerentur. Eorum quibus utebantur vis ſingularis erat, & ita propria plantis quibus dabantur, ut cæteris ſpeciebus ejuſdem generis non conveniret. Qui primus Colchicum v. g. appellavit plantam in Colchide naſcentem, prævidere nequaquam poterat futurum aliquando tempus quo nomen illud ſingulare & uni plantæ proprium, genericum evaſurum eſſet; hoc eſt ſignificaturum ſpecies omnes plantarum quarum nota propria eadem eſt. Quamobrem nihil mirum ſi ex ſinceris puriſque fontibus, principia Botanices non hauſerint antiqui; cùm obſcuritas ſola à multitudine, imò & redundantiâ nominum non congruentium aut æquivocorum orta, in cauſa fuerit cur recentiores tandem norint quænam adhibenda ſint præcepta in appellandis plantis, quantique ſit momenti vocabulis tantùm uti ad rem ipſam accommodatis.

Deſcriptiones plantarum quas antiqui uſurparunt, damnum ex confuſione nominum genitum quodammodo reſarcirent, ſi ex his plantæ veteribus familiares dignoſci poſſent: ſed lineamentis adeo levibus adumbrantur, vix ut aliquid auxilii nobis afferant. Chalcographiam penitus ignorarunt; & quas plantarum icones depingi curaverant, perierunt temporum injuriâ: quin etiam deſcriptiones & picturas ejuſmodi parvi faciebant. [a] Pinxere namque effigies herbarum ut loquitur Plinius, atque ita ſubſcripſere effectus. Verùm & pictura fallax eſt & coloribus tam numeroſis præſertim in æmulatione naturæ, multùm degenerat tranſcribentium ſors varia. Præterea parum eſt ſingulas earum ætates pingi, cùm quadripartitis varietatibus anni faciem mutent, quare cæteri ſermone eas tradidere: aliqui ne effigie quidem indicata, & nudis plerumque nominibus defuncti quoniam ſatis videbatur poteſtates, vimque demonſtrare quærere volentibus, nec eſt difficile cognitu. Nobis certè pergit Plinius, exceptis admodum paucis, contingit reliquas contemplari, ſcientiâ Antonii Caſtoris, cui ſumma auctoritas erat in ea arte ævo noſtro, viſendo hortulo ejus, in quo plurimas alebat.

a *Plin. lib. 25. cap. 2.*

Nec Galeni diſſimilis fuit ſententia: ſtatuebat enim plantas à præceptore addiſci debere non librorum uſu. [b] Equidem inquit, non poſſum non accuſare & illos quoque, qui primi herbarum formas ſcriptis docere ſunt conati, cùm melius exiſtimem ab ipſo præceptore oculis diſcere, ac non aſſimilari iis qui ex libris prodeunt gubernatores; nam ſic & verior & manifeſtior eſſet doctrina non herbarum modo & fruticum arborumque, ſed & aliorum omnium medicamentorum. Nec fallebatur vir prudentiſſimus. Quis enim plantas ex Dioſcoridis aut antiquiorum operibus cognoſcere poſſet? hoc verò non impedit quominus illæ accuratius deſcribantur & ad vivum ita depingantur, ut non egeant præceptore qui earum deſcriptiones attentè legere, iconeſque ſedulò contemplari non gravabuntur. [c] Harum enim inſpectionem multùm ad illam cognitionem parandam facere negari non poteſt. Neque vero ullius ponderis ſunt, aut conſideratu digna, quæ adverſus imagines has & olim Plinius & patrum memoriâ Janus Cornarius, Langiuſque diſputaverunt; cum uſu quotidiano ſit compertiſſimum imaginem bene depictam longè exquiſitiùs & certiùs docere figuram, ſimiliaque quæ in ocu-

b *Gal. in præmio lib. 6. de ſimpl. medicam. facult.*

c *Conring. Introd. in Art. med.*

„ los incurrant, non ſtirpium tantum, ſed aliarum quoque rerum; quàm am-
„ pla quævis deſcriptio præſtare poſſit.

Tradebant igitur priſcis illis temporibus veluti per manus quàm à majoribus acceperant plantarum cognitionem, vel pro deſcriptione minus cognitas leviter comparare ſolebant cum notioribus, exiſtimantes familiarum memoriam nunquam perituram. Verùm ea nobis denegata eſt felicitas: quæque antiquis adeo notæ fuerant, magna ex parte nunc incompertæ ſunt ſtirpes, & deſcriptionum iconumque penuriâ, veterum lectiones tot difficultatibus obruuntur, ut in judiciis noſtris maxima ſit infirmitas. Hyſſopum, inquit Dioſcorides, herba nulli non cognita. Quàm potiori jure diceremus Hyſſopum Dioſcoridis herbam eſſe nulli fortè cognitam! Mira tamen ipſi tribuit Dioſcorides, & Origano cum Hyſſopo comparato, Centaurium minus, Tragoriganum, Serpillum, Marum, Polycnemon, Symphytum petræum, Ageratum, Papaver erraticum, Origano ſimilia eſſe affirmat; adeo ut earum omnium plantarum notitia ab una pendeat Hyſſopi cognitione. Numquam fortè Dioſcoridi venit in mentem Ocimum aliquando ignotum futurum eſſe: hacque fiduciâ ductus ne breviter quidem ipſum deſcripſit, ſed veluti typum propoſuit ad cognoſcendam Calaminthæ priorem ſpeciem, Acinum, Ocimoidem, Erinum, Solanum, Mercurialem & Heliotropium. De Stœchade, Symphyto petræo, & Thymbrâ certi nihil affirmari poteſt ignoto antiquorum Thymo: idemque dicendum de pluribus aliis, quas Dioſcorides cum Rutâ, Anetho, Fœniculo, Cicutâ, cæteriſque ſibi maximè cognitis conferre non dubitavit.

Ὑσσώπος πόα cap. 30.

Ὠκίμος γνώριμον. lib. 2. cap. 271.

Ad eos nunc ſe convertat oratio, qui poſt Galenum materiæ medicæ ope-
„ ram navarunt. [a] ORIBASIUS Sardianis (Pergamenum fuiſſe probat
„ Conringius) *familiaris Juliano Parabatæ, à quo Conſtantinopolis quæſtor eſt*
„ *conſtitutus* plurima ſcripſit de medicamentis ſimplicibus & compoſitis. [b] Ex
„ juſſione, inquit, D. Juliani Auguſti collecti ſunt ex omni regione Archiatri, ex
„ quibus elegit optimos & probatos Medicos numero 72. inter quos & mea eſt
„ electa parvitas, ut diverſis antiquorum Auctorum libris in unum congregatis;
„ ea quæ utiliora in curationibus poſita erant, ad ſanitatem hominum, in pau-
„ cis voluminibus omnia continerentur. Quo facto in 72. libris à nobis com-
„ prehenſa ſunt. Ex Galeno autem omnia fermè deſumpſit, additis quamplurimis ineptis & alienis. Quis credat, inquit [c] Fuchſius, Oribaſium quem Galeni ſtudioſiſſimum fuiſſe conſtat, tam abſurda, & multis modis ab illius placitis abhorrentia, ſuis commentariis inſerere voluiſſe.

ORIBASIUS.
a Suidas.

b Ex præfat. in Medic compendium ad Euſtachium filium.

c In præfat. ad Aphor. Hipp.

AETIUS.
d Guint. Andern. in præfat. ad Alex Trall.

e De Viris Med. illuſt.

[d] AETIUS Amidenus ſeu Amida Meſopotamiæ oppido ortus, eandem
„ penè ſcribendi rationem quam coævus ejus Oribaſius obtinet; multa quoque
„ ex aliis mutuatus eſt, ſuiſque inſeruit liberius, nulla adeo diſtinctione aut ra-
„ tione ſæpius adjecta. [e] Caſtellanus aliter ſcripſit de Aëtio. In hoc, inquit, habemus Galenum contractum, Oribaſium explicatum, Paulum Æginetam ampliatum. Floruit Aëtius anno Chriſti 350. vel, ut aliis placet, 455. Verum conſtat ex iis quæ dicturi ſumus de Tralliano Caſtellanum hallucinatum fuiſe, cum affirmavit Aëtium Pauli Æginetæ doctrinam ampliaſſe; nam ætate ſuperior fuit Paulo.

[a] ALEXANDER TRALLIANUS, à Trallibus civitate Lydiæ in Asiâ minori sic appellatus, Oribasio, Aëtioque posterior fuit; ut quorum nominatim aliquoties meminerit: Paulo tamen Æginetâ superiorem extitisse inde cognoscitur, quòd ille hujus, ut idonei scriptoris, medicamentorumque ipsius mentionem faciat. Alexander autem, peragratis Græciâ, Italiâ, Galliâ, & Hispaniâ, libros duodecim de Re Medicâ scripsit, in quibus à veterum placitis dissentire non dubitavit, veritati magis quàm auctoritati hominum acquiescendum esse judicans. Galenum quidem reprehendere ausus est, quod tunc temporis magnum, & quasi læsæ Majestatis Medicæ crimen videbatur: ipsumque in medendo à propria methodo deflectere, aliter nempe philosophari & aliter curare demonstravit; sed præmisso elogio, [b] divinissimum Galenum appellans, ὁ θειότατος Γαλῆνος.

a ALEXANDER TRALLIANUS a Guint. Andern. ibid.

b Trall. lib. 5. cap. 4.

PAULUS ÆGINETA, à patriâ Æginâ nuncupatus, quem Manardus Galeni simiam vocat, [c] longa jam rerum observatione instructus, Hippocratis, Galeni, & Oribasii monumenta latissimè diffusa summo brevitatis artificio in septem librorum compendium aptavit. Hanc epitomen, inquit Paulus, ex antiquis congessi, nec aliud de meo adjeci præter pauca quædam quæ in operibus artis ipse vidi. [d] Insigniter autem peritus fuit in mulierum morbis, multumque illis curæ impendit: convenire ipsum solebant obstetrices, & eum de rebus quæ mulieribus post partum acciderent, consulere; unde eum *Obstetricium* appellaverunt Gesnerus de Oribasio, Aëtio, & Ægineta sic sentit. [e] Tantum Galeni auctoritati tribuerunt, ut ne latum quidem unguem ab ejus judicio unquam discesserint, & nihil ferè prorsus de suo adjecerint, sed omnia sua ex Galeno, vel iisdem verbis, vel breviùs aliquantò repetierint. Itaque in hac parte multò magis laudaverim Arabes, qui inter cætera quæ à Græcis mutuantur, multa passim de suo & Græcis incognita addiderunt. Sed his ut hoc facerent magis occasio fuit, ut qui in alia orbis parte & posteriores tempore vixerint.

PAULUS ÆGINETA anno Christi 420. ex Vvolfg. Justo. 380. ex Renato Mor. c Castellanus. d Hist. Dynast. Abul. phar.

e De Rei Herbar. scriptor. ad Trag.

ARABES.

Æquius de Arabibus judicasse videtur Gesnerus, quàm cæteri Medici qui ævo suo scripserunt. Enimverò in Materiæ Medicæ campo à Græcis per plures annos exculto plurima conseruerunt Arabes, & maxima pars medicamentorum quibus nunc utimur, ipsis est attribuenda. Ut cæteras Medicinæ partes, ita & Artem Herbariam à Græcis acceperunt; maximè ex quo tempore Chalifæ Libros Græcorum in Arabicam Linguam transferri jusserunt. [f] Primus autem eorum qui scientiis operam dedit, fuit Chalifa secundus [g] Abu-Jaafar, Al-Mansur (seu Almansour) qui præterquàm quod Legis peritiâ excelluit, Philosophiæ etiam studio incubuit ac præcipuè Astronomiæ. At ubi devolutum est inter ipsos imperium, ad Chalifam septimum Abdallam [h] Al Mamunem (sive Almamoun) Harounis Arrachidi filium, perfecit ille quod orsus fuit avus ipsius Almansour, & scientiam locis quærere aggressus, cum Græcorum Regibus intercedens, petiit ab illis, ut qui apud ipsos essent libros philosophicos ad se mitterent; qui cùm ad ipsum quos haberent misissent, conquisitis ille interpretibus peritis, eos ipsis accuratè vertendos imposuit. Cumque quâ fieri potuit diligentiâ versi essent, homines ad eos legendos incitavit,

f Hist. Dinast. Abul. Phar. g Chalifatum obtinuit anno Hegiræ 137. Christ. vero 754. obiit anno Hegiræ 158. Christi 774. h Chalifatum obtinuit anno Hegiræ 198. Christ. 131. obiit anno Hegiræ 218. Christ. 833.

„ eorumque perdiſcendorum deſiderium ingeſſit, ipſeque doctis vacare & eo-
„ rum diſputationibus intereſſe ſolitus, & eorum diſſertationibus delectari. Por-
„ ro & medici erant Johannes Ibn. Batrik interpres, Al-Mamounis libertus,
„ qui & fidus fuit in libris medicis vertendis, felix in ſenſu reddendo, at
„ Arabicè minus eleganter loquens: Philoſophiæ quam Medicinæ major ipſi
„ peritia. Ex eorum numero etiam Sahal Ibni Schabour qui Alcaouſay appel-
„ latus. Medicina claruit tempore Al-Mamounis, cùm una cum Johanne Ibn
„ Meſua, Georgio Ibn Bakhtichoüa, Iſa Ibnoutaqim, & Zacharia Al-Tiphu-
„ rienſi conveniret Schabour Medicus. Inferior illis fuit in eâ quæ voluit pro-
„ ferendo, nequaquam autem in medicando.

SERAPIO *anno Chriſt. 742. ex Renat. Mor. 1066. ex Vvolfg. juſto.* a *Geſu. de Rei Herbar. Scriptor ad Trag.*

„ Inter Arabes autem SERAPIO Rei Medicæ longè doctiſſimus fuit, [a] om-
„ niumque qui ante ipſum de medicamentis ſimplicibus ſcripſerant, tum Græ-
„ corum, tùm Arabum lucubrationes collegit,& in ordinem digeſſit: ab initio
„ quidem operis auctores enumerantur 79. quorum nomina hic omitto, quod
„ plerique obſcuri ſint, & nihil eorum extet quod ſciam, ut Abugaric, Abic,
„ Arabari, Albaſry, &c. ſed maxima hujus operis pars ex Dioſcoridis & Ga-
„ leni verbis conſtat. Inſunt tamen plurima paſſim à Græcis veteribus non de-
prompta ſimplicia, partim cognita hodie, partim incognita. [b] Serapionem jam emendationem habemus curâ Alpagi & Coſtæi, ut obſervavit Conringius, qui fatetur id opus inter Arabica hujus argumenti ſcripta Latinè edita, maximè lectu dignum eſſe.

b *Conring Introd. in Art. med.*

RAZIS, ſive RAZY vel ARRAZY à Rei Perſiæ urbe in quâ natus eſt, nomen accepit. Vocabatur enim Aboubicri Mouhhammad filius Zachariæ. A nonnullis Almanſoris nomine citatur,& liber ejus Almanſor ſive Manſor appellatur. Is autem eſt veluti Breviarium non ſolum triginta aliorum voluminum quæ *AlHhaoüy* appellaverat, hoc eſt *Continens*, propterea quòd omnia continere exiſtimaretur; ſed etiam *Aljama*, quod erat *Collectio* immenſa rerum ad Rem Medicam ſpectantium, tum & tractatus de humani cor-
„ poris partibus ab eodem auctore editi. [c] Raſis autem volumen de Re Medi-
„ ca in novem libros digeſtum condidit, quorum tertius alimentorum & medi-
„ camentorum ſimplicium facultates edocet. Joannes Serapio etiam paſſim hu-
„ jus auctoris verba citat, quæ conferendo deprehendi alia eſſe quàm quæ dicto
„ Razis libro habentur. An vero in Continente ſic inſcripto hujus auctoris ope-
„ re inveniantur haud ſcio. Sed dictu quidem in proclive eſt Razim à Serapione citari potuiſſe, ſi Serapio anno 1066.& Razis annis 1070. vel 1085. vixerint, ut placet Wolfgango Juſto. Verum Ibn Khalican, quem Golius ſecutus eſt, Razis mortem refert ad annum Hegiræ 311. ſeu Chriſti 923. Abul-Pharagius autem non levi errore ad annum Hegiræ 321. ut docuit me præclarus vir, peritiſſimus ac ſapientiſſimus Abbas Renaudotus Golius in notis ad Alfarghany,
„ de urbe Raii loquens hæc habet de Razi: Atque iſto gentili nomine paſſim ce-
„ lebratur philoſophus & medicus Abubeker Muhamed filius Zachariæ, nem-
„ pe Rhazis vulgò dictus, potius quàm Razis vel Razæus, quia in urbe Raii natus
„ uti & denatus fuit anno Hegiræ 311. librorum plurimorũ, ut qui Indicem ſatis
„ magnum effecerint, auctor. Inter eos ſæpè laudatum fuit de morbis particula-

c *Gneſ. de Rei Herbar. ſcript. ad Trag.*

ribus

ribus opus *Alteb Elmansouri* Medicina Mansoriana dictum, velut Almansori dicatum; apud nos vulgò Razis ad Almansorem. Fuit autem hic, ne quis erret, Almansor Filius Isaac, F. Ahmed Muctafis Chalifæ Abassidæ 38. ex fratre nepos, Raiæ à patruo præfectus, non verò Almansor Chalifarum eorundem Abassidarum secundus, Imperialis urbis Bagdadi conditor, quippe qui anno Hegiræ 158. decessit.

AVICENNA seu AVISENA, vel ABENSINA, EBN SINA, & ABUALI IBN-TSINA[a] Librum secundum sui operis de Medicamentis omnis generis conscripsit, omnibus in unum litterarum ordinem redactis, in quo auctores citat Galenum: Dioscoridem & paucos Arabes: idem in libro de Corde medicamenta, ut aiunt, Cordialia serie litterarum enumerat. Volaterranus Avicennam Hispalensem fuisse affirmat, alii Arabem, Castellanus Persam. [b] Pater meus, inquit, Avicenna, Belchensis fuit, unde se in Bocharam transtulit diebus Nuhi (Noæ) Ebn Mansur, & villâ Hermatain dictâ occupatus fuit, matremque meam è villa cui nomen Aphshana duxit, atque ibi ex ea nati sumus ego & frater meus. Fusè ibidem vitam suam persequitur, & præsertim studendi rationem: Bochara autem seu Buchara & Bochar urbs est in Mawavalnahra, seu Trans-oxiana regione Balcho occidentalior, unius diei itinere distans ab Oxo fluvio: unde liquet Avicennam fuisse Persam, sed non Bactrianum, ut censuit [c] Plempius. [d] Omnem medicinam ordine optimo complexus est, ita ut hac parte etiam exuperet Galenum ex Vossii sententiâ. [e] Avicennæ opus satis exactè dedit Andreas Alpagus, & post hunc Benedictus Rinius Venetus; uti denique Costæus Laudensis, & Paulus Mongius, ut refert Conringius. [f] Qui delectantur fusa & polydedala varietate remediorum Avicennam amplectantur, cuncta enim hujus ævi remedia ex eo manant: natus est anno Hegiræ 370. Christi 981. mortuus verò anno Hegiræ 428. Christi 1037. Consule Plempium in ejus vitâ.

AVICENNA.
a *Gesn. de Rei herbar. scriptor. ad Trag.*
b *Hist. Dinast. Abul-phar.*
Baud Lexic. Geograp.
c *In vitâ Avicen.*
d *Voss. de philos.*
e *Conring. introd. in Art. Med.*
f *Heurn. de Studio medic.*

Arabibus immiscendus est ACTUARIUS, etsi Græcus fuisse existimetur. [g] Avicennæ librum de Urinis ex Arabico sermone in Græcum vertit. Renatus Moreau Medicus Parisiensis omnino eruditus existimat eum vixisse undecimo sæculo, sed qua id faciat auctoritate, quave ratione antiquorum Medicorum Chronologiam penè totam inverterit, non ostendit. Ut ut sit Actuarius ex Dionysio Coronio, ut veterum novissimus, sic recentiorum primus censeri potest. [h] Quidquid bonæ frugis magna illa Galeni sylva, cæterorumque in hoc genere similium, immensa complectuntur volumina, idem unus omnium bellissimè cuncta recentiorum medicorum inventa concinnat, & cum iis quæ ipse per se reperit, tam appositè jungit, tam decenter usibus accommodat, ut de omnibus medium quoddam temperamentum facere videatur.

ACTUARIUS.
g *Gesn. Biblioth.*
h *Coronius in Præf. Actuar.*

JOANNES MESUES DAMASCENUS, filius Abdela regis Damasci, pluribus medicamentorum compositionibus quibus hodie feliciter utimur, famam sibi comparavit. [i] Scripsimus, inquit, in libris explanationum nostrarum, ex his quæ experti sumus quædam adhuc memoratione digna, ex quarum aggregatione summam conteximus, quam *Grabadin* nostrum vocamus, quod est Compendium secretorum in quo expertas & præclaras medicinas ex

MESUES.
Anno Christi. 1158. *ex Symph Campeg. Castell. & Ren. Mor.* 1163 *ex Vvolfg. Justo.*
i *In præfat.*

„ his quæ acquisivimus & invenimus, ab eis quæ medicinæ arcana scitè faciunt,
„ tradere dignum diximus.

AVERROES.

„ [a] AVERROES medicus cognomento commentator, philosophus clarissi-
„ mus, sectâ Mahumetanus, apud Cordubam Hispaniæ vetustissimam urbem
„ floruit circa annum 1149. librumque *Colliget* dictum totam fere medici-
„ nam complectentem edidit. Joannes Leo apud Hottingerum affirmat eum
„ natum esse ex nobili quadam familiâ, ejusque patrem judicem, & caput exti-
„ tisse sacerdotum totius Provinciæ, Averroen in Academia Marochiana auspi-
ciis Jacobi III. ex Almohadis, qui Almoravidas è regno dejecerant, docuisse, observavit [b] Reinesius; sed Aben Jacob secundum Almohadum non tertium fuisse notavit [c] Nicolaus Antonius Hispalensis. Cæterùm Averroes insigniorum stirpium vires ex Galeni libris de Simplicibus Medicamentis eodem ordine alphabeti Græci recensuit, ut notat [d] Gesnerus; idque fecit impulsu amicorum, & maximè jussu regis Miramamolini, cujus medicus fuisse videtur Castellano.

a *Symph. Campeg anno Christi 1165 ex Vvolfg. justo 1170. ex Ren. Mor 1150. ex Castell.*

b *Epist. 15. ad Hoff.*
c *In Biblioth. Hisp.*
d *de Rei herbar. scriptor. ad Trag.*

ABENBITAR.

BAITAR, alias IBNU EL BAITAR, qui ABENBITAR, vel ut
„ alii scribunt EBENBITAR, [e] natus est in civitate Malaga in Bœtica. Phi-
„ losophus & medicus fuit præstantissimus, Herbariusque maximus, eoque è pa-
„ tria sua discedens ad Orientem versus profectus est, perquirens Africam uni-
„ versam atque Asiam ferè totam. Cùm verò ex India regressus esset, pervenit
„ ad Chairum, & in servitiis Saladini Soldani primi ex Chairo ingressus est,
„ quem magno affecit honore. At post mortem dicti Saladini præfatus IBNU ET
„ BAITAR reversus est domum suam, & ibi composuit præstantissimum li-
„ brum secundùm ordinem alphabeti, tribus voluminibus completum. Qui
„ obiit Melcha (imo Malagæ) anno Hegiræ [f] 594. Abenbitar, ait [g] Gesne-
„ rus, scripsit de Simplicibus Medicamentis opus insigne & magnum, ordine
„ alphabetico, citatis autoribus, quod à [h] Bellunensi aliquoties citatur, qui &
„ Arabicum compositorem alicubi nominat. Hoc nuper ex peregrinatione sua in
„ Orientem secum advexit doctissimus vir [i] Gulielmus Postellus. In eo (inquit
„ in epistola quam de his ac peregrinis & secum advectis libris nuper ad me
„ scripsit) simplicia quamplurima & remedia innumera quorum, nec nomen,
„ nec virtus, nec usus adhuc nobis innotuit, sunt expressa; atque omnia ita
„ absolutè, ut quidquid super his medicamentis apud Dioscoridem, Galenum
„ & Oribasium imperfectum & mutilum est, ex hoc volumine restitui ac sar-
„ ciri possit. In pari tamen laude nequaquam ponit Abenbitarem clariss. Do-
dartius doctor medicus Parisiensis, Serenissimæ Principis de Conty Archiater, & Academiæ regiæ scientiarum socius, qui mentem omni doctrinâ, pectus sapientiâ munitum gerit. Excussis enim hujus auctoris operibus manuscriptis, collatisque cum antiquiorum libris, operum Dioscoridis, Galeni & Oribasii restituendorum parum spei nobis reliquit. Dolendum tamen clarissimum virum de republica litteraria optimè meritum Melchisedech Thevenotium, Academiæ regiæ scientiarum socium, prius mortuum fuisse, quàm in lucem edi curaverit Abenbitaris opera Latinè reddita à doctissimo Gallandio,
„ cujus in linguis orientalibus peritiam omnes norunt. Eruditissimus [k] Conrin-

e *Joan. Leo de scriptor. Arabicis apud Hottingerum in Biblioth. Orient.*

f *Christi 1216.*
g *de Rei herbar scriptor. ad Trag.*
h *Andreas Alpagus.*
i *Barentoni natus in Neustria à Francisco rege in Orientem missus, ad comparandos codices antiquos. Obiit Parisiis 1581.*

k *Introd. in Art. medic.*

gius medicinæ ſcriptorum judex æquiſſimus exiſtimavir ex his quæ hinc inde ex Ebenbitare Andreas Alpagus Bellunenſis excerpſit, haud difficile eſſe multas ſtirpes quæ Arabibus in uſu fuerunt, internoſcere.

Mortuis autem Arabibus de quibus locuti ſumus, diſciplinarum & bonarum artium ignorantia totum penè orbem occupavit, eaque ſenſim oblivioni mandata, quæ per manus à majoribus tradita fuerant, ſi pauca excipiantur. Barbariem horum temporum teſtantur NICOLAI MYREPSI Alexandrini opera. [a] Etſi enim non ſatis nobis conſtat (inquit Fuchſius, qui ejus ſcripta Latio donavit) quo prorſus tempore vixerit Nicolaus, tamen cùm in hoc opere & Actuarium & Meſuem qui à nato Chriſto annis 1155. ſub Federico Suevo cognomento Barbaroſſa floruit, aliquot locis citet, palam fit hunc inter recentiſſimos Græcos eſſe annumerandum, eoque vixiſſe tempore quo non modo barbaries ſumma, ſed & denſiſſimæ ſuperſtitionum nebulæ orbem occupaverunt. Hinc etiam eſt quod Nicolai oratio parùm ſit concinna, multiſque barbaris vocibus, quas paſſim ſuis interſperſit compoſitionibus contaminata.

MYREPSUS. a *In præfat. Myrepſ. Circa annum 1098. ex Vvolg. Juſt.*

[b] Alius etiam liber de Medicamentis prodiit NICOLAI PRÆPOSITI nomine priori longè deterior, & à Myrepſi ſcriptis longè diverſus: non habet enim, ut pergit Fuchſius, niſi unam aut alteram initio libri cum Græcis convenientem compoſitionem; cæteræ omnes & ordine & medicamentorum commemoratione plurimum variant: ut ex collatione ipſa palam fiat hoc opus non eſſe Nicolai, ſed alterius cujuſdam, qui nonnulla medicamenta ex Nicolao & diverſis aliis auctoribus in unum congeſſit librum.

NICOLAUS. PRÆPOSITUS. b *Fuchſ. ibid.*

[c] HILDEGARDIS Abbatiſſa cœnobii ſancti Ruperti in oppoſito Bingenſis oppidi, ex parte altera Naii fluvii Moguntinæ diœceſis, Ordinis D. Patris Benedicti, natione Teuthonica, ex comitatu Spanhemenſi elucubravit libros quatuor de Elementorum, fluminum aliquot Germaniæ, metallorum, leguminum, fruticum, herbarum, arborum, arbuſtorum, piſcium, volatilium & animantium terræ naturis & operationibus. Utitur autem phraſi barbara & dictionibus rerum quas deſcribit Germanicis. Multa obſcura, muliercularum ſcholis digna, quædam etiam ſuperſtitioſa & omni ratione carentia inſunt. Qui melioribus carent, iſta legant. Ideoque à [d] Gulielmo du Val doctore medico Pariſienſi eruditiſſimo rejiciuntur hi quatuor libri tanquam ſpurii, & falsò Hildegardi attributi, & revera Geſnerus in Bibliotheca ſua, Hildegardin de Pinguia diſtinguere videtur ab Hildegardi Abbatiſſa. In tractatu vero de Rei Herbariæ ſcriptoribus ad Tragum eandem facit.

HILDEGARDIS. c *Geſn. in Bbliot. & de Rei herbar. ſcriptor. ad Trag. Vivebat anno 1180.*

d *Hiſt. monogr. pag. 22.*

De ratione ſcribendi JOANNIS PLATEARII Salernitani, ex ejus præfatione judicari poteſt. In tractatione, inquit, uniuſcujuſque medicinæ ſimplicis, complexio rerum primo eſt intendenda, conſequenter utrum ſit arbor, an frutex, herba radix, an flos, an ſemen, an folium, an lapis, an ſuccus, an aliquid aliud. Poſtmodum quot ſunt ipſius maneries & qualiter fiant & in quo loco inveniantur. Quæ etiam maneries ſit melior, qualiter ſophiſticantur & ſophiſticatæ cognoſcantur.

PLATEARIUS. *anno Chriſti.* 1300.

Iiſdem penè temporibus librum Pandectarum medicinæ confecit MATHÆUS SYLVATICUS Mantuanus, & Roberto Siciliæ regi dicavit.

SYLVATIUS.

a *Gesn. Biblioth.* » [a] In hoc autem non solùm pharmaca simplicia, quamvis ea maximè, sed alia » etiam quævis vocabula obscuriora & externa quæ apud medicos barbaros » usurpantur, obiter hic explicanda sunt; sed plerumque alia valde corrupta sunt » nulla usquam observata orthographiâ. Græca & Arabica sæpe dicit quæ » neutra sunt. Magnum est chaos & immensa monstra dictionum quæ malè » scribuntur & malè exponuntur. Certè tamen ait [b] Conringius, non sine damno Artis medicæ liber minus nunc manibus studiosorum teritur. Vixit Sylvaticus anno Christi 1336. ex Wolfgango Justo: 1220. ex Gesnero: 1319. ex Castellano.

b *Introd. in Art. med.*

Nec multò pluris faciendæ sunt, quæ sub [c] ARNALDI DE VILLANOVA & [d] JACOBI DE DONDIS Patavini, Philosophi & medici celeberrimi, Aggregatoris cognominati, nominibus prodierunt. Non multò tersior fuit [e] PETRUS CRESCENTIENSIS Senator Bononiensis, qui rogatu Caroli regis Siciliæ scripsit de agriculturâ, multisque plantis & animalium generibus libros duodecim. Audite ipsum de Cannabis culturâ dis- » serentem. [f] Verumtamen qui volunt habere Canapum pro funibus seminare » debent ipsum in locis pinguissimis, in quibus longum valde proveniet, & » grossam & multam stupam habens ex grossitie corticis ejus, & quantò ra- » rius seminabitur, tantò magis ramosum erit. De signis bonitatis equorum » sic habet. [g] Melior equorum est ille qui habet visum amplum & acutè videt » in longinquum, & habet quadratum corpus & fortes aures & longas comas » & curtas gambas de retro & subtile musellum, & caput fastum, & suaves pi- » los & amplas grappas & collum grossum & comedit bene, &c.

c *Mortuus anno 1363 vel potius 1412. ex Biblioth. Anton. Hispal.*
d *Anno 1385.*
e *Anno 1473.*
f *Lib. 3.*
g *Lib. 9. cap 8.*

Quid ineptius [h] Horto sanitatis JOANNIS CUBÆ? Quid obscurius quàm lumen Apothecariorum [i] QUIRICI DE AUGUSTIS DE THERTONA, & Luminare majus [k] JOANNIS DE BOSCO Alexandrini? Demum quid absurdius Antidotario [l] PAULI SUARDI Me- » diolanensis? [m] cujus opus propter barbariem, id est, imperitiam cùm rerum » tùm verborum apud eruditiores medicos & pharmacopolas melioris hujus ar- » gumenti scriptis, qualia præcipuè sunt Jacobi Sylvii, non immeritò postpo- » nitur: quemadmodum & obscurissima illa Luminaria & Nicolai & alio- » rum Antidota paulatim, quamvis ægrè, in desuetudinem abeunt.

h *Editus August. Vindel. Germanicè anno 1486. Latine Venetiis 1511.*
i *Anno 1495.*
k *Anno 1517.*
l *Anno 1526.*
m *Gesn. Biblioth.*

» [n] Prælegebatur autem tunc in Lycæis Avicenna, qui princeps tantæ artis » habebatur. Razis deinde, præsertim nonus ipsius ad Almansorem liber, in » quo absoluta curandorum omnium morborum ratio proponi ferebatur, Al- » bucasis, Avenzoar, Mesuas Arabes, & alii vix citra tædium nominandi. » Allegabantur interim alii ab aliis faciendæ medicinæ, sive ut ipsi vocabant » practicæ scriptores recentiores Bertrucius, Gatinaria, Guainerius, Valescus » & aliorum innumerabilis turba; sed inter præcipuos producebatur Arcula- » nus quem alii Herculanum vocant. Græcorum autem medicorum ratio ha- » bebatur nulla, nec nominibus suis justis satis noti erant principes, cùm » vulgo HIPPOCRAS & GALIENUS à plerisque, imo omnibus appel- » larentur: scripta enim illorum nec Græca nec Latina extabant, nisi quod » translationes quædam corruptissimæ pariter ac barbarissimæ ex Galeno à pau- » cis magni thesauri loco possiderentur, & æquè vitiati Hippocratis exigua

Melchior Adam in vita Cornarii.

mole libelli haberentur, alter Aphorismorum, alter Prognosticon, qui interdum etiam in scholis ubi magni illi principes locum ultrò cessissent, prælegebantur.

Per sæcula fermè quatuor ea barbaries disciplinas & bonas artes penè extinxerat, cùm deficiente sæculo quinto & septimo, Dei summo munere natæ sunt, seu potius è cœlo delapsæ candidiores illæ animæ, quæ melioris notæ auctores indecoro pulvere sordidos, quasi è tenebris in lucem protulerunt & pristinæ dignitati restituere tentarunt. Eædem Botanices fuere vices ac cæterarum disciplinarum. THEODORO GAZÆ debentur opera Theophrasti ex Græco sermone in Latinum conversa. [a] Thessalonicæ honesto loco natus Theodorus Gaza, Amurathe Græciam omnem victricibus armis quatiente, in Italiam venit, fertilitateque ingenii nemini secundus, cùm Græcos omnes linguæ peritiâ eruditoque judicio superaret. Victorino autem Feltrense magistro usus, usque adeo copiosè & diligenter Latinas litteras didicit, ut longè omnium Latinissimè scriberet, nec planè dignosci posset an exactius & certius ab eo Latina Græcè, an ipsa Græca Latinè verterentur. [b] Ex Græcis vertendo nonnunquam Latina vocabula confinxit, non temerè; sed eleganter & analogicè, stilo usus non affectato sed puro & facili, veteres Latinos imitatus, [c] qui tamen in multis reprehendi potest, sensum auctoris non assecutus. [d] Primus Aristotelem ex barbarie in Latium reduxit, sic ut ei quamvis homini Græco permultum debeat lingua Latina. Felicius postea, ut par erat, enuclearunt Theophrastum Julius Cæsar Scaliger Veronensis, Robertus Constantinus Cadomensis, tùm & Daniel Heinsius & Bodæus à Stapel Batavi, & Claudius Salmasius Divionensis non Galliæ tantùm sed orbis miraculum. Obiit Romæ Theodorus Gaza anno 1478. Friderico III. Imperatore, Sixto IV. summo Pontifice.

THEODORUS GAZA.

a *Paulus Jovius in Elog.*

b *Gesn. Biblioth.*

c *Gesn de Rei herbar. scriptor ad Trag.*

d *Gesn. Biblioth.*

[e] HERMOLAUS BARBARUS Patritius Venetus, natus est anno 1454. 21. Maii. Obiit 12. Kal. Jun. anno 1493. ætatis 29. ab anno ætatis vigesimo secundo scribere orsus fuit, cùmque alia multa edidit, quæ doctorum manibus versantur, tùm etiam Plinii Veronensi Historiam naturalem castigavit. [f] Dum Romæ apud Alexandrum VI. Pontificem maximum, Venetæ nobilitatis nomine agit, summisque vigiliis intermortuam bonarum litterarum neque non & disciplinarum gloriam suscitat, ob susceptum inconsulto senatu suo Aquilegiense sacerdotium, exul factus & de possessione ejectus, vitam inopem aliquamdiu traxit, Alexandri Pontificis summi sportulâ quodammodo sustentatus. Paucis vero post mensibus pestilentiâ contactus desertus ab omnibus, infelicissimo mortis genere oppressus est. [g] Vir eruditionis nomine nunquam satis laudatus Dioscoridem nobis primus Latinum reddidit elegantissima & Pliniana oratione, ubi tamen accusatur quòd nimio Plinium imitandi studio nonnunquam à Dioscoridis mente recesserit. Adjecit etiam Corollarium longè doctissimo, quo non Dioscoridem solùm & Rem medicam illustrat; sed etiam utramque linguam & omnem Philologiam pulcherrimè exornat. [h] Quidquid enim à Theophrasto, [i] Athenæo, Oribasio, Aëtio, Paulo, Polluce, Plinio, aliisque cùm Græcis tùm Latinis eruditis admodum

HERMOLAUS BARBARUS.

e *Vossius de Hist. Latin.*

f *Joan. Piero Valerian. de Litterat. infelicitate.*

g *Gesn. de Rei herbar. scriptor. ad Trag.*

i *Fuchs. Epist. nuncup. Hist. Plant. in fol.*

„ hominibus ſparſim notatum eſt, hoc totum in Corollario ſuo, uno quaſi
„ faſce complexus eſt. [a] Idem in Plinianis caſtigationibus paſſim quædam ad
„ ſtirpium cognitionem utilia permiſcet. [b] Ejus caſtigationes primæ in C. Pli-
„ nii naturalis Hiſtoriæ libros copioſæ, & paucæ quædam poſteriores, utræ-
„ que apprimè utiles ſunt; cum lucubratione viginti duorum ferme menſium
„ circiter quinquies mille craſſiora ſanaſſe ſe vulnera glorietur. [c] Et quidem
„ hujus celeberrimi viri ſtudium, ut ait Fuchſius, eo magis à nobis prædican-
„ dum eſſe cenſeo quòd ipſe primus, quamvis profeſſione medicus non eſſet,
„ ſecurè tamen in utramque aurem dormitantibus medicis, nutanti tunc,
brevique caſuræ Rei Herbariæ manus porrigere dignatus ſit. Verùm ne ſuis
quidem vitiis caruit Hermolaus: nam, ut prudenter monet, non poſtremus
eruditione ſed ætate Plinii interpres [d] Harduinus, non veniâ dignus eſt, cùm
neglectis veterum exemplarium veſtigiis, & priſcarum ante ſe editionum
ſecurus, plurima puro arbitrio eruditè magis quàm cautè ac verè mutavit,
vel plane peſſumdedit, cùm plurima ex iis quæ caſtigavit, non errata illa
ſint, ſed parùm intellecta.

a *Geſn. ibid.*
b *Geſn. Biblioth.*
c *Fuſch. ibid.*
d *In Præf. ad Plinium.*

RUELLIUS. *Patria Sueſſionenſis, Medicus & Canonicus Pariſienſis obiit.* 1537.

„ [e] Incomparabilis hujus viri exemplum ac inſtitutum paulopoſt imitatus
„ eſt JOANNES RUELLIUS Gallus homo, ſupra linguarum peritiam
„ non vulgari rerum cognitione præditus. Is enim pari conatu ac ſtudio cum
„ prodigioſis monſtris congreſſurus eum primum nobis auctorem Latinitate do-
„ natum exhibuit; unde rerum exquiſitamque Materiæ medicæ cognitionem pe-
„ tere liceret, ut ſcilicet proſcriptis & explosis tandem Avicennæ & aliorum
„ Arabum inſulſis, erroribuſque non levibus refertis de Re Herbaria placitis, è
„ puriſſimo fonte Dioſcoride ſtirpium notitiam hauriremus. Certarunt itaque
„ inter ſe hi duo inſignes viri uter alterutrum vinceret. Honeſtum ſanè He-
„ ſiodo & Galeno noſtro teſtibus certamen è quo uterque immortalem eſt con-
„ ſecutus gloriam. Cæterum cùm Ruellius veteres atque adeo legitimas ſtir-
„ pium nomenclaturas, quibus eas Dioſcorides appellavit acceſſione novarum,
„ quas nobis magna ex parte monachorum & muliercularum ſuperſtitio pepe-
„ rit, obſcuratas nunc & obliteratas eſſe, neque etiam ſingulas ſtirpes ab uno
„ Dioſcoride deſcriptas animadverteret, paucis abhinc annis opus ut apparet
„ multis vigiliis adornatum, cui de ſtirpium Naturâ titulum indidit, ede-
„ re voluit, in quo ſanè quidquid uſquam ferè apud Theophraſtum, Plinium,
„ Galenum, alioſque veteres & recentes probatos auctores de ſtirpibus ſcriptum
„ eſt, complecti magno ſtudio annixus eſt. [f] In hoc argumento nihil quod
„ ſciam in hunc uſque diem doctius & copioſius exivit meo quidem judicio,
„ quod bona aliorum veniâ dixerim. [g] Quare à pleriſque hodie vir ille bonus
„ male audit, eo quòd complura admodum ad verbum aliunde, è Plinio præſer-
„ tim ac Hermolai Corollario tranſcripta, ſuppreſſis eorum nominibus in ſuos
„ tranſtulerit commentarios; cùm tamen conſtet hunc in præfatione ejus operis
„ ingenuè fateri, ea quæ ſparſim à veteribus tradita ſunt, ſe veluti in compen-
„ dium digeſſiſſe, atque uſque adeo ab iis adjutum eſſe, ut eis penè totum ac-
„ ceptum referat. [h] Budæus Ruellium appellare ſolebat Aquilam interpretum,
„ nec immeritò, ut apertè declaratur, non tantùm Dioſcoridis, ſed Actuarii,
„

e *Fuſch. ibid.*
f *Geſn. Biblioth.*
g *Fuchſ. ibid.*
h *Sammarth. Elog. lib. 1.*

Scribonii Largi & ſcriptorum de Medicinâ veterinaria verſionibus. [a] Cum ſuſceptis liberis uxorem extuliſſet, abdicata medendi arte Sacerdotium in templo Deiparæ Virginis Lutetiis Pariſiorum Poncherii antiſtitis liberalitate promeruit, totumque id otium optimis litteris ut fortunis auctum decebat, impendit: non ignobili quidem gloriæ proventu cum eruditionis auctoritate Budæo proximus eſſet, & Latini ſermonis nitida puritate ſuperior haberetur, ut præclarè indicat Dioſcorides in Latinum è Græco emendatè traductus.

a *Paulus Jovius in Elog.*

Editio prima Operum Dioſcoridis à Ruellio Latina civitate donati, prodiit Pariſiis ex officinâ Henrici Stephani, è regione Scholæ Decretorum anno 1516. VIII. Kal. Maias. Quo pariter anno Dioſcorides ex verſione Hermolai Barbari Venetiis excuſus eſt Kal. Februarii in Gregoriorum fratrum officinâ. Quapropter non video cur Barbarus Dioſcoridis primus Interpres exiſtimetur, niſi dicatur ejus opus poſthumum Aloſii & Franciſci Barbari, ac Joannis Bartholomæi Aſtenſis curâ 23. annis poſt Hermolai obitum impreſſum fuiſſe. Verùm hæc ad Ruellium nihil attinet, tunc enim Hermolai verſionem, neque codices manuſcriptos in manibus habebat: [b] Nihil æquè me torſit, inquit Ruellius, quàm veterum, manuque exaratorum exemplarium inopia (illud enim tantum nactus ſum quod Bibliopolæ typis excuſum circumferunt) in quo permulta manifeſtiſſimè depravata ex varia auctorum lectione & præſertim in libris venenorum, ex vetuſtiſſimo Pauli Æginetæ codice ad priſtinam ſinceritatem reſtituimus.

b *Ruell. in Præfat. primæ Edit. ad Antoн. Dõſomum.*

[c] Ad MARCELLUM VIRGILIUM Florentinum qui poſt Ruellium hanc medicinæ partem illuſtrare aggreſſus eſt, accedamus. Quamvis verò ille non magnam admodum herbarum notitiam habuiſſe videatur, ut qui profeſſione medicus non fuerit, eoque tempore quo denſiſſimis tenebris Res Herbaria obducta jacuit, ſua ediderit, tamen quia complura obſcura ac depravata Dioſcoridis loca enucleavit, & priſtino nitori reſtituit, debet vel hoc ſaltem nomine illius ſtudium & conatus nobis probari: cùm nihil æquè ad rectè intelligendum Dioſcoridem, alioſque auctores conducat, ac exemplarium integritas & puritas. Quòd verò nonnunquam à verbis Dioſcoridis paulò longius receſſerit, nec eorum legitimum ac genuinum ſenſus aſſecutus fuerit, id illi vitium cum cæteris interpretibus commune eſt, utpote qui non rarò Plinii magis quàm Dioſcoridis ſenſum exprimere ac ſequi ſtudueriint. Quòd verò nonnulli Marcellum Dioſcoridis interpretem plane grammaticum eſſe judicant, non magnopere reprehendo. [d] Morborum tamen atque humani corporis vitiorum genus omne, quorum ſubinde meminit Dioſcorides, diligentiſſimè explicat. Commentarii ſæpè nimis prolixi ſunt, cùm in ſingulis ferè capitibus novas præfationes παρεργος attexant. Quod ad ipſarum ſtirpium notitiam & vulgaria nomina pertinet, nihil ferè in his commentariis addiſcet lector. Quod verò ad Linguam Græcam, auctorum teſtimonia, variarum rerum cognitionem, Dioſcoridis intellectum & variam exemplarium lectionem utiliſſimi ſunt. [e] Habuimus enim inquit, Marcellus, antiquiſſimum codicem Longobardis litteris ſcriptum, antiquitatis egregium

MARCELLUS VIRGILIUS.

c *Fuſch. ibid.*

d *Geſn. Biblioth.*

e *In præfat. primæ edit.*

„ & ob id saltem multifaciendum monumentum, quod quantus quondam „ Dioscorides fuerit, incultè quidem, sed multa fide ostendit: quòque minus „ elegantioris ornatus in eo erat, plus fidei nobis & veritatis habuit. Legi postea „ & in manibus omnium triennio jam versionem esse quam Suessonensis Ruel- „ lius in Gallia à se confectam edidit. Legi itidem quam Aquilegiensis Patriar- „ cha, patritiæ gentis. Venetus homo, Hermolaus Barbarus addito Corollario „ jampridem à se confectam morte præventus edere ipse non potuit. Ex inter- „ pretibus verò illis alterum impresso tantum Dioscoridis codice, cujus plura „ penè sunt vitia quam integræ partes ad eam usum fuisse patet. Nec in laborè „ illo præter bonam interpretis fidem, ex proposito sibi scriptoris hujus exem- „ plari legentibus aliud præstare voluisse. Alterum vero morte præventum, „ quale cogitaverat, opus illud edere non potuisse. Marcelli versio edita est anno 1523. Florentiæ *in folio* per hæredes Philippi Juntæ; Coloniæ apud Joannem Soterum 1529. *in folio*; Basileæ vero *in octavo* per Andream Catandrum & Joannem Bebelium 1532. sed doctiores viri pluris fecerunt ver- „ siones Hermolai & Ruellii.[a] Illud autem me magis movit, inquit Mathiolus „ ut Ruellium admiserim, quod ejus conversio omnibus facta sit vulgatior ac „ frequentior in studiosorum manibus versetur. Adde etiam quòd hæc com- „ muni ferè omnium, medicorum præsertim judicio præferatur.

a *In Præfat.*

MANARDUS. *Obiit anno* 1536.

JOANNES MANARDUS Ferrariensis, medicus suo tempore percelebris, plurima scripsit in Epistolis suis quæ Dioscoridem illustrant, maximè libro octavo, in quo Marcelli versionem multis locis emendavit & Hermo- „ lai atque Ruellii interpretationem tutatus est. Manardi oratio ita perspicua „ est, inquit Cælius Calcagninus, ut neminem torqueat, ita pura ut neminem „ non nisi delicatiorem offendat, nec sanè quisquam putet Galenum, Oriba- „ sium, Æginetam à Manardo accuratius excussos quàm Ciceronem, Demosthenem, Plinium, cæterosque elegantioris notæ. Scripsit etiam annotationes in Joannis Mesuæ Simplicia Medicamenta, in quibus ut ipse loquitur multa obscura declarantur, concisa ampliantur, amissa resarciuntur & errata corriguntur.

Eodem sæculo magna cohors interpretum, criticorum, & restitutorum Theophrasti, Dioscoridis & Plinii prodiit. NICOLAUS LEONICE- „ NUS[b] in Opere de Plinii & aliorum in Re medica erroribus, multa ad stir- „ pes noscendas utilia docet; quidquid dicat Pandulphus Collinutius, qui pro Plinio scripsit adversus Leonicenum. Natus est Vicentiæ anno 1428. obiit „ Ferrariæ ubi per 60. annos docuerat anno 1524. ætatis 96.[c] Cum aliquan- „ do ex eo quæreretur quonam arcano medio uteretur, ut tanto cum corporis „ & animi vigore, etiam nullo ciborum habito delectu, senectutis vitia elu- „ deret? Vividum inquit ingenium, perpetua vitæ innocentiâ, salubre vero cor- „ pus, hilari frugalitatis præsidio facilè tuemur.[d] A pueritiâ tamen, imo ab „ incunabulis ipsis ad 30. annum, morbo comitiali adeo tentabatur, ut cùm ad se „ redierat, pertæsus vitæ, penè sibi manus violentas adferret. Sed post trigesimum „ annum planè eo malo defunctus, omnibus membrorum ac sensuum officiis in- „ teger, nulla morbi suspicione ad 96. annum pervenit. Quod si verum sit, id planè

LEONICENUS. b *Gesn. de Rei herbar. scriptor. ad Trag.*

c *Vander Linden de Script. med.*

d *Joseph. Scaiig. Epist.* 19.

planè assecutus est singulari quadam & admiranda frugalitate. [a] Cibi enim & vini maxime abstinens, somnique minimi, præsertim verò veneris continentissimus, usque adeò mollioris vitæ voluptates abdicavit, ut pecunias luxuriæ instrumenta, ne agnitâ quidem monetæ notâ contemneret, Græca Galeni volumina primus Latinè interpretatus est & commentariis illustravit [b] vir dignus cui multùm rerum bonarum studiosi deferant, cùm nutanti Rei Medicæ primus manum præbuerit adjutricem, laborantemque artem fulciverit, de posteritate quàm optimè meritus.

a *Paulus Jovius in Elog.*

b *Ruel. de Nat. stirp. lib. 2. cap. 62.*

ANTONIUS MUSA BRASAVOLUS Ferrariensis, edidit in lucem Examen omnium simplicium medicamentorum quorum usus est in Officinis, in quo de plantis sæpissimè disserit. Hoc tamen Aloisius Mundella Brixiensis, Horti Patavini præfectus, capere non dubitavit. Josephus Scaliger Brasavolum appellare solebat ineptæ plebis medicorum cymbalum. Non mediocrem laudem meretur Brasavolus, ob Commentarios in Aphorismos Hippocratis & indicem illum locupletissimum in omnia Galeni opera.

BRASAVOLUS. *anno 1534.*

In Scalig.

[c] Patriam OTHO BRUNFELSIUS nactus est Moguntiam, ad Rheni Mœnique confluentem. Pater ei fuit *Joannes à Brunfels* doliarius, vir probus & gravis. Brunfelsia autem est arx Comitum *à Solms*, non procul à Moguntia civitate. [d] Primùm Monachus Carthusianus, deinde Ludimagister Argentorati per annos novem, postea Medicus, & Bernam Helvetiorum vocatus: [e] ubi medicinam ita feliciter exercuit, ut nescires magistratui acceptior, an populo gratior esset; sed intra sesquiannum magno procerum civium, & maximè suorum luctu, fatis ibi concessit die 23. Novembris 1534. [f] Vir quidem eruditus & planè φιλόπονος, qui primum Latino, deinde etiam Germanico scripto Herbariam Medicinam juvare & illustrare conatus est. Quamvis autem multa in illius scriptis desiderentur, utpote quòd descriptiones picturis non respondeant, & quod paucas admodum & vulgares tantum stirpes protulerit; quódque sæpe non suis & legitimis nominibus appellaverit herbas: nihilominus tamen, ut hunc omnes certatim laudibus efferant vel unica hac de causâ meritus est, quod ipse primus omnium rectam pingendarum stirpium rationem denuo in Germaniam nostram invexerit aliisque hanc imitandi occasionem præbuerit. Cætera quæ in eo desiderantur cùm illâ præstare non potuerit multas ob causas, potissimum verò propter crebras ac multas typographi molestias, qui importunè insistebat, editionemque ut semetipse in aliquo suarum vigiliarum loco fatetur, maturabat, veniam meretur. Quid multa cum constet Brunfelsium primum fuisse in Germania qui Herbariam Medicinam propemodum extinctam è crassissimis eruere tenebris attentaverit. Certè hoc nomine quamquam non omnia ex sententia ceciderint, veniâ dignissimus est.

BRUNFELSIUS.

c *Melchior Adam.*

d *Gesn. Biblioth.*

e *Melchior Adam.*

f *Fuch. Epist. nunc. Histor. Plant. in fol.*

g Brunfelsio in hoc studio illustrandæ Rei Herbariæ successit EURICIUS CORDUS, *natus in Hassiæ vico cui nomen Simiiusa, vel Simesusa est. Erfordiæ, Marpurgi, & Bremæ Medicinam & fecit & docuit.* Vir præter singularem Poëtices, aliarumque disciplinarum eruditionem, integerrimus ac diligentissimus. Quantum autem Rei Herbariæ vindicandæ ab interitu profuerit,

EURICIUS CORDUS.

g *Fuchs. ibid.*

» Botanologicon seu Colloquium de variis Herbis editum, quod ille posteri-
» tati, suæ diligentiæ testem reliquit, abundè testatur; adeo ut nunc nostra com-
» mendatione huic opus non sit. Hoc tamen in præsentia dicere volui, virum
» hunc longiori vitâ fuisse dignissimum, ut qui operâ suâ instaurandæ Her-
» bariæ Medicinæ plurimùm momenti adferre potuisset. Obiit anno 1538.

RIFFUS. a *Anno* 1539. JOANNES. LONICERUS. b *Anno* 1531. c *Gesn. Biblioth.*

Nec prætermittendi sunt [a] GUALTERUS HERMENIUS RIFFUS Argentinensis, [b] JOANNES LONICERUS Marpurgensis Professor, quorum primus Ruellium, alter Marcellum in interpretando Dioscoride secutus est. [c] Riffus, inquit Gesnerus, imperitus, rhapsodus, homo impudentissimus, plurima quidem ex Leonarthi Fuchsii, Hieronymi Tragi, Manardi, Hermolai Barbari, Marcelli Vergilii, & nostris quoque lucubrationibus; omnia denique ex aliis corrasit, ut solet sine delectu, dummodo habet quod dicat, nihil ultra pensi faciens. Lonicerum verò obiter aliquando inspexi, nec reperi quod placeret, cùm alias tùm quod videbatur sutor ultra crepidam.

VALERIUS CORDUS. d *Melchior Adam.* e *Riffus in Præf. ad Cord.*

[d] Illustrator summus Dioscoridis, & felicissimus indagator Herbarum non antea cognitarum fuit VALERIUS CORDUS. Nascitur Simesusii in Hassiâ anno 1515. 18. Februar. Moritur Romæ 1544. ætatis 29. [e] Fuit in Valerio Cordo cùm in universa medicinâ perdiscendâ, tum verò præcipuè cognoscendi simplicia medicamenta incredibile studium, ad quod illum parens Euricius Medicus, idemque Poëta clarissimus & auctoritate & exemplo inflammavit, qui filium ab incunabulis inter ipsas herbas & flores educari voluit. Varias peregrinationes suscepit, quo certius & exactius omnia suis oculis subjecta cognosceret, neve aliorum narrationibus deciperetur. Ac primò quidem perlustravit omnem fermè Germaniam ac vicinas Septentrionales regiones, intravit horrentes saltus, superavit editissima montium juga, demisit se in profundissimas specus, & pleraque summâ diligentiâ pervestigavit, quæ in istis partibus gignuntur, paucis huc usque nota. At quoniam bona pars medicamentorum exoticis constat, ne illa parum cognita haberet, convertit se ab Aquilone ad alteram mundi plagam, adscitoque uno atque altero comite, pervenit in Italiam, ubi brevi novus hospes propter ingenii præstantiam multis admirationi esse cæpit. Præter exquisitas in Dioscoridem annotationes concinnavit Historiam plantarum quatuor libris comprehensam cum iconibus non spernendis, quarum maxima pars in Historiâ Tragi reperitur, sed in describendis plantis omnium primus excelluit Cordus, prius tamen à morte sublatus quàm opus ad umbilicum adduxerit: unde descriptiones ejus non æquè sunt omnes absolutæ. Qui cordi operibus utuntur; monendi sunt scholia illa brevia, quæ præfixâ stellulâ notantur autographo addita esse ab Æmilio [f] Stolbergæ in Harcynia Sylva Ecclesiæ Pastore, Theologo omni litterarum genere doctissimo, qui hortum quamplurimis & raris etiam stirpibus ornatũ possidebat, easque eleganti carmine describere solebat. Æmilius autem, ut monet [g] Thalius quoties Cordi nomen scribebat, veluti priores tres litteras abreviaturus, cordis humani rudem quidem effigiem pingebat. Hoc cùm ignoraret ille qui autographum in exemplum prælo typographico committendum descripsit, accidit ut perperam Odum legerit, transcripseritque pro Cordo: ideo-

f *Gesn. de Hortis Germ. & in Epist. à C. Bauh. editis.*

g *Syl. à Harcyn. pag.* 132.

que in his ſcholiis ~~Odi~~ loco, *Cordi* vox eſt ſubſtituenda.

AMATUS LUSITANUS, qui & Joannes Rodericus Luſitanus & Joannes Rodericus Caſtelli albi dicitur, inanis gloriæ avidus. [a] *Homo temerarius & indoctus* enarrationes ſcripſit in Dioſcoridem, in quibus de rebus ſibi planè incognitis ſæpiſſimè diſputat: quamobrem meritò reprehenditur à Mathiolo.

AMATUS LUSITANUS. *anno 1550. Gesn Epist. pag 104.*

Huic longè anteferendus ANDREAS LACUNA Segobienſis, Julii III. Archiater, qui non ſolùm Hiſpanica Linguâ commentarios adornavit in Dioſcoridem? ſed [b] annotationes in eundem, juxta vetuſtiſſimorum codicum fidem elucubravit. [c] Quo labore, inquit, dum fungerer, annotavi ſeptuaginta vel plures locos, in quibus Dioſcorides partim perverſus ab interpretibus Latinis, (maxime à Ruellio) partim mutilus ac truncus, partim genuina ſua priſcaque deſtitutus dictione conſpiciebatur. Quos omnes quàm accuratiſſimè fieri potuit, caſtigavi ac reſtitui, adjutus antiquiſſimo ac integerrimo codice manuſcripto. Graviter tamen accuſatur à Mathiolo tanquam plagiarius & imaginum corruptor. Siquidem Andreas à Lacuna, ait Mathiolus, [d] ſuperioribus annis non ſolum in ſuos in Dioſcoridem commentarios Hiſpanico idiomate conſcriptos majorem noſtrorum laborum partem tranſtulit; ſed imagines omnes antea à nobis traditas, artificum negligentiâ & illius parſimoniâ adeo deformes redditas, ut nihil nativi ſplendoris, qui in noſtris minoribus elucet, in iis conſpici poſſit. Præter Dioſcoridem opus etiam de plantis Ariſtoteli attributum interpretatus eſt. Obiit anno 1552.

LACUNA. *anno 1552.*

b *Editæ Lugd. Apud Rovillium 1554 in 16.*

c *Lac. in Præf.*

d *Matth. in Præf.*

[e] HIERONYMUS BOCKIUS, vernaculè BOCK DE HEIDESBACH, notus nomine Tragi, natus eſt Heideſpachii, pago [f] Brettæ, Philippi Melanchtonis patriæ vicino, ſub annum 1498. Mortuus autem 1554. 21. Febr. ætatis 58. Biponti vixit per aliquot annos, ubi hortum Ducis Ludovici Palatini Rheni, varii generis plantis inſtruxit. Mortuo verò Duce, Hornbacum venit in collegium D. Fabiani cooptatus duas perſonas ſuſtinuit, & miniſtri Dei & naturæ, id eſt Concionatoris & Medici, atque in utriuſque functione id conſecutus eſt, ut utrum Theologiæ facultate an Medicinæ excelleret, dubium faceret; utroque certè modo ſalutis erat. Poſtea Saræpontum ſe contulit à Philippo Comite Naſovienſi, cui jam in morbo periculoſo adfuerat, & quem priſtinæ ſanitati reſtituerat, invitatus. Saræponti Hiſtoriam herbarum condidit in cujus præfatione beneficia quibus à Comite affectus, quæ magna & multa erant honorificis ipſe prædicat verbis. Poſtea Hornbacum rediit, ubi tabe exhauſtus, mortuus eſt. In hac autem Hiſtoria quæ in libros tres diviſa eſt, à Davide Kybero Latinè reddita & 567. figuris adornata, de Stirpium differentiis & facultatibus; præſertim de iis quæ in Germania naſcuntur, fusè diſſerit. Icones non ſpernendæ ſunt, deſcriptiones ut plurimùm breviores, ideoque obſcuræ; denique laudes omnes adæquaſſet Tragus, ſi vires plantarum ſibi maximè perſpectas, quas plurimas certè perſpectas habuit, à facultatibus quæ antiquis innotuerunt, diligentius ſeparaſſet.

TRAGUS.

e *Melchior Adam*

f *Bretta non longè distat à Spirâ.*

JOANNES vel JANUS HAYNBUT, vel HAGENBUT, qui CORNARIUS appellatus eſt, quamvis Hagenbut fructum Cynorrhodonis ſignificet, Zuviccaviæ Miſniæ oppido [g] natus eſt anno 1500. Mortuus 1558. Anno

CORNARIUS.

g *Melchior Adam.*

„ vigesimo primo Wittembergæ magister est renunciatus: mox anno 23. licen-
„ tiatus Medicinæ: sed cum doctrinam Arabum improbaret per Belgas ad An-
„ glos & rursus ab his per Galliam, Italiam petiturus, Basileam venit. Com-
„ modum reperit ibi quos penitus interiisse creditum erat, medicos Græcos
„ Hippocratem, Galenum, Paulum Æginetam, Dioscoridem in Aldina Ve-
„ netiis officinâ excusos, & ad Joannem Frobenium paulo ante mortem trans-
„ missos. Hos auctores cum Hieronymus Frobenius hæres Cornario utendos de-
„ disset familiariter excepto & in amicitiam recepto, Italiam visendi desiderium
„ in eo fermè restinxit, eumque annum ipsum Basileæ detinuit. Ex illo porro
„ tempore rejectis & neglectis medicis illis barbaris, quos novennium ipsum se-
„ cutus erat, totum se ad Græcam medicinam contulit, Græcisque se totum ad-
„ dixit, quos secutus ad eorum imitationem, Medicinam exercuit in Germania
„ Northusæ, Francofurti ad Mœnum, Zuviccaviæ. Docuit publicè in Marpur-
„ gensi ac Jenensi Academiis, non sine laude sua & auditorum fructu. Mortuus
„ est Jenæ: Hippocratem è Græco in Latinum versum dicavit Augustano Sena-
„ tui, qui sollicitante Claudio Pio Peutingero J. C. centum solaribus coronatis
„ Cornarium anno 1546. eo nomine donavit. Scripsit ipse in transferendo eo
„ auctore se perpetuis quindecim annis laborasse. Extat Galenus totus magna
„ etiam ex parte per Cornarium Latinè loquens, reliquis aliorum translationi-
„ bus ipsius operâ castigatis. Est Cornarii Latinus Aëtius, qui universam me-
„ dicinam sexdecim libris includere conatus est. Dedit & Æginetam, qui idem
„ quod Aëtius septem libris efficere studio habuit. [a] Quos ego, inquit Cornarius,
„ Dolabellis nostris adjectis ita dedolavi, ut ad nullas aspretudines offendere
„ possit, qui modò ipse dedolatus ac lævigatus ad illos legendos accesserit. Ex
Theologis etiam vertit Cornarius Basilium magnum, Epiphanium, Chrysostomum. Ut ad rem Herbariam veniamus, Dioscoridem transtulit & Emblemata singulis capitibus adjecit. [b] In quibus etsi rerum cognitio non admodum
„ ultra quàm ab aliis locupletatur; vocabulorum tamen in utraque lingua vis ac
„ proprietas plurimorum pulchrè explicatur, & genuina lectio passim, tum
„ Dioscoridis, tum Plinii locis innumeris invicem collatis restituitur. Adversarium habuit Leonarthum Fuchsium, qui in pluribus locis ejus versionem reprehendit. Cornarius pariter Fuchsium carpsit, maximè in eo libro cui nomen fecit *Vulpecula excoriata, seu Refutatio Historiæ Leonarthi Fuchsii*, & in alio cui nomen est, *Nitra, seu Brabyla, pro Vulpecula excoriata asservanda* alludens nempe ad Fuchsii nomen, quod Linguâ Germanica *vulpem* significat.

[a] *In Epist. nunc. sup.*

[b] *Gesn. de Rei herbar. script. ad Cord.*

GOUPYLUS. *Obiit anno 1560*

JACOBUS GOUPYLUS Pictaviensis, Doctor medicus Parisiensis, Græcè & Latinè doctissimus, extincto Sylvio, Principem in explicanda medicina
„ locum Parisiis adeptus est. [c] Dedit castigationes in Dioscoridis libros brevissi-
„ mas sed utilissimas, quibus contextus Græcus, collatis exemplaribus diversis
„ (excussis & manuscriptis & locis veterum medicorum Dioscoridem citantium
„ & interpretationibus quibus Latinè recentiores quidam hujus scriptoris libros
„ verterunt) emendatur, servatâ tamen ut plurimum Ruellii interpretatione.
Trallianum, Actuarium, & alios, magnâ diligentiâ judicioque recognovit &

[c] *Gesn. de Rei herbar. script. ad Cord.*

adnotavit. [a] Verùm gliscentibus in Gallia civilibus discordiis, cùm turbulenti de plebe homines in musæum quòd pluribus voluminibus tum impressis tum manuscriptis ornatum habebat, involassent, sacramque illam supellectilem profanis manibus violassent ac diripuissent, tantum inde mœrorem collegit, ut extremum vitæ diem clauderet, ac Ecphrasim quam in omnes Hippocratis libros meditabatur, inchoatam relinqueret.

[b] Wembdingæ quod Rhætiæ est oppidum pulcherrimo loco situm, in ditione ducum Bavariæ, natus est LEONARTHUS FUCHSIUS anno 1501. Haibrunæ, Erphordiæ, Ingolstadii se humanioribus litteris & Philosophiæ addixit. Medicinæ doctor renunciatus Monacum Bavariæ migravit, ubi duxit uxorem. Ingolstadium rediit, deinde Onoltzbachium ab illustrissimo Principe Georgio Marchione accersitus est anno 1528. iterumque Ingolstadium petiit, & denuo Onolzbachium; sed tandem ab Ulrico duce Wirtembergico 1535. Academiæ Tubigensi adjunctus, annis 35. præclarè docuit. Mortuus Tubingæ 1566. 10. Maii, ætatis 65. Vir fuit assidui laboris; Plantarum Germaniæ satis diligens explorator, quarum icones 510. amplioris formæ, magno Herbariorum commodo primus exhibuit: sed Dioscoridi nimium addictus dum Germaniæ plantis ejus descriptiones accommodare conatus est, plurima absurda confinxit, pluraque luce clariora esse affirmavit, quæ tenebris plusquàm Cimmeriis involvuntur. Sibi tamen ineptè videbatur Historiam absolutam plantarum tradidisse. [c] Neque sanè inquit peregrinarum tantum stirpium suaque sponte in Germaniâ nostrâ haud provenientium picturas dedimus, verùm etiam vulgarium, & earum quæ juxta sepes & dumeta passim proveniunt. Idque ut faceremus, duabus potissimum rationibus moti sumus. Primum ut Herbariæ Medicinæ studiosi, earundem etiam historiam integram & in ordinem digestam haberent, quæ magna ex parte à veteribus non est tradita, apud recentiores verò non nisi manca & confusa. Dein ne posteris nostris accidat, quod nobis evenisse nemini obscurum est, ut scilicet quæ hodie sunt omnibus notissimæ stirpes, illis prorsus incognitæ fiant. Nam quis est qui nesciat Dioscoridis sæculo, plerasque herbas tam notas fuisse, ut illum piguerit earundem notas quibus à posteris suis agnoscerentur, tradere? Quòd si tamen hodiè peritissimos etiam Rei Herbariæ homines perconteris, nemo erit qui eas agnoscat. Sic fumum nobis vendidit Fuchsius: nam pro descriptionibus illis quas pollicebatur integris, solâ fermè verba Dioscoridis repetere non dubitavit, nec viribus ab antiquis memoratis nonnisi pauca addidit, suis tribuens quas Dioscorides, Galenus, cæterique plantis in Græcia nascentibus tribuerant. Nam multò felicior fuit in interpretandis Hippocrate & Galeno, quorum vindex fuit acerrimus; quapropter plurima scripsisse quæ non intelligebat à pluribus accusatur, & à [d] Francisco Vallesio vir diligens magis in legendo quàm acutus in enarrando; ab Argenterio verò doctor ἀναλφάβητος dicitur. Summis tamen viris sui temporis charus fuit: maximè Carolo V. Imperatori & Cosmo Florentiæ Duci: ab illo insignia & ornamenta nobilitatis accepit: hujus stipendium egregium annuum recusavit. Præter Apologiam adversùs Gulielmum Puteanum; Sebastianum Montuum; Jeremiam Thriverium; Joannem Pla-

a *Sammarth. Elog. lib. 2.*

FUCHSIUS.

b *Melchior Adam.*

c *Fuchs. Epist. nunc. Hist. plant. in fol.*

d *Lib. 4. Controv. cap. 8.*

coromum; Egenolphum Typographum, & Gualterum Riffum : ſcripſit etiam adverſus Janum Cornarium, libroque nomen dedit *Cornarius Furens*. Cæterum Fuchſius Hiſtoriæ plantarum Epiſtolam affixit doctiſſimam, cui plurimùm ego acceptum refero, ut patet ex locis indicatis.

RONDELETIUS. a *Thuan. ad ann.* 1566.

„ [a] Idem hic annu & nobis GUILIELMUM RONDELETIUM Mon-
„ tiſpeſſuli natum Medicinæ arte præcellentem abſtulit; à Franciſco Rabelæſo
„ noſtrate nihilomnus contemptim appellatum in iis libris quos ingeniosâ magis-
„ quàm omnino irreprehenſibili jocandi libertate ſcripſit : & certè ejus ſcripta
„ ejuſmodi ſunt, ut tantæ de ſe opinioni ſive excitatæ ſive ſparſæ non reſpon-
„ deant. Unum eſt quod hominis nomen maximè poſteritati commendavit;
„ quod de Piſcibus edidit, ſed eo minore laude, quòd illud potius alienæ induſ-
„ triæ quàm ſuæ debuit, nimirum ex Guilielmi Pellicerii Epiſcopi Montiſpeſſu-
„ lani, viri rara eruditione ornati, Commentariis concinnatum, quod doctiſſi-
„ marum annotationum quas ille in Plinium ſcripſerat, magno litteratorum diſ-
„ pendio amiſſarum aut hactenus ſuppreſſarum pars erat. Sammarthanus etiam
„ Rondeletii opus non perfectum fuiſſe refert ſine Guilielmi Pellicerii doctiſſimi
„ quoque viri auxiliaribus copiis, qui in caſtigando & explicando Plinio, natu-
„ ram omnem evolverat, aditumque ad perfectam ejus conditionem ſtudioſis
„ hominibus incredibili cum ſudore & induſtriâ muniverat. Sed multa ſunt quæ
ab hâc ſententiâ me dimovent. 1. Laurentius Joubertus Monſpelienſis Uni-
verſitatis Cancellarius, qui harum rerum teſtis fuit per plures annos, & Rondeletii vitam fuſo ſermone perſecutus eſt (in qua Pellicerium magnis præconiis excepit) affirmat Rondeletium uſum fuiſſe multos annos manu Caroli Cluſii maximi deinde nominis viri, in conſcribenda piſcium Hiſtoriâ, cui tandem extremum addidit ornatum Joannes Molinæus. 2. Vidi ipſe Aquis-ſextiis in Bibliotheca avunculi mei Joannis Scholaſtici Pitton, Medici eruditiſſimi, opera Plinii cum ampliſſimis notis manu exaratis à Guillelmo Pellicerio, in quibus certè nihil legebatur iis ſimile quæ Rondeletius commentatus eſt. Illæ autem notæ manuſcriptæ diu latuerant in Bibliothecâ Peireſchii nobiliſſimi ſenatoris Aquiſextienſis, ut [b] Gariel rectè indicaverat. 3. A Joanne Harduino viro ſummæ eruditionis, qui interpretatione & notis illuſtravit Plinii Hiſtoriam, refertur Pellicerium ipſum geminâ lucubratione etiam manu propriâ exaratâ Bibliothecam Patrum Societatis Jeſu Collegii Claromontani donaſſe; quarum altera conſtat variantibus, ut aiunt, lectionibus plurimorum codicum, ad oram libri adnotatis; altera verò prolixior paulò notis & conjecturis in libros geographicos, tum ſparſis ſubinde veluti floſculis in librum octavum qui de animalium naturâ agit, in quo Ariſtotelem unum ſequitur: unde manifeſtè apparet Thuanum & Sammarthanum temerè ſparſo rumori de Rondeletii furto nimiam fidem adjunxiſſe. 4. Deinque Monſpelii etiam viſuntur hodiernâ die, vivaria in quibus plurimi generis piſces alebat Rondeletius in villâ ſua, quam vocant *Lou Mas de Rondelet*. Magno certè argumento, perdoctum illum virum præter varias obſervationes quibus annuente Franciſco Turnonio Cardinali, Antverpiæ, Burdigalæ, Bayonæ, Romæ, Venetiis incubuerat, continuis etiam piſcium ſectionibus, eorum naturam exploraſſe. Hæc

In Elog.

In Vita Rond.

b *In Serie Præfa. Monſp.*

tamen non impediunt quominùs de his cum Guilielmo Pellicerio frequenter disserereret, quem imprimis venerabatur, frequentissimè invisebat, & Historiæ naturalis cognoscendæ suasorem, auctorem, atque præceptorem appellare [a] solebat. PELLICERIUS enim post suam apud Venetos legationem, à Francisco primo, Monspeliensi pontificatu, cujus in diœcesi natus erat, honestatus; cùm non levem religionis alienæ suspicionem ([b] propter quam anno 1552. in carcerem conjectus est) vitæque voluptatibus deditæ à se amovisset, [c] & cæcos calumniæ dolos opportunâ vitæ innocentiâ superasset, abdidit se in Monspeliensem illum secessum, ubi liber solutusque in dulci & optato Musarum sinu placidè ac lubenter acquievit, cùm in hunc usum bibliothecam haberet locupletissimâ, innumerisque veterum manuscriptis, & aliis omniũ generum codicibus undique conquisitis adornatam. Contabuitque miserabilis demum senex inter frequentes & acerbissimos cruciatus, erosis lento & insanabili vulnere præcordiis, incertum errore an culpâ pharmacopolæ certè pessimi, qui catapotia quædam ex malè tritâ Colocynthide sumenda ægrotandi obtulit. Valde autem delectabantur stirpium cognitione Pellicerius & Rondeletius. [d] In herbidis namque & amœnis maritis agri Monspeliaci, animi causâ, dum unà spatiarentur, ut narrant Pena & Lobellius, inibique Allium subodorarentur, illicò herbulam vixdũ arreptam, & eminus conspicati, Scordium esse deprehenderunt; indidemque variis plantis in Galliam & Italiam missis, amicos verum esse Scordium monuerunt. [e] Simplicibus medicamentis dignoscendis & inveniendis summam operã collocavit Rondeletius, atque in eo multùm excelluit, Dioscoridem primus Monspelii enarrans. Joubertus inter ejus opera imperfecta commentarios memorat in aliquot capita libri primi Dioscoridis; sed plura in Dioscoridem scripsisse apparet ex Epistolis Gesneri ad Joannem Bauhinum, à Gasparo Bauhino editis. Rondeletii in Discoridem dictata, inquit Gesnerus, servabo, donec ea quoque repetas. Multa in his utilia, jucunda, & antea mihi incognita deprehensisse me, ingenuè tibi fateor. Cæterùm Rondeletius natus est Monspelii anno 1507. die 27. Septembris. Pertusii, quod urbecula est, Galloprovinciæ juvenis pædagogeiam exercuit. Aliquanto post tempore Lutetiam petiit in litteris Græcis, quarum addiscendarum summo tenebatur desiderio, totus incumberet. Habitavit tum cum Joanne Guinterio Andernaco, quocum anatomiæ studiosius operam dare cœpit. Hac autem ita delactabatur, ut etiam filium mortuum secuerit, quo nomine permulti illum minus humanum censuerunt, & filiorum etiam gemellorum quos uxor uno partu enixa erat, secundinam in gymnasium afferri curaverit, ut minimè vulgaria super his doceret. Doctoratus Lauream consecutus est Monspelii anno 1537. Professor regius renunciatus anno 1545. Cancellarius verò Scolæ Monspeliensis anno 1556. defuncto Joanne Schyronio. Mortuus anno 1566.

[a] *Rond. in Præf. Hist. pisc.*

[b] *Joubertus in Vita Rond.*

[c] *Sammarth.*

[d] *Adv. 210.*

[e] *Joubert. ibidem.*

Ex Vitâ Rond. à Jouberto scriptâ.

[f] GULIELMUS TURNERUS Anglus, Medicinæ Doctor vir solidæ eruditionis & judicii, emisit plantarum Historiam Anglicè anno 1551. in quas figuras Fuchsii plerumque adhibuit. Nomina expressit Latinè, Græcè, Anglicè, Germanicè, Gallicè, ordinem alphabeti secutus.

TURNERUS.

[f] *Raius.*

Non reticendus est LUCAS GHINI Forocorneliensis, Medicus ingenii

LUCAS GHINI.

a *Matth. in Epist. nuncup.*

„ & doctrinæ singularis, qui [a] Pisis magnâ cum omnium laude medicam ma-
„ teriam multis jam annis professus est. Is autem etsi nihil ediderit, præstantium tamen virorum Cæsalpini, Anguillaræ, Maranthæ, Mathioli, & aliorum vel præceptor fuit vel amicus; nec solùm varias plantas mittebat ad ipsos; sed suam de his sententiam apertè declarabat. Qua in re non parum ad auctorum enucleationem & Rei Herbariæ incrementum contulit. Primùm Horti Pisani præfectum fuisse refert Castellus.

MATHIOLUS. b *Thuan. ad ann. 1577.*

„ [b] Tridenti, ubi domicilium fixerat, inquit Thuanus, peste absumptus est
„ anno 1577. Petrus ANDREAS MATHIOLUS, Senis nobilissima Etru-
„ riæ civitate Francisco Mathiolo & Lucretia Bonninsegnia natus, qui annos
„ cum sæculo numerabat, magni nominis medicus & imprimis famoso illo Bo-
„ tanico opere toties recluso clarus. Longè aliter de Mathiolo judicandum censeo; nam Archiater ille Cæsareus, etsi in antiquiorum lectione apprimè versatus esset, plantarum tamen vulgarium adeò ignarus fuit, ut vix unam è nongentis & ultra, de quibus locutus est, accuratè descripserit aut depingi curaverit. Nihil prorsus ex se cognovit, quæ ab aliis accipiebat, ad Dioscoridis

c *Matth. Epi. lib. 4. ad Maranam.*

„ verba protinus referens. [c] Nec negaverim, ut fatetur ipse, plures (rectius di-
„ xisset omnes) me dedisse plantarum imagines, quæ ex siccis plantis ad me trans-
„ missis delineari curaverim; sed affirmaverim etiam, quòd aquæ egelidæ mace-
„ ratione contractas à siccitate rugas adeò in iis extenderim, ut hac ratione re-
„ divivæ & parum admodum à viridibus distantes viderentur. Quapropter non mirum si florum & fructuum picturæ à naturali statu plerumque recedant.

d *Matth. ibid.*

„ Pictori etiam vitio dabat, quod nonnullæ ex his erant falsæ. [d] Ille enim Goritiâ
„ Venetias profecturus, susceptas ante plantas in itinere amisit. Quapropter ve-
„ ritus ne ipsius ægrè ferrem negligentiam, si id rescivissem, revocata in memo-
„ riam Apii & Pistaciæ facie, illas memoriter delineavit & excidendas curavit,
„ non sine magna animi mei indignatione. Mathiolus pictore suo impudentior multas delineari jussit ex proprio marte ad Dioscoridis descriptionem accom-

e *Maranta Epist. ad Matth.*

„ modatas. Malè autem excusari videtur à Maranta, qui [e] si statuis inquit, ob an-
„ tiquitatem mutilatis ex alieno marmore vel nasum vel aures, aut aliud mem-
„ brum adjungere licet, quo pulchrior universa facies spectetur, tametsi incerti
„ simus an veram illius membri effigiem fuerimus assecuti; cur etiam depictis
„ plantis aliquid addere non liceat, quod vel viderimus, sed nunc ejus partis
„ facultas non sit; vel non viderimus, duce tamen Dioscoridis descriptione ac-
„ commodemus, dummodo clariorem ita ejus cognitionem fore speramus? His omnibus de causis commentariorum Mathioli exemplaria, quæ supra triginta duo millia vendita feruntur, iconum spectaculo plures delectarunt quàm eru-

f *Column. in Præf. 1. part.*

„ dierunt. [f] Sed quàm indignè, ut ait Columna, picturis illis artificiosè mutilis
„ nos atque se ipsum deceperit, pudet referre. Solebat etiam Mathiolus nonnullas icones fictitias, tanquam Apelles post tabulam, exponere, exploraturus quid de

g *Adv. 217.*

„ his judicaretur, easque suppressurus, si minus feliciter exciperentur. [g] Cujus pi-
„ cturæ, observantibus Pena & Lobelio, cùm eum puduisset, postremò de ultimis
„ commentariorum interpolationibus curavit expungendam, nullam interim in
„ hujus misellæ subreptitiam locum suffecit, ac ne verbulum quidem subdidit,

qua

quâ id de causâ dempsisset. [a] Videant ergo lectores qualiter se extricent ex Mathioli scriptis. Ejus integritas nequaquam probari videtur ex plantis quibusdam Indicis ad icones suas nonnihil accedentibus. Ex infinito enim plantarum numero quo tellus ornatur, vix fieri potest, quin nonnullæ quodammodo referant icones, non dico Mathioli; sed eas, quæ à pictoribus in peristromatis & tapetibus fingi solent. Sic *Arum caulescens, Rumicis agrestis foliis sibi invicem implicitis, Virginianum Pluk. Phytogr. Tab.* 271. *fig.* 2. Dracunculum majorem Math. non malè repræsentat. An plantam è Virginia delatam viderit Mathiolus, judicent alii. Insuper Mathiolus medicamenta quàmplurima non contemnenda nos docuit, nec eo nomine sua laude frustrandus est. Oratione utebatur gravi, politâ; sed nimiùm mordax neminique parcens adversarios crudeliter laceravit. [b] Scimus inquit jamdudum non deesse atræ farinæ nonnullos, qui libellis contra nos scriptis, conatus nostros obscurare nituntur; nixi tamen sophismatibus, fucatis mendaciis, jurgiis & conviciis. Ego autem cùm hoc verius asinos quàm homines existimem, in plateis lascivientes, pedere sinam ad sanguinem usque. Horum commentitiæ vanitates, quæ calumniis, captiunculis, maledictis atque etiam blasphemiis nituntur, comites, asseclas, & promotores tantùm habebant blaterones, vitilitigatores, sophistas, maledicos, sycophantas, susurones, nebulones, invidos detractatores, impostores, impudentes, temerarios Thrasones, Gnatones, & alios quotquot habentur hujusce diabolicæ factionis homines. Ex ungue, ut aiunt, cognoscitur Leo: quamobrem nihil mirum si ab Amato Lusitano, Gesnero, Guilandino Columna, Lobelio, Pena, Joanne Bauhino, aliisque vehementer acceptus fuerit.

[a] *J. Bauh.* 2. 439.

[b] *Math. in Præfat.*

[c] BARTHOLOMÆUS MARANTA Venusinus Medicus condidit Methodi cognoscendorum simplicium medicamentorum Libros tres eleganter profectò & eruditè, qui ad Dioscoridis innumera loca rectè intelligendi adeo utiles sunt, ut commentarii quidam in ejus libros, non Grammatico tantùm sed philosophico more instituti videri queant. [d] Doctus quidem vir Maranta, subtili acrique ingenio fuit, & in Stirpium observatione, iisque in examinandis diligentiâ profectò admirabilis, ut ex ejus Methodi & Theriacæ voluminum lectione patet. Utinamque plures Marantæ nunc viverent. Obiit anno 1554.

MARANTA.

[c] *Ejus de Re herbar. scriptor. ad Cord.*

[d] *Col. part* 1. *pag.* 16.

[e] ADAMUS LONICERUS Hessus natus Marpurgi anno 1528. die 10. Octob. parentem habuit & virtute propria, & eruditione præclara insignem Joannem Lonicerum Orteranum, ex Comitatu Mansfeldensi oriundum, Professorem trium linguarum in Universitate Marpurgensi. Per sesquiannum Mathesim docuit Marpurgi, postea Doctor medicinæ factus, nuptias celebravit cum filia Christiani Egenolphi Hadamarii, civis Francofurtensis, qui primus Typographiam in Remp. Francofurdianam invexerat. Cùm Moguntiam Academiæ litteris vocaretur ad Medicinæ professionem inibi obeundam, procurante socero suo Egenolpho, à Francofurtensi Senatu Medicus ordinarius, honesto oblato stipendio adoptatus est anno 1554. quam stationem magna cum fide, nec sine gloria strenuè defendens, annos triginta duos continuos, tandem obiit anno 1586. die 19. Maii, ætatis 58. Quid in Re Herbaria præstiterit, testantur tum Botanicon, tum Historia plantarum diversimodè ab ipso Latinè

ADAMUS LONICERUS.

[e] *Boissard. Icon. tom. III.*

„ ſcripta, typiſque Egenolphianis edita, quæ utraque ab Euricio Cordo ipſe
„ ſtudioſus olim ut plurimùm exceperat. Teſtatur & Herbarium vernaculâ lin-
„ guâ ſub ejus nomine publicatum, quod Eucherius Roëſlin, ejuſdem Reipubli-
„ cæ Francofurtenſis Medicus ordinarius, priùs dum viveret, pro Egenolpho ali-
„ quoties editum adornaverat. Lonicerus verò poſteà toties recudendum, pro-
bè reviſum & magna parte auctum, bono jure ſuum fecerat: ut qui & ipſe co-
hæres eſſet inter Egenolphicos. [a] Joannes Bauhinus de Lonicero rectius ju-
dicat, cùm ait ipſum ſua Botanica ex Trago conſarcinaſſe.

a J. Bauh. 1520.

Nec defuerunt iiſdem temporibus viri generoſi, qui vel in utraſque Indias ſe contulerunt, Aromata, plantaſque rariores inquiſituri, vel de iiſdem in orbem noſtrum delatis abundè tractarunt, GARCIAS AB HORTO, CHRISTOPHORUS A COSTA, NICOLAUS MONARDES, GONSALVUS FERDINANDUS OVIEDO, FRANCISCUS LOPEZ DE GOMARA, JOANNES FRAGOSUS, HUGO LINSCHOTANUS, JOANNES LEIRIUS, FRANCISCUS HERNANDEZ, FRANCISCUS XIMENEZ, JOSEPHUS A COSTA, & qui eandem viam non longè ab ævo noſtro tenuerunt JACOBUS BONTIUS Roterodamenſis, GUILIELMUS PISO Medicus Amſtelædamenſis, ejuſque domeſticus GEORGIUS MARCGRAVIUS DE LIEBSTAD, cæterique.

Inter eos qui noſtrarum plantarum cognitioni magis dediti fuere, emicuit JACOBUS DALECHAMPIUS Cadomenſis, qui maximam vitæ partem egit Lugduni inter medendum, cum civium, tum doctorum virorum magna exiſtimatione. Ex recentioribus, primus ille conſcribendam Hiſtoriam univerſalem ſtirpium ſuſcepit; ſed oneri impar, pluribusque occupatus ac impeditus negotiis, hoc opus abſolvere non potuit. [b] Quamobrem à Guilielmo Rovillio Typographo Lugdunenſi diligentiſſimo hæc provincia demandata fuit Joanni Molinæo perdocto medico, Guilielmique Rondeletii medici præſtantiſſimi & in plantis examinandis exercitatiſſimi alumno, diſcipulo & per multos annos convictori. Molinæus ergo adjutus ſubſidiario conſilio Dalechampii Hiſtoriam generalem plantarum, quæ vulgo dicitur *Hiſtoria Lugdunenſis*, perfecit: Dalechampius enim ultro de ſingulis ejus commentationum partibus & quid ſentiret expoſuit, & liberaliter commodavit quidquid jam imaginum & hiſtoriarum collegerat. Hæc ſi ita ſint, ut res apertè declaratur in Prafatione Hiſtoriæ Lugdunenſis, non tam Dalechampio quàm Molinæo errores, qui in hoc opus irrepſere tribui debent, quos tamen affirmare poſſum longè pauciores eſſe quàm C. Bauhino viſi ſunt in iis animadverſionibus quas fecit in Hiſtoriam Lugdunenſem, quam Molinæum corrupiſſe affirmat Lobelius: [c] Rerum ignoratione, inquit vir alioqui doctiſſimus & Philoſophus &
„ Phyſicus, perdidit egregium illud opus elegantiſſimè à Guilielmo Rovillio li-
„ beraliter, maximiſque impenſis excuſum clariſſimi eruditiſſimique & amiciſſi-
„ mi viri D. Jacobi Dalechampii doctiſſimè auctum operâ & ſtudio D. Joan-
„ nis Bauhini, Ducis Wirtembergenſis Medici clariſſimi, collegæ quondam &
„ convictoris Montiſpeſſulani ſuaviſſimi. Conjici etiam poteſt ex Epiſtola qua-
„ dam Geſneri quæ occurrit inter eas quæ à C. Bauhino editæ ſunt, Joannem

DALECHAMPIUS, *Obiit anno* 1587.

b *In Præf. Hiſt. Lugd.*

c *In Pharmac. officin. Rond. pag.* 58.

Bauhinum Historiæ Lugdunensis correctioni incubuisse. Miror autem, inquit Gesnerus ad eum scribens, te celare me institutum tuum circa stirpium commentarios, & tunc demum de solis arboribus te aliquid moliri significare: eum jam pridem ex aliis intellexerim te universam stirpium Historiam persequi, & quæ D. Dalechampius habebat ab eo te accepisse omnia: quod ut felix faustumque sit opto, & ex animi sententia eveniat. Quæ de Historia Lugdunensi illustrissimus Senator Jacobus Augustus Thuanus refert, digna sunt quæ hîc annotentur. [a] Cùm enim Lugduni esset, Tornesii & Rovillii Librariorum apothecas evolvit, & Jacobum Dalechampium vidit, qui tum in suo Plinio occupabatur, & Herbario à Rovillio instituto dabat operam: in quo id observandum quod ab ipso Dalechampio rescivit, & ut omnes sciant publicæ utilitatis interest, opus illud à diversis 30. ferè annorum spatio congestum & concinnatum fuisse, & jam typis majorem partem mandatum, cum Dalechampius ei ultimam manum imposuit: quo factum ut quædam accuratius, quædam minus diligenter scripta, quædam etiam repetita & interpolata reperiantur, ita tamen ut posteriora semper sint meliora.

a *Thuan. lib. 2. Comment. vitæ suæ.*

[b] Majorem Trago præceptore suo laudem promeretur JACOBUS THEODORUS TABERNÆMONTANUS, ut qui ipse magistri exemplo de Facultatibus plantarum plurima nova tradiderit: quo majore nunc jure dolemus primam tantum partem operis amplissimi ab auctore ipso esse absolutam, secundâ scilicet & tertiâ ab alio quodam elaboratâ, non malè quidem, infra tamen illam laudem quam Tabernæmontano posterius debet. [c] Jacobus Theodorus à patria Tabernæmontanus dictus: quippe Tabernis montanis, *Berg Zabern*, oppido in ditione Principum Bipontinorum natus est. Initio pharmacopæum egit in oppido *Kronvveissenbourg*. Posteà in Galliam profectus, testimonium suorum in Re Medica profectum petiit, ac titulo doctoris est ornatus; exinde ad suos reversus Medicinam fecit, non solùm apud plebeios, sed etiam apud principes viros. E vivis excessit Heidelbergæ anno 1590. In Medicina facienda extra Theriacam & Mithridation, paucissimis usus est exoticis, domesticis simplicibus contentus. Certè Tabernæmontanus fuit vir diligens, & Rei Herbariæ maximè studiosus: in eo præcipuè laudandus, quod præter multarum plantarum sibi propriarum notitiam, de viribus etiam vulgatiorum optimè scripserit. Vehementer tamen in ipsum Joannes Bauhinus & Lobelius invecti sunt. [d] Taceo, inquit Lobelius, hujus ævi transcriptorum vernaculo idiomate, nec non Tabernæmontani & Typographi sui subreptitia, qui icones laboribus nostris & ære Plantiniano pictas & sculptas tacitè, catè, & cum cautela, insalutato hospite aut auctore, scriptis suis inseruerunt, & propria, maximâ impudentiâ, fecerunt.

TABERNÆMONTANUS.

b *Conring. Introd. in Art. med.*

c *Melchior Adam.*

d *In Pharmac. officin. restit. pag. 59.*

[e] Icones verò Tabernæmontani tum & Lobelianas nonnullas usurpavit JOANNES GERARDUS Anglus, natus Nantwici in Comitatu Cestriensi; nec plures ex suis adhibuit quàm sexdecim in ea Historia plantarum quam Anglicè scripsit. Linguarum mediocrem aut nullam habuit peritiam. Hujus operis potissima pars, & quasi corpus sunt Pemptades Dodonæi Anglicè redditæ à quodam Doctore Priest, quas Gerardus ferè integras transumpsit; hoc ut

GERARDUS.

e *Rajus. anno 1597.*

„ celaret, mutavit Dodonæi methodum in Lobelianam, à Graminibus & Gra-
„ minifoliis initium ſumens. Huic verſioni Dodonæi addidit inſuper nonnullas
„ plantas è Cluſio, alias ex Adverſariis Penæ & Lobelii. Ex ſuis circiter qua-
„ tuordecim non antè editas: aſſumpſit verò icones Tabernæmontani, quas ſæ-
„ pius imperitè confudit & tranſpoſuit.

CAMERARIUS. a *Melchior Adam.*

„ Gerardo longè majorem famam ſibi comparavit eruditione & arte Medica
„ inſignis [a] JOACHIMUS CAMERARIUS, Reipub. Norinbergenſis
„ Medicus. Natus eſt Norinbergæ, die 6. Novembris 1534. Mortuus verò 1598.
„ die 11. Octobris, ætatis 64. Puer apud Melanchthonem egit Wirtembergæ, &
„ Lipſiæ Medicinæ ſtuduit. Deinde per biennium vixit cum Cratone Uratiſla-
„ viæ. In Italiam miſſus auditor fuit Fallopii, Capivaccii, Trincavellæ, Aqua-
„ pendentis, Aldrovandi. Romæ Medicinæ doctor eſt renunciatus anno 1552.
„ 27. Julii; ad ſuos reverſus cum ſingulari laude & ſucceſſu, Medicinam exer-
„ cuit à principibus viris expetitus; Carolo Cluſio & Proſpero Alpino fami-
„ liariſſimè uſus eſt. Plurima etiam ad ipſum miſerunt Joſephus de Caſabona
„ magni Ducis Etruriæ, ut vocant, Simpliciſta, Jacobus Dalechampius Lugdu-
„ nenſis medicus, Bernardus Paludanus, Thomas Penneus Londinenſis, Joannes
„ Aicholtz Viennenſis Medicus, Nicolaus Raſſius Chirurgus regius in Galliâ,
„ Joannes Antonius Sarracenus Lugdunæus, & alii quamplures; ipſe viciſſim
„ illis & ſi qui alii exoticis plantis delectarentur ex ſuo horto quidquid potuit,
„ ultrò communicavit. Conciliavit hoc ſtudium Camerario inprimis illuſtriſſi-
„ mi Principis Wilhelmi Haſſiæ Landgravii gratiam; nam cùm & ipſe hortenſi
„ ſtirpium curâ admodum delectaretur, ad hortum ſuum quem Caſſellis inſtru-
„ xerat amœniſſimum, exquiſitius adornandum, Camerarii operâ uſus, eumque
„ quamdiu vixit, ſummo favore eſt proſecutus. Habuit in convictu ſuo ſemper
„ unum atque alterum Rei Herbariæ ſtudioſum, & imprimis ſororis ſuæ filium
„ JOACHIMUM JUNGERMANUM Lipſienſem, ad miraculum uſque eruditum
„ juvenem & prorſus natum ad Rem Medicam & imprimis Herbariam; qui
„ cùm imitatione Cluſii, Proſperi Alpini, Rauvolfii, & aliorum peregrinationibus
„ variis & inprimis in Palæſtinam aliaſque Orientales regiones ſuſceptis, tandem
„ in mari Peloponneſiaco navigans, ex contagioſo morbo periiſſet, dici non po-
„ teſt quàm graviter optimus Camerarius caſum illum tulerit; non tam quod ami-
„ ſiſſet quem filii loco, propter inſignes animi dotes dilexerat, quàm quod Reſ-
„ publica litteraria tanto fructu caritura eſſet, quem ipſo vivo percepiſſet, cùm
„ quidem una cum ipſo obſervationes etiam Hodæporicæ illius interiiſſent. At-
„ que ut appareat quàm fuerit cupidus Camerarius hac in parte juvandi Rempu-
„ blicam non exiguis ſumptibus à Gaſparo Wolfio Tigurino Medico Conradi
„ Geſneri Bibliothecam Herbariam & opera Botanologica imperfecta, quæ ille
„ ſupremis tabulis Wolfio legaverat, ſibi coëmit. Fuerunt in illa icones planta-
„ rum non paucæ ligno inſculptæ, & ad vivum permultæ ſtirpes admodum accu-
„ ratè depictæ. Item collectanea quædam βοτανολογικά, undè facilè apparuit pluri-
„ mam Rei Herbariæ Hiſtoriam Geſnerum meditatum fuiſſe. Ejus igitur exem-
„ plo, ut Camerarius, propoſiti laudabilis ſpecimen aliquot daret, Petri An-
„ dreæ Mathioli Herbarium latinè & Germanicè novis figuris & obſervationi-

bus à se illustratum & auctius redditum edidit, quod hactenus sæpius recusum versatur in omnium manibus. Collegerat autem jam plurima quæ ad majus illud opus Botanicum à Gesnero cœptum perficiendum destinaverat, cui fecerat titulum παραλειπόμενον Rei Herbariæ, in quo potissimum ab aliis scriptoribus derelicta, vel non accuratè descripta, ipse plenius, additis simul pluribus remediis & singularibus observationibus longo à se uso deprehensis tractare decreverat; sed functionis ipsius catenati labores, peregrinationes variæ, valetudinis etiam infirmioris incommoda, tam præclarum opus ut absolveretur, non concesserunt. Rerum etiam naturalium, fossilium, lapidum, metallorum, & id genus aliorum variorum diligentissimus fuit indagator, ut in ipsius Musæo velut epitomen orbis quis conspiceret: undè cùm viris quibus talia curæ, inprimis cum Ferdinando imperante, Joanne Baptista Porta Neapolitanis, Francisco Calceolario Veronensi, Joanne Vincentio Pinello, Bernardo Paludano, Felice Platero, & aliis litterarum atque communicationis liberalis perpetuum ipsi commercium intercessit. [a] Ejus observationes Botanicæ necdum editæ. De natalibus plantarum rariorum tam in Germania quàm in aliis regionibus nascentium locis, in quibus secundum litterarum seriem loca quibus perveniunt certa, cum vernaculis appellationibus & euporistis ac familiaribus remediis diligenter exponuntur. Ejusdem de Cultura plantarum quarundam generi humano imprimis utilium lib. 2. quæ ut desideratissima unà cum Paralipomenis Botanicis aliisque posthumis, filios ab obitu patris publica facturos confidimus. In ejusdem porro Bibliothecâ delitescit etiamnum Historia Plantarum Gesneriana ad eundem pro editione transmissa. Perierunt forsan hæc omnia, vel saltem ad nos non pervenerunt; sed si ab his quæ Camerarius vivens edidit de ejus Scientiâ Botanica judicare liceat, longè inferiora videntur auctoris famâ. Quid enim ex se ipso præstitit Camerarius; Mathiolum exornavit iconibus Gesneri; sed ineptè de plantis ipsis locutus est. Horto verò Philosophico ac Medico Gesneri spoliis etiam locupletato, si observationes ex Anguillaræ Epistolis sumptæ demantur, pauca relinquentur quæ legi mereantur. Majorem laudem consecutus esset, ac Gesneri desiderium quodammodo legisset, si supellectilem ejus Botanicam, qualem à Wolfio emerat, publici juris fecisset.

a *Schenec. Biblioth. iatric.*

Cum Camerario conjungi debet JANUS ANTONIUS SARRACENUS Lugdunæus, cujus demum summâ curâ & diligentiâ Dioscoridis opera si pristinæ dignitati non fuerint restituta, summum tamen nitorem adepta sunt: [b] nec adeò multùm superest quod intelligi nequeat, si Conringio credamus. Sarracenus enim plurimorum codicum peritus & cæterorum interpretum labore adjutus, pro immensa qua valebat eruditione & utriusque linguæ cognitione ita se gessit, ut parùm absit quin ne latum quidem unguem à Dioscoridis mente recesserit, ac interim Pliniani sermonis puritatem mordicus retinuerit, quod profecto tunc temporis summum fuit Herbariorum votum, ne dicam peccatum. Plinius autem eruditissimus vir, in Re Herbaria vix fuit tyro, [c] ita parum profuit illi αὐτοψία plantarum quas in Hortulo alebat Antonius Castor.

SARRACENUS. *anno 1598.*

b *Conring. introd. in Art. med.*

c *Salmas. proleg. in libr. de Homonym. Hylaiatris.*

Doctis interim & bonis viris institutum antiquiores interpretandi & enucleandi, in beneficii loco deferendum est; sed nimium fortassis operæ & temporis posuerunt in conquirendo inani thesauro. Melius haud dubiè sibi nobisque consuluissent, si capto qui ex veterum operibus percipi poterat fructu, au-
„ dacius ad naturæ sinum, quæ sese omnibus manifestat, confugissent. Qui de
„ herbis dicturus est, inquit Collinutius, eum ego non tam librorum quàm tellu-
„ ris, non tam litterarum quàm agrorum studiosum esse oportere censeo. Tantum abest ut id consilii caperent, quin potiùs conatus omnes adhibuerint in congerendis & conciliandis pluribus auctorum locis, in quibus Plantæ de quibus disceptabant sibi videbantur adumbrari. In hoc fermè omnes errasse videntur quòd singulis penè Herbis sua ex Dioscoride aut Theophrasto nomina accersere voluerint: quasi verò Dioscorides & Theophrastus omnium regionum plantas descripserint. Hinc mirum dictu quàm interdum temerè admodum probatas, & multis jam annis receptas Dioscoridis aut Theophrasti lectiones immutare ac depravare coacti fuerint, ut eorum verba ad propositam sententiam adducerent, existimantes apud nos planè easdem inveniri plantas, quas nobis Græcia, Asia, Africa commendarunt. Mathiolus suis commentis tantum tribuit, ut nonnullas plantas incidi curaverit, falsa delusus imagine quam in mente, ex Dioscoridis verbis ipse sibi finxerat. Memorat etiam Salmasius se vidisse Codicem Græcum Dioscoridis ante mille annos exaratum, in quo icones plantarum pictura ostendit elegantius quàm verius expressas; ex verbis quippe Dioscoridis adumbratas ab antiquario potius quàm ex autopsia ad fidem exhibitas.

Vivebat anno 1520.

Ibid.

Vix induci possum ut credam antiquiores, si lucis usurâ iterum fruerentur, agnituros opera quæ hodie sub proprio eorum nomine circumferuntur. Vix Theophrastus, vix Dioscorides faterentur plantas octoginta vel centum à commentatoribus compertas fuisse, easque potius de manu in manum, ut aiunt, traditas, quàm ex descriptionibus erutas esse. Ad cæteras verò assequendas nulla certior, faciliorque videtur via, quàm ea quæ ducit ad ea loca in quibus majores ipsi plantas investigarunt. Quæ Dioscoridi obviæ fuerunt, eædem peregrinantibus in iisdem locis procul dubio occurrerent, & si conjecturæ locus detur in re adeo obscurâ, longè tutius est conjecturam facere in Græcia vel in Ægypto, quàm Parisiis & Londini. Quid enim affirmari potest ex brevi descriptione in qua planta quæ inquiritur cum ignotiori comparatur? Plurimum fortè caperent auxilii, qui sese ad Orientem eo animo conferre vellent ex vocabulorum, quæ nunc sunt in usu in iisdem regionibus, affinitate cum antiquioribus: nec virium usus fortassis penè obsolevit. Demum sperandi locus est, fore ut hac arte dissolverentur difficultates plurimæ, quas Bellonius, Rauvolfius, Guilandinus, Prosper Alpinus peragratis Græcia, Ægypto & Asiâ non enodarunt.

BELLONIUS. „ PETRUS BELLONIUS Cenomanus[a] fuit vir indefessi studii, quem-
„ admodum ex ejus lucubrationibus quas partim Latino, partim Gallico ser-
„ mone ipsi naturali evulgavit, perspicere licet. Nam extant libri de coniferis
„ Arboribus & perpetua fronte virentibus, de admiranda veterum fabricarum

[a] *Clus. in Epist. dedicat. Oper. Bellon.*

ſtructurâ, de medicato funere, Latinè ab ipſo conſcripti. Gallicè verò libri de Avibus, de Piſcibus. Itinerarium, de neglecta plantarum Culturâ, de Serpentibus & inſectis. Tum Commentaria in Dioſcoridem,& de agricultura librum, alia præterea quædam meditabatur; ſed laudabiles ipſius conatus inopina mors, nefarii latronis manu illata, interrupit non ſine magno litterariæ Reipublicæ diſpendio. Quapropter vix mihi ſuadere poſſum quod clariſſ.viri Thuanus & Sammarthanus affirmarunt, Bellonium Petri Gillii ſcripta ſubripuiſſe ac pro ſuis edidiſſe, cùm Opera Bellonii Pariſiis edita fuerint anno 1553. & teſte Thuano Romæ perierit anno 1555. [a] Petrus Gillius Albienſis qui ad exactam utriuſque Linguæ antiquitatis, veterum ſcriptorum, bonarum diſciplinarum,ac præcipuè rei naturalis cognitionem,indefatigabile longinquas regiones luſtrandi ſtudium attulerat, quo incitatus per 40. ampliùs annos inſtituta per Græciam,Aſiam utramque & majorem Africæ partem diligenti peregrinatione, partim ut Græcos libros, ſic enim à Franciſco I. juſſus erat, undique colligeret, partim ut multorum locorum poſitum deſcriberet. Mortuo eo diu vagatus,cum raro Dei beneficio ex Gerbenſium piratarum manibus elapſus eſſet, tandem in familiam munificentiſſimi litterarum patroni Georgii Armeniaci Cardinalis,qui Romæ regis negotia procurabat, tanquam in tutiſſimum portum ſe contulit, ubi dum ordinandis ac recolligendis, quas tanto tempore ſparſim congeſſerat narrationibus, dies noctibus continuat,ardentiſſimâ febre correptus diem ſupremum clauſit annos natus 65. & ad B. Marcelli funeratus eſt.Scripta ejus ne perirent ejuſdem Armeniaci Cardinalis in clientem amor & propenſum ad rem litterariam juvandam ſtudium, prohibuit,qui partem majorem eorum in Galliam adferri juſſit & publicanda curavit. Pars tamen eorum (pergit Thuanus) à Petro Bellonio Cenomano amanuenſi & peregrinationum per aliquot annos comite ſubrepta creditur,qui ea ſuo non Gillii nomine poſtea evulgaverit, tamen vel plagiarius non mediocrem à litteratis gratiam inivit, cum quod multi faciunt, ille publico minimè invidit.

a *Thuan. ad ann.* 1555.

LEONARDUS RAUVOLFIUS [b] in Orientales regiones in quibus multa naſci nobis non ſat cognita dedicerat,navigare in animum ſuum induxit, & anno 1573. Maſſiliæ navim ingreſſus, in Orientem non ſine periculo venit ubi Syriam, Judæam, Arabiam, Meſopotamiam, Babyloniam, Aſſyriam, Armeniam cum præſenti ſæpe vitæ diſcrimine peragravit.Eâ in peregrinatione non ſolum mores, ritus, ceremonias, religiones tam Mahumetiſtarum quàm Chriſtianorum varias vidit, atque obſervavit; ſed herbas quoque frutices, plantas, & ejuſmodi alia ad Rem medicam facientia diligenter collegit, adſervavit, & ſecum in Germaniam exportavit.Scripſit Hodæporicon ſive Itinerarium in Syriam, Judæam, Arabiam, Meſopotamiam, Babyloniam, Aſſyriam & Armeniam, quod in ſex partes diſtinxit, in quibus plurima rara de omni Medicâ materiâ obſervata tradit. Quarta illius pars quæ continet plantarum Ægyptiacarum & Syriacarum icones, figuras, & hiſtorias Latinè exivit cùm Hiſtoriæ plantarum Lugdunenſis appendice. Cæterum Rauvolfius floruit circa annum 1583. Occoni alicubi Daſylycus dictus patriam habuit

RAUVOLFIUS.
b *Melchior Adam.*

„ Augustam Drusi. Ex Germania maturè in Italiam ac Galliam ubi Medicæ Ar-
„ tis studium tunc ut cùm maximè florere judicabatur, missus doctoribus Medi-
„ cis tum temporis clarissimis operam dedit, ac inprimis Herbariæ Rei studio
„ incensus cùm Hieremia Martio post Medico Augustano circa Montempessu-
„ lanum sæpiuscule & montes & valles & campos perreptando sexcenta simpli-
„ cium (quæ vocant) genera collegit, inque usum medicum exportavit. Lau-
„ dabat inter alios pr ceptorem suum fidelissimum Guilielmum Rondeletium
„ Academiæ Monspeliensis professorem clarissimum.

De Guilandino & Prospero Alpino agemus inter Professores Botanices Horti Patavini.

Infelicitatem Herbariorum in interpretandis antiquis abundè compensarunt assiduis suis laboribus summi viri, qui deficiente sæculo præterito & incipiente eo quod desinit, Botanicen utilius excolentes, fabulis superstitionibusque rejectis, maxima plantarum parte in Europa nascentium, eam locupletarunt, non religiosè admodum anxii de Theophrasti aut Dioscoridis sententiâ.

Multùm profectò debemus lucubrationibus REMBERTI DODONÆI
„ Mechliniensis Archiatri & Medici Cæsarei. [a] Natus est Mechliniæ anno 1517.
„ fortunis & musis propitiis, ad summum eruditionis culmen in omni artium
„ genere ascendit: in Medica tamen Facultate inprimis excelluit, cujus gratiâ mul-
„ tas Germaniæ, Galliæ & Italiæ Academias adiit coluitque. Medicinæ lau-
„ ream supremam consecutus, cum ob artis insignem peritiam, & in ejus praxi
„ summam felicitatem longè latèque celebraretur, Maximiliano Augusto ejusque
„ filio Imperatori Rodolpho II. commendatus, ab utroque in aulam adscriptus
„ ac curandæ valetudini præpositus fuit. Ibi cùm in summo honore esset, con-
„ tinuis amicorum Litteris Mechliniam est evocatus, ut bonis quæ ad Mechli-
„ niam & Antuerpiam habebat, præsto esset; nisi ea factiosis diripienda & qua-
„ si pro derelicto habere vellet. Quibus ille tandem permotus impetratâ ab Im-
„ peratore missione ad suos rediturus, Coloniæ aliquamdiu substitit, quòd tum
„ temporis toto Belgio & maximè in Brabantia omnia bellicis motibus infesta
„ essent. Amicis demum assiduè flagitantibus, relicta Coloniâ Antuerpiam con-
„ cessit. Indeque non multò post in Academiam Lugdunensem in Batavia, sti-
„ pendio luculento à curatoribus invitatus anno 1582. Medicinæ professionem
„ publicam suscepit, & lectionibus eam, scriptisque doctissimis mirum in mo-
„ dum exornavit. Donec tandem ibi vivere desiit anno 1585. ætatis 68. Quam
scripsit Plantarum Historia non tam iconum elegantiâ quàm rerum copiâ
& delectu prædicari debet. Pauci quidem Dodonæo plantæ propriæ fuerunt,
quia peregrinandi locus ipsi defuit, sed ab amicis quorum nomina recenset
initio sui operis plurimas accepit, cæteras ab aliorum scriptis: unde [b] Joan-
„ nes Bauhinus alienis se ornare plumis Dodonæo commune fuisse non semelin-
„ dicavit. [c] Dodonæi sedulitas, ait Lobelius, ut multis aliis locis laudanda, ita
„ plerisque minus tempestiva, ubi ignotis plantis facultates certas aperit, quas è
„ Dioscoride accepit, magno detrimento ægrorum & experimentorum, qui
quod vident à bono viro & veritatis amico scriptum, illico ut verum arri-
piunt,

DODONÆUS.

a *Melchior Adam.*

b *Hist. plant. lib. 17. pag. 299. & 318.*

c *Adv. pag. 367.*

piunt,& per experimenta mortes agunt. Sic vir pius & eruditus Turnerus Anglus in ſuis Herbariis alphabeticis Anglicis. [a] Icones autem plurimas, inquit Dodonæus, noſtrâ & operâ & curâ jamdiu delineatas fuiſſe, facilè agnoverint qui Frumentorum, Florum & Coronariarum, Purgantiumque hiſtorias cum appendice prius habuerunt aut viderunt. His acceſſerunt non paucæ (præter nonnullas novas & antea non editas) & me quidem procurante ſupra aliquot annos expreſſæ, quæ in vernaculis ac Gallicis de Stirpium Hiſtoriâ commentariis à Joanne Loëo quondam editis extant. Reliquæ partim ex Caroli Cluſii; ſed plures ex Mathiæ Lobelii obſervationibus acceſſerunt. Quod quidem nobis eâ causâ liquit, quod omnes noſtras in ſuis Obſervationibus ipſe Lobelius inſeruerit; ſed tamen haud præter conſenſum & voluntatem noſtram & ſub conditione, ut viciſſim ſuâ curâ delineatas mihi liceret in meas Pemptades, quibus opus haberem, transferre. Quæ Dodonæi verba declarant Chriſtophorum Plantinum eaſdem icones ex auctorum conſenſu adhibuiſſe in operibus Cluſii, Lobelii, & Dodonæi.

[a] Dod. in Præfat.

CLUSIUS.

Mira fuit CAROLO CLUSIO in inquirendis plantis diligentia; earum autem noſcendarum amor illum cepit Monſpelii, in qua urbe triennium totum egit, Gulielmi Rondeletii Medici celebratiſſimi contubernio ac mensâ uſus ut refert Boiſſardus. Natus eſt Cluſius Atrebati in Galliâ Belgicâ anno 1526. Lovanium miſſus Juri Civili operam dedit; ſed tanto Rerum naturalium ſtudio flagravit ut Hiſpaniâ, Luſitaniâ, Galliâ, Germaniâ, Pannoniâ, Angliâ, Belgioque peragratis, nondum ſatis ipſe ſibi fecerit, ac longiora & moleſtiora itinera ſuſcepiſſet, ſi votis valetudo reſpondiſſet. Annum agens 64. hydrope laboravit ex intemperante aquæ frigidæ potu, quo morbo clariſſ. Viri Gulielmi Rondeletii curâ & diligentiâ liberatus fuit uſu Cichorii. Anno autem ætatis 39. in Hiſpanica peregrinatione, ruente in curſu per acclive equo cum ipſo ſeſſore, dextrum brachium ſupra cubitum fregit, & eum inſequente, dextrum crus. Viennæ porro Auſtriæ annum agenti quintum & quinquageſimum, pes ſiniſter illi luxatus, & melleolus fractus. Octennio deinde poſt Francofurti ad Mœnum, ex caſu dextrum femur luxatum, & luxatione nec à Medicis nec à Chirurgis agnitâ, ſed neglectâ, ad contuſionem dumtaxat medicamenta applicantibus, prorſus claudus effectus eſt, ut ne pedem quidem promovere poſſet, niſi gemino ſcipione ſub alis ſubnixus. Eam ob cauſam cùm corpus exercere nequiret; ſed perpetuo fere illi ſedendum aut decumbendum eſſet, graves alii acceſſere morbi, calculus, coli dolor, & hernia. Ab Imperatoribus Maximiliano II. & Rudolpho ſucceſſore honeſtiſſimis conditionibus evocatus & numero familiarium aulicorum adſcriptus, Horti Cæſarei curam per annos circiter quatuordecim habuit. Aulicæ tandem vitæ pertæſus, Francofurtum ad Mœnum conceſſit. Demum anno 1693. ab Academiæ Leydenſis Curatoribus honorificis litteris & ſtipendio invitatus, Lugdunum venit, ibique quamdiu fuit quà publicè, quà privatim, utilis eſſe nullo unquam tempore deſtitit. Scripta ſua omnia ad incudem hic revocavit, extremamque manum addidit & in duos tomos digeſſit. In primo continentur icones plantarum 1133. in altero præter fructus & animalia exotica, plantarum effigies ſunt 45. à Clu-

Icon. tom. 2.

Ex Orat. funebr. Everardi Veſtii in obit. Cluſ.

Cluſ cur. poſt in fol. 35.

ſio obſervatarum. Obiit cælebs in hac civitate anno 1609. die 6. Aprilis, ætatis 84. omnibus deſiderium ſui relinquens triſtiſſimum, ſimulque memoriam nominis nunquam interituram; nam præter Stirpium cognitionem qua certè omnes ſuperavit qui prius ſcripſerant, Hiſtoriarum etiam, Coſmographiæ, & Linguarum exactam habuit peritiam, Latinæ ſcilicet, Græcæ, Italicæ, Gallicæ, Hiſpanicæ, Luſitanicæ, Belgicæ, Germanicæ. Cæterum à ſe primum obſervatas Stirpes accuratè deſcribere & ex tempore rubricâ pingere ſolebat; ſed pluribus annis poſtquàm eas obſervaſſet, earum icones ſculptæ ſunt. [a] Inde factum eſt, inquit, ut clariſſimus vir Rembertus Dodonæus, nunc Cæſareus Medicus, veteri amicitiâ mihi conjunctus, quas ex meis iconibus voluerit, liberè in ſuam purgantium Hiſtoriam intulerit. Ego viciſſim eadem libertate fretus, Anemones quatuor generum, Ariſtolochiæ longæ vulgaris, quàm & Sarracenicam Galli appellant, & Chamæſyces effigies, quoniam meo argumento deſerviebant, ex eodem Libro deſumpſerim. Cluſii certè modeſtiam hoc in loco ſatis mirari nequeo; tantùm enim ab ipſo diſtabat Dodonæus in Re Herbaria quantùm à puero magiſter.

a *Cluſ. Præfat. Hiſp.*

LOBELIUS. MATHIAS LOBELIUS Inſulanus Cluſio etiam longè fuit inferior, longè minorem in deſcribendis plantis diligentiam adhibuit, ut conſtat ex Adverſariis, Obſervationibus & Illuſtrationibus Stirpium, in quibus omnibus ubi icones deſunt, vix ſanè poteſt intelligi. In aſſignandis autem plantarum locis nimiùm memoriæ ſuæ tribuit: nam ut optimè notat Raius, multas pro indigenis Angliæ habuit, quas nemo præter ipſum in Anglia ſponte naſcentes obſervavit, quaſque in locis ab illo deſignatis fruſtra requiſiveris; imò nec alibi fortè in rerum naturâ reperiendas. Exemplo ſit Lycopſis altera Anglica, & Nymphæa Lutea, nec non alba, minor. Lobelius autem auxilio fretus PETRI PENÆ Gallo-provincialis, viri doctiſſimi rariores plantas in Gallia Narbonenſi naſcentes divulgavit ſtylo duro, incompto, amaro, qui in virum celebroſum quadrare apertè videtur.

PENA.

BAUHINI FRATRES. Veniamus nunc ad [b] JOANNEM & [c] CASPARUM BAUHINUM, nobile illud par fratrum, qui tantam inter Herbarios famam adepti ſunt, vix ut minima herbula appelletur, ſine utriuſque commemoratione. Ex patre Gallo & Ambiano Baſileæ nati ſunt. Quamvis autem eruditiſſimi fuerint, videntur tamen ſibi plus oneris quàm humeri ferre poterant, impoſuiſſe. Hiſtoriam ſcilicet univerſalem unuſquiſque ſcribere inſtituit; ſed ut ait Geſnerus ad Fuchſium ſcribens, unus vir nullus vir, ſi uſquam in hoc maximè argumento verè mihi dici videtur. Sunt enim infinitæ Plantarum ſpecies, quarum magnam partem ſingulos ignorare neceſſe eſt, propter regionum diverſitatem. Quod ſi ſuas quiſque obſervationes protulerit, ſpes eſt aliquando fore, ut ex omnibus opus unum abſolutum ab aliquo Colophonem addituro, perficiatur. Quod ut noſtro ſæculo fieri optarim, ita vix ſperare auſim: neque hoc quo vivimus ſæculo plantarum Hiſtoria univerſalis abſolvi poteſt, quoniam ex deſcriptionibus hactenus cognitarum, ſingulæ ſpecies nec certò dignoſci, nec ad propria genera revocari poſſunt. Hinc fluxerunt errores penè omnes quibus Hiſtoriæ illæ univerſales turpiter fœdantur. Verùm ut ad Bauhinos revertamur, nullum

b *Obiit Montis-Bellicardi 1613.*
c *Obiit Baſileæ 1624 ætatis 64.*
d *Epiſt. pag. 137.*

opus utilius mihi videtur ipso [a] Pinace neque tunc multo perfectius fieri poterat. [b] In Prodromo Theatri Botanici Plantæ supra sexcentæ à C. Bauhino primùm descriptæ cum pluribus figuris proponuntur, ex quibus tamen longè plures aridas, mutilasque accepit ab amicis, quàm vivas. Idem quoque usu venit Joanni Bauhino, qui sibi cognitas accuratius descripsit; ideoque fratri anteferendus; nam etiamsi nomina synonima plantarum uterque simili propemodum eventu colligerit, descriptiones tamen à Joanne concinnatæ longè præstant iis quas Gasparus paraverat, si de cæteris Theatri Botanici partibus ex prima quæ de Graminibus & Bulbosis agit, & ex ipso Prodromo liceat judicare. Cæterum in eo peccasse videntur viri præstantissimi quod institutionem generum qua nihil ad Historiam plantarum absolvendam magis necessarium, planè neglexerint.

a *Edit.* annis 1620. & 1671.
b *Edit.* annis 1623. & 1671.

Huc etiam spectant Crispini Passæi [c] Hortus floridus; in quo icones 325. accuratè delineatæ & secundùm quatuor anni tempora divisæ exhibentur. [d] Emanuelis Suvertii Septimontii Batavi, itemque [e] Theodori de Bry Florilegia. Tùm [f] Joannis Ponæ Pharmacopæi Veronensis Descriptio Montis Baldi & [g] Jacobi Cornuti Doctoris Medici Parisiensis Canadentium Plantarum Historia. Cornuti autem parùm fuit in plantarum cognitione versatus, ut manifestum est ex ineptis appellationibus quibus utitur in Enchiridio Botanico Parisiensi & descriptionibus speciosis ab Herbariorum stylo tamen alienis, quibus rariores plantas à Joanne & Vespasiano Robino, cæterisque Rei Herbariæ studiosis observatas & Parisiis educatas, adorare conatus est, additis iconibus 68.

PASSÆUS.
c *Edit.* 1614. & 1617.
SUVERTIUS.
d *Anno* 1612.
BRY.
e *Anno* 1612. 1614. & 1618.
PONA.
f *Anno* 1607. 1608. & 1617.
CORNUTI.
g *Anno* 1635.

Post Bauhinos JOANNES PARKINSONUS Londinensis, Pharmacopæus Regius, Historiam etiam universalem Plantarum Anglicè tradere conatus est. [h] In Paradiso enim terrestri, opere sic nuncupato, florum Historiam latè persequitur. [i] In Theatro verò Botanico plures Plantarum species complectitur, quàm quævis alia quæ hactenus extet Historia. In plerisque C. Bauhini vestigiis insistit, multas tamen species addit ex Alpini Exoticis, Cornuti Canadentium Historia, aliisque. Ex altera etiam parte per oblivionem aut festinationem multas omisit, alias etiam repetit, ut monet Raius.

PARKINSONUS.
h. *Edit* 1629.
i *Edit.* 1640.

Ex his manifestum est, per paucos quidem maximè viros salutarem ipsam professionem increvisse, qui Plantas Europæ describere & ad proprios usus referre non dubitantes, Rem Herbariam valdè amplificarunt. Eò namque confidentius uti debemus nostris, quò nobiscum, ut dicam, nascantur. [k] Hæc sola naturæ placuerat esse remedia parata vulgò, inventu facilia ac sine dispendio ex quibus vivimus. Postea fraudes hominum & ingeniorum capturæ officinas invenere istas, in quibus sua cuique venalis promittitur vita. Statim compositiones & mixturæ inexplicabiles decantantur. Arabia atque India in medio æstimantur ulcerique parvo medicina à rubro mari imputatur: cùm remedia reverà quotidie pauperrimus quisque cænet.

k *Plin. lib.* 24. *cap.* 1.

Quæ in Græciâ & Orientalibus regionibus proveniunt Herbæ ab Incolarum diligentiâ & Principum munificentia non minorem celebritatem quàm à propriis veribus acceperunt. [l] Juba Mauritaniæ Rex Herbarum studio quàm

l *Fuchs. Epist. nunc Hist plant.*

Gal. lib. 1. de Antid. cap. 1.

„ regno memorabilior. [a] Mitridates, quemadmodum & apud nos Attalus, in-
„ quit Galenus, omnium propè ſimplicium medicamentorum experientiam ha-
„ bere ſtuduit, quæ perniciosis venenis adverſantur, facultates ipſorum in fa-
„ cinoroſis hominibus morte damnatis explorans.

b Gal. ibid. cap. 2.

Imperatoribus Romanis non minori curæ fuerunt Herbæ. Arabiam, Lybiam, Siciliam celebrarunt & Cretam [b] cùm Herbarii viri qui illic à Cæſare alebantur, ut etiam à Galeno refertur, non ipſi Cæſari ſolùm; ſed toti quoque Romanorum urbi plena vaſcula tranſmitterent. Evacem etiam Arabum Regem memorant, qui de Simplicium effectibus ſcripſit ad Neronem; ſed [c] hanc Plinii lectionem nec Plinianam, nec illorum temporum eſſe, rectè judicat Salmacius.

c Lib 15. cap. 2

Prolegom.

Sed cur ſileamus Principes, qui hoc parumque ſæculo Rem Herbariam liberaliter exceperunt? nonne Philippum hujus nominis II. Hiſpaniarum Regem potentiſſimum in Americam miſiſſe Franciſcum Hernandem Archiatrum ſuum
„ ut plantas indagaret, teſtatur [d] Joſephus Acoſta? De plantis, inquit, liquo-
„ ribus, & aliis rebus medicis, Regis juſſu præclarum opus Doctor Franciſcus
„ Hernandes condidit, in quo univerſæ plantæ ad vivum expreſſæ deſcribuntur
„ numero 1200. comprehenſæ, conſumptis in hoc opere ſexaginta ducatorum
„ millibus. [e] Conringius affirmat ſe ab amico accepiſſe in eo plus quàm 3800.
Stirpes exponi. Alii volunt illud opus in locupletiſſima Bibliothecâ Regiæ Eſcurialis propè Madritum aſſervari. Cùm tamen ibi plantarum inquirendarum causâ verſarer, pro Hernandis collectionibus, plurimos Codices mihi oſtenderunt non quidem Plantarum ex America; ſed indigenarum, nec rariorum ſemiputridarumque.

d De natura novi orbis lib. 4. cap. 29.

e Introd in Art. med.

HORTUS PATAVINUS.

Inter Hortos publicos, in quibus plantæ à Profeſſoribus indigitantur, antiquiſſimis eſt Patavinus, ob quem Senatui Veneto ſumma laus tribuenda eſt.
„ Is enim [f] Hortum ſphæricum, amplum, irriguum inter duo templa auguſtiſ-
„ ſima D. Antonii & D. Juſtinæ, omni genere Herbarum medicinalium refer-
„ tum, ad ſtudioſos medicinæ in Re Herbaria erudiendos conſtituit, ſuadente id
„ clariſſimo Medico FRANCISCO BONIFIDIO Patavino, qui anno 1533. pri-
„ mus Simplicium explicator factus, id muneris quàm diligentiſſimè obivit uſ-
„ que ad annum 1549. [g] quo ſenio confectus & oculis captus, ab hoc onere
„ deſtitit. Huic poſtea ſucceſſit GABRIEL FALLOPIUS Mutinenſis, con-
junctâ tunc Chirurgiâ cum Simplicium explicatione. [h] Bellonius monet cum Franciſco Bonafide, Danielem etiam Barbarum auctorem fuiſſe Senatui Veneto ut Hortum conſtrui juberet. Obſervandum autem eſt Patavii alios eſſe Plantarum profeſſores, alios verò Horti cuſtodes, ut vocare ſolent, ſeu Præfectos Horti. Fallopius de Stirpium naturâ tantùm diſſerebat in Schola, earum verò curam non habebat. Quapropter [i] Caſparus Bauhinus Aloyſium Mundellam Brixianum recenſet ſecundum Horti præfectum & Aloyſium Anguillaram tertium, nec de Fallopio loquitur, nec de Bernardino Triviſano Patavino
„ qui defuncto Fallopio ſuffectus eſt anno 1563. [k] Mundellæ extat memoria ſub
„ Aloyſii nomine Libris publicis Academiæ Patavinæ anni 1547. qui etiam per-
„ hibent Anguillaræ anno 1561. Viridarium relinquenti die 20. Septembris

f Riccob. de Gym. Patav.

BONAFIDIUS. *ſive* BONAFIDES.

g Thomas in Gym. Pat.

FALLOPIUS.

h De neglect. ſtip. Cult.

i In Pin. 1

k Thomas ibid.

ejusdem anni successisse Melchiorem Guilandinum Borussum è vinculis Turcarum ære Fallopii libratum. [a] ALOYSIUS MUNDELLA scripsit Epistolas de Stirpium naturâ eximias quidem & elegantes; sed ad rem Herbariam parùm conducentes. [b] ANGUILLARÆ Opiniones seu Epistolæ multò utiliores sunt, rariores enim Plantas observaverat in suis Peregrinationibus, quod opus ex Italico sermone C. Bauhinum Latinum fecisse narrat [c] Schenckius notis ac scholis adornatum.

[d] Anno 1561. MELCHIOR GUILANDINUS electus est horti Patavini custos ad ostendendas ibi herbas, earumque nomina & vires aperiendas. [e] Regiomonte Borussiæ oppido natus [f] à teneris ad litterarum studia ita incubuit, ut & linguarum cognitione & in Disciplinis subtilioribus atque Arte medica excelluerit. [g] Vir fuit sine dubio litteratissimus, qui instar Gorgiæ de qualibet re proposita, cùm ad alia omnia, tùm ad stirpes & herbas pertinente, doctissimè ac disertissimè disputabat. [h] E patria maturè egressus non solùm Europam peragravit; sed etiam per mare Mediterraneum, in alterum quasi orbem trajecit, & auspiciis Marini Cabelli Veneti, Asiæ atque Africæ magnam partem perlustravit, atque in Indiam usque penetravit, piratarumque perfidiâ captus ludibrium iniquæ sortis, ferreis catenis ad triremium transtra alligatus, aliquandiu magno animo exantlavit. Ea in peregrinatione tantam medicamentorum, quæ vocant Simplicium, studio ac labore indefesso cognitionem sibi comparavit, ut & apud Italos ad admirationem venerit, & Horto illi medicorum qui Patavii est celeberrimo fuerit Præfectus, inque cathedram collocatus medicam, Medicinam cum applausu professus. Scripsit Mathiolus, sed ut aiunt falsò, eum in Sicilia & Romæ penuriâ laborasse tantâ, ut aliunde sibi victum comparare nequiverit, quàm ex allatis ex montibus illis cum asino bajulo radicibus: quod etiamsi factum tantùm abest ut dedecori verti debeat, quin ad laudem ejus & commendationem faciat plurimum. Fatis concessit Patavii 1589. Cæterum cùm Guilandinus in Herbario Mathioli centum notasset errata & post quadriennale silentium Mathiolus tantùm viginti erratorum defensionem ad I. Cratonem Medicum edidisset, idque Guilandino in India tunc absente, suscepit defensionem ejus Paulus Hessus Medicus Uratislaviensis. Peregrinationum quoque suarum Commentarios adornavit rogatu aliorum Guilandinus; sed illos intercidisse fama est scelere piratarum. Vehementer in adversarios suos invehebatur teste Theone. [i] Pauca tamen cùm multa expectarentur, ejus instant scripta & inter ea Commentarius de Papyro ad C. Plinium editus, in quo tamen virum tantæ existimationis multoties hallucinatum esse, eruditissimus Scaliger contrario scripto demonstravit.

[k] Locus Melchioris Guilandini in Horto Patavino datus est JACOBO ANTONIO CORTUSO Patavino [l] anno 1590. [m] Is præter generis nobilitatem sibi decus & ornamentum suis ipsius studiis ac virtutibus comparavit. Semper enim fuit studiosus quàm qui maximè, ac tametsi Medicum nunquàm professus est, tantopere tamen Simplicium medicamentorum cognitione est delectatus, & Herbarum omnium, fruticum, arborum vires tam exactè cognovit, ut qui hujus rei peritior, suis temporibus fuerit, nominari posse nemo

MUNDELLA.
a *Editæ ann.* 1538. 1543. & 1556.
ANGUILLARA.
b *Edit. ann.* 1561.
c *Biblioth. intric.*
d *Riccob. ibid.*
e *Thuan. ad ann.* 1589.
f *Melchior Adam.*
g *Riccob. ibid.*
h *Melchior Adam.*
i *Thuan. ibid.*
CORTUSUS.
k *Riccob. ibid.*
l *Thomas ibid.*
m *Riccob.*

a Edit. 1591. „ videatur. Obiit anno 1593. nullo opere edito nisi [a] Catalogo Plantarum „ Horti Patavini Italicè Venetiis excuso.

PROSPER ALPINUS. b Riccob. Ibid. „ [b] PROSPER ALPINUS Marosticensis ad lecturam Simplicium in „ Scolis & ad ostensionem Simplicium in Viridario electus est anno 1593. In „ Ægyptum profectus est cum Georgio Aimo Veneto anno 1580. ad Venetam „ nationem ibi commorantem curandam & sanandam : & accitus est Genuam anno 1585. à Joanne Andria Aurea Principe, classis Hispanæ Imperatore, ut ei medicam operam navaret. Deinde Patavium se contulit ac explicationem Simplicium, vir ingenio versatili, maximaque eruditione præditus. Multas rariores plantas tùm à se in Ægypto observatas, tùm ex Cretâ aut aliunde ab Hieronymo Capello & Nicolao Contareno Senatoribus amplissimis acceptas minùs feliciter descripsit, ac depingi curavit, ut abundè probant non solùm de plantis Ægypti tractatus; sed de Exoticis Libri ab Alpino Alpino, Prosperi filio anno 1628. editi. Mortuus est Prosper anno 1617.

ZARABELLA & PREVOTIUS. c Thomas ibid. „ [c] Anno 1618. JACOBUS ZARABELLA ad lecturam Simplicium, „ ad ostensionem verò eorundem in Horto adhibitus est JOANNES PREVO- „ TIUS Rauracus usque ad annum 1630, quo grassante pestilentiâ occubuit. „ Anno 1631. munus oblatum recusavit, JOANNES RHODIUS Damus, „ & Senatusconsulto datum ALPINO ALPINO Prosperi filio anno 1633. „ ad annum usque 1637, quo tabe periit. Anno 1638. JOANNES VESLIN- „ GIUS Mindanus, Eques sancti Sepulchri successit: periit febri maligna 1649. Abundabat certè Veslingius multiplici doctrinâ, nec minus inter anatomicos quàm Botanicos celebrandus. [d] Successit ei GEORGIUS A TURRE Patavinus medendi peritiâ jam clarus & amœnioribus litteris ac potissimum priscorum numismatum notitiæ deditus. Hujus locum nunc præclarè occupat multis nominibus perillustris Abbas FELIX VIALI.

ALPINUS ALPINUS. VESLINGIUS. d Thomas ibid. GEORGIUS A TURRE. VIALI.

HORTUS PISANUS. e Conring. Introd. in Art. med. „ [e] Exemplo Patavino incitatus, Pisis Hortum construi fecit Cosmus Medi- „ ces, magnus Dux Florentiæ, Heros & virtute & ingenio maximus, eique „ præfecit Andream Cæsalpinum, cujus inferius mentionem faciemus. Jucunda proinde memoria debet esse Hortorum Farnesianorum, Barberinorum, Ludovisianorum, Burghesianorum, Aldobrandinorum, Estensium, cæterorumque qui purpuratorum virorum nominibus decorati sunt. Jucunda in- „ quam memoria Federici Cæsii, sancti Angeli Principis, [f] qui genus & proa- „ vos atque hæreditarium principatum vix sua decora existimans, omni disci- „ plinarum genere sic animum illustravit, ut erudita perspicuitate maximè Lyn- „ dæus, Lynceorum omnium dux & oculus fuerit. Obliti sumus Hortorum Casparis à Grabielis & Priuli Senatorum qui Gesneri tempore percelebres erant Patavii, ut & Venetiis Hortus Cornelii viri illustris, qui Cipri insulæ præfecturam gesserat, ex qua ut Creta, Alexandria, aliisque Regionibus multa pulcherrima, & rarissima Venetias afferri curaverat. Bononiensem Hortum nostris temporibus multùm locupletarunt plantarum studio inprimis delectati JACOBUS ZANONI & LÆLIUS TRIUMPHETTI Romanum verò plurimum illustravit diligentissimus vir & Rei Herbariæ peritissimus JOANNES BAPTISTA TRIUMPHETTI: Sed priusquam ex

f Ferrar. de Flor. cult. Gesn. de Hort. Ital. JACOBUS ZANONI. JOANNES BAPTISTA & LÆLIUS TRIUMPHETTI.

Italia discedamus, quod tribuemus præconium illustrissimo PRINCIPI CATHOLICÆ? cujus liberalitate & beneficentiâ rariores & elegantiores Plantas in ea Siciliæ parte, quæ tam magnifico viro patet, inspicere licet, diligentia & studio viri præstantissimi FRANCISCI CUPANI, iniquum planè foret reticere nomen clarissimi illius Episcopi Aichstadensis JOANNIS CONRADI A GEMMINGEN, qui Eystetii sive Aichstadii in Franconiâ maximos sumptus fecit, non tantùm in colendos Hortos elegantissimos arcem episcopalem cingentes in monte sancti Wilibaldi; sed in excudendas icónes amplissimæ formæ; BASILIO BESLERO tantùm opus accurante, quòd Clusio si diutius vixisset fuerat destinatum. Descriptio autem hujus Horti celeberrimi edita est Norinbergæ anno 1613. cùm 1083. iconibus speciosis, quarum nonnullæ magnitudinem ipsarum plantarum superant.

PRINCEPS CATHOLICÆ.

FRANCISCUS CUPANI.

HORTUS EYSTETTENSIS.

BESLERUS.

Ne antiquiores palmam hac in arte nobis præripuisse existimentur Hortis tantopere celebratis Hesperidum, Babyloniis, Adonidis, Alcinoi, Epicuri, Theophrasti, cæterisque, ponamus nobis ante oculos Belgii & Angliæ Hortos. Lugdunensis & Amstelodamensis abundè complectuntur quidquid in Indiis & Africâ gignitur. Oxoniensis verò & Londinenses nihil exoptandum relinquunt ex Jamaicâ & Virginiâ: Hamptoniensis, Camptonianus, Chèlseianus nihil ex universo orbe. Mirum dictu quantùm gloriæ & laudis consecutus sit CASPARUS FAGELIUS Potentissimorum Ordinum Hollandiæ, ut vocant *Pensionarius*, Herbarios in omnes orbis plagis mittendo plantas undecunque conquisituros: sed magno Rei Herbariæ detrimento periit tantus vir, cujus Hortos Kewenhorsti non longè à Lugduno Batavorum non semel vidisse gloriabor. HIERONIMI BEVERNINGII viri præclari & pluribus legationibus functi memoriam cadere non patientur doctissimi BREYNII Opera. Hortum BEAUMONTII cui Euphorbium ex Africâ propriis sumptibus accersitum non minorem famam conciliabit quàm Jubæ, semper commendabit peritissimi HAGELAERI Cathalogus. Quandiu in terris suus Botanicæ erat honos Zurflidianum & Honslardiacum; ab hominum oblivione & silentio vindicabunt curæ viri præstantissimi DANIELIS MARESII. Demum charissimi PAULI HERMANNI Paradisus & Flora Batava æternum erunt monumentum amoris summi, quò Batavi plantas prosequuntur. Moveor tam amico orbatus, qualis ut urbitror, nullus unquàm erit. Quantùm ad absolutionem Artis Herbariæ contulerit ex Catalogo Horti Academici Lugduno Batavi quem emisit in lucem anno 1687. colligi potest. Rerum omnium rariorum quæ ad Philosophiam naturalem spectant, thesaurum habuit omni pretio majorem ex Indiis Orientalibus & Africâ à se delatum, quo nunc partim Anglos, partim Batavos potiri audio: sed mentem habuit omni thesauro præstantiorem. Natus est anno 1646. die 30. Junii Hallis in Saxoniâ. Obiit Lugduni Batavorum Medicinæ & Botanices Professor die 29. Januarii, 1695. Successorem habuit clarissimum virum JOANNEM HOTTON omni eruditionis genere prædicandum. Obiit pariter HENRICUS VAN DRAAKENSTEIN nobilis Batavus, Indiarum Præfectus, qui nominis celebritatem apud posteros, nullis neque divitiis, neque volupta-

HERMANNUS.

tibus posthabendam assecutus est celeberrimo illo Horto Malabarico, in quo plantæ 745. à PATRE MATHÆO Carmelita descalceato, Neapolitano, delineatæ, iconibus & descriptionibus eximiis exprimuntur. JOANNE CASEARIO Ecclesiaste opus promovente. Prima pars Horti Malabarici edita est anno 1678. Duodecima verò anno 1693.

Gesn. de Hort. Galliæ.

Galli nostri meritis laudibus defraudari non debent. Franciscum hujus nominis primum Galliarum Regem, disciplinarum bonarumque artium partem, „ Re Herbariâ delectatum fuisse Ruellii & Bellonii opera ostendunt. Petrus Bel- „ lonius (inquit Gesnerus) ex longinquis peregrinationibus semina varia con- „ gessit, omnis stirpium generis, ex quibus Lutetiæ satis, variæ ei stirpes pro- „ venerunt: non solùm verò paucas singulorum generum, præsertim arborum, „ quæ Lutetiæ nasci ante hac non solebant educare contentus est, sed etiam syl- „ vas. Quis enim ignorat decus omne suum Viridaria Gallica debere Bellonio? Hortus Relati Bellaii Cenomanensis Episcopi, ut refert etiam Gesnerus, nunquam satis in Herbarum & Arborum variarum culturâ laudati, nobilissimus fuit omnium qui tum apud Germanos tum apud Italos vescebantur, ut nihil addi potuisset ad absolutam Horti benè exculti & innumeris variarum plantarum divitiis refertissimi curam ac diligentiam. Henricus IV. Galliæ & Navarræ Rex potentissimus, circa annum 1570. Horti sui plantarum rariorum instructi curam dedit Joanni Robino in dignoscendis & excolendis plantis nulli secundo. Sed anno 1626. longè ampliorem HORTUM instituit PARISIIS ad Suburbium sancti Victoris Ludovicus XIII. re & cognomine Justus, suadentibus Heroardo Archiatrωn Comite & GUIDONE BROSSÆO Medico Regis ordinario, de Re Herbaria & medica optimè merito, qui Hortum verè Regium extrui & plantis undique conquisitis ornari curavit. Brossæus autem primus Horti præfectus, studiosis plantas indigitandi numeri præposuit VESPASIANUM ROBINUM diligentissimum Botanicum, qui præter elegantes illas Linguæ cervinæ species, quarum nomina recensentur in Catalogo Plantarum Horti Regii, primus in Gallias attulit Felicem bacciferam, Adiantum Americanum, Origanum fistulosum, Asarum Canadense, Acaciam Americanam, Geranium triste, cæterasque rariores quibus Joannes Cornuti Doctor Medicus Parisiensis Historiam suam plantarum exornavit. Horti Regii præfecturam postea gesserunt Archiatrωn Comites; sed defuncto Antonio Vallot, eam obtinuit ædificiorum regiorum Moderator Colbertus, deinde Louvesius, postremò & Marchio de Villacerf: nunc æquissimi Principis dono Archiatrωn Comiti restituta est. Enim verò cujus tutelæ plantas ipsas commendare? Quem Horto suo, miro illi terrarum angulo præponere poterat LUDOVICUS MAGNUS, nisi illustrissimum GUIDONEM CRESCENTIUM FAGONEM, cujus admirabilem & benè divinam Herbarum cognitionem in seipso tam faciliter experitur: qui in Horto Regio natus, & inter plantas educatus, eas adeo in amoribus & deliciis semper habuit, ut vix ex ephebis excedens, quascumque in Alpibus, Gebennis, Pyreneis, Arvenisque montibus & orâ maritimâ nascuntur, propriis manibus collectas in Hortum Regium suis sumptibus, quasi futuræ dignitatis conscius asportari curaverit. Nec eundem

HORTUS HENRICI IV.

HORTUS REGIUS PARISIENSIS.

GUIDO DE LA BROSSE.

VESPASIANUS ROBINUS.

Anno 1699.

GUIDO CRESCENTIUS FAGON.

dem ætate jam provectiorem ab earum ſtudiis avocarunt amœniores litteræ, non graviſſima medentis munia, quibus Aulæ & urbi aſſiduè ſuccurrit; ſed Regi, Regiæque familiæ conſulendo, plantis nequaquam defuit. Ludovico magno, in viros qui litterarum ſcientiâ præſtant verè munifico, ſemper fuit auctor ut diligentes Rhizotomos aleret, radices vivas ſeminaque ex omnibus partibus tranſmiſſuros: Unde nihil mirum ſi Hortus Regius Pariſienſis, immenſo illo plantarum numero quo inſtruitur, inter omnes emineat. Robino extincto, Dionyſius Joncquet Doctor Medicus Pariſienſis, Botanices Profeſſor renunciatus eſt. Huic ſucceſſit clariſſimus D. D. Fagon, ſummum Scholæ Medicæ Pariſienſis decus & ornamentum, qui ad aulam vocatus, Joannem Armandum de Mauvillain Doctorem Medicum Pariſienſem ſuffecit; & deinde pro ſingulari qua me complectitur benevolentiâ, eodem onere, grato quidem & ſuavi, anno 1683. me beavit.

HORTUS MONSPELIENSIS.

Nec Gallia ſolo Pariſienſi Horto gloriatur. Alterum regni ornamentum eſt Hortus Regius Monſpelienſis, ab Henrico IV. circa annum 1598. inſtitutus. Huic præfecit Rex maximus PETRUM RICHIERIUM DE BELLEVAL, Campanum, qui æternâ luce digna, ſcripta reliquit, figuris elegantioribus inſignita; ſed hæredum incuriâ, perpetuis ut ita dicam tenebris involuta. Horti Monſpelienſis ſecundus Præfectus fuit JOANNES RICHIERIUS DE BELLEVAL: tertius verò MICHAEL CHYCOINEAU; ac nuperrimè per annos tres, juſſu Ludovici Magni, plantas indigitavit in ipſo PETRUS MAGNOL qui curas omnes ad Rei Herbariæ incrementum feliciter contulit. Nunc eidem Horto præeſt FRANCISCUS CHYCOINEAU, qui magnas paternæ, tum doctrinæ, tum famæ ſuſtinendæ ſpes facit.

RICHIERIUS DE BALLEVAL.

MICHAEL & FRANCISCUS CHYCOINEAU.

PETRUS MAGNOL.

PEIRESKIUS.

Infauſto ſidere nata ſunt, quæ de Rebus naturalibus concinnavit NICOLAUS FABRICIUS PEIRESKIUS Senator Aquiſextienſis, *quem virum vel nominare, laudare eſt.* Perierunt excellentiſſimi viri pretioſi fœtus priuſquam in lucem mitterentur. Gaſſendo teſte, ejus vitæ ſcriptore accuratiſſimo, Myrtum latifoliam flore pleno è ſylvoſis locis, quæ inter Maſſiliam & Telonem occurrunt, eradicari, excoli, propagari & ad amicos transferri; Jaſminum verò Indicum, flavum, odoratiſſimum è Sina, Papyrum è Saitarum regione, Lifam è Mecha, Vites rariores Tuneto, Smyrnâ, Sydone, Damaſco, ex nova Francia aliiſque locis deferri curavit. Nucem Cuciophoram Zinziberque germinantes vidit [a] Belgenſerii, in ſuaviſſimis illis Hortis, in quibus feliciter adoleſcebant Gelſeminum Americanum majus, flore phœniceo; Perſicum violaceo; Arabicum pleno; Arantia flore rubro atque variegato; Meſpilus & Ceraſus acida ſine nucleis; Ficus Adamæa, cæteræque.

Salmaſ. Præf. in tab. Cebet. Arab.

Anno 1605.

a *Beaugencier, oppidum non longè à Telone.*

Immortalem Rei Herbariæ ſplendorem adipiſcentur Horti illi nobiliſſimi, quos Bleſis ac Pariſiis, rarioribus plantis ditari voluit Sereniſſimus Princeps GASTO BORBONIUS Aurelianenſium Dux. In eo certè Principes cæteros vicit, quòd inter armorum ſtrepitus, non ſumptibus tantùm ut alii, ſed doctrinâ quâ pollebat maximâ, Botanicen illuſtraret. Nihil tamen magis in Re Herbaria prædicabile aut gloriandum mihi videtur, quàm immenſus ille Theſaurus iconum Plantarum nativis ſuis coloribus ad vivum expreſſarum, quæ aſſervan-

GASTO BORBONIUS.

tur in Pinacothecâ Ludovici Magni. Nihil pulchrius aut jucundius hoc Horto, qui non erucas aut bruchos, non inæquales autumnos, sævissimas hiemes, ardentesque soles pertimescit. Tantum opus inchoavit NICOLAUS ROBERTUS Blesensis, Pictor eximius, jussu Gastonis Principis. Huic nunc incumbit JOANNES JOUBERTUS Pictaviensis, Roberto non inferior, ejusque discipulus dignissimus CLAUDIUS AUBRIETUS Catalaunensis Campanus, qui in pingendis elegantioribus plantis, avibus, & quadrupedibus, industriam omnem & diligentiam adhibent, mandato Ludovici Magni, sub cujus præsidio disciplinæ & artes dulce degunt otium, pacis bellique temporibus, quibus tot tantisque viris Academicis egregium largè liberaliterque decernit stipendium optimus Princeps, ut Historiam naturalem, Physicam & Mathematicas disciplinas promoveant, Picturamque, Sculpturam, Architecturam, Rem Nummariam, cæterasque bonas artes ad absolutionem perducant.

ROBERTUS. JOUBERTUS. AUBRIETUS. *Pictores eximii.*

His progressibus mirè adolevit Res Herbaria ab Hippocratis ævo ad nostra tempora; nec quicquam ei deesse videtur præter accuratam generum constitutionem: accuratam dicam, non qualemcumque; debet enim eorum character è genuino fonte derivari. Ut clarius intelligatur qualis esse debeat generis acceptio apud Herbarios, notandum est similes plantas à dissimilibus separandas & cum similibus velut in fasciculos esse colligendas. Similitudo illa peti debet à propria partium structurâ; non verò à remotis illis signis, quæ ratione locorum, tempestatum aut facultatum in plantis occurrunt. Eas igitur quæ simili structurâ donantur, ad idem genus reducemus, seu quod idem est, generis nomine aliud nihil intelligemus præter congeriem plantarum, quibus nota propria, seu character idem, apprimè convenit. Quoniam autem plantæ quæ ejusdem generis sunt, signo quodam singulari inter se differunt, species ejusdem generis appellandæ sunt, quæ præter characterem generi proprium, alia singulari notâ distinguuntur à cæteris ejusdem generis. Plantæ v.g. omnes quibus Ranunculi nomen convenit, non tantùm à cæteris generibus distinguuntur notâ propriâ omnibus Ranunculis communi; sed à se invicem singulari quadam, speciebus singulis hujus generis ita propriâ, ut nulli alteri ejusdem generis conveniat. Insuper duo observanda sunt circa characteres generum plantarum, eos scilicet in omnibus speciebus ejusdem generis apprimè similes esse debere; tùm & sensibus obvios absque Microscopii auxilio.

Quid generis nomine intelligi debeat apud Herbarios.

Quid speciei nomine.

Deinde si tutiorem viam insistere cupiamus, constituta genera vocabulis nullatenus immutandis appellari debent; & quòd Artis caput est, unicum tantum vocabulum cum notione characteris sic conjungi oportet, ut nullatenus adhibeatur ad diversa plantarum genera significanda, servatis quantum fieri potest traditis, melius quàm acceptis nominibus. Verumtamen quoniam magnum opus omnino & arduum est, Rem Herbariam ad optatos eos exitus provehere, multaque eam ob causam immutanda, novaque plurima instituenda: quæcunque in hoc opere proponentur, eo animo proponam, ut doctiorum sententiam de his faciliùs accipiam, quod lubentem gratumque facturum me spondeo, meaque emendabo ex eorum judicio.

Etymologia nominum Planta-

Nihil mihi videtur integræ restitutioni Botanices magis adversari quàm ve-

tus illa & intoleranda consuetudo, ne dicam cacoëthes de naturâ plantarum judicandi ab etymologia. Qui primùm nomina plantis imposuerunt, sive in Græciâ sive in Ægypto, plerumque rationem solùm habuerunt rerum singularium quæ plantis sic appellatis vix respondebant, multò minùs cæteris ejusdem generis. Nos verò attendere debemus ad ea quæ speciebus omnibus apprimè conveniunt. Quid enim aliud est constituere genera plantarum, nisi explorare quid pluribus commune sit, iisque nomen idem impertiri, ratione communis illius signi? Sæpius autem præstaret ut apertè loquamur, vim nominum in hac disciplina ignorare, vel ea tantùm usurpare quæ nihil ex seipsis significant, ut Soldanella, Stramonium, aliaque quæ in errorem inducere non possunt: prolato enim tali nomine, illico veniret in mentem, eô significari plantam cujus nota propria in structura quadam singulari partium posita est, cùm sæpe usu veniat ut nomina plures excitent in nobis notiones ejusdem plantæ, characteris nempe generici, tum & causæ propter quam eadem nomina olim imposita fuere, quæ tamen causa cæteris speciebus ut plurimum non convenit.

rum tenebras sæpius affert quàm lucem Rei Herbariæ.

Ranunculus v.g. ratione sui nominis significat plantam à Ranis, ut aiunt, expetitam & in paludibus nascentem: ratione verò notæ propriæ plantam cujus character in certa propriarum partium structurâ versatur. Nonne igitur satius foret etymologiæ Ranunculi oblivisci, cùm plurimæ ejus species in aridioribus locis nascantur? Leucoium vi sui nominis Violam albam significat; cùm tamen longè plures occurrant Leucoii species floribus luteis, aut purpureis. Angelica sativa à summis viribus nomen habuit: an propterea Angelicæ nomen denegandum esset plantæ deleteriæ, quæ eadem notâ propriâ prorsus donaretur? Itaque à sola partium structurâ nomina plantarum peti debent, cùm nullâ tutiori ratione possint distingui.

Generibus autem consideratè statutis, alius Rei Herbariæ cardo in eorum dispositione consistit, quæ sic institui debet, ut maximè conducat ad planiorem & breviorem plantarum cognitionem. Hæc facilè obtinebitur si genera in nonnullas classes ita distribuantur, ut earum ope nomina plantarum ex tempore & sine præceptore indicentur. Classis autem nomine intelligitur congeries generum, quibus nota quædam commmunis adeo propria est, ut ab omnibus aliis generibus plantarum prorsus differant.

Quid Classis nomine intelligi debeat apud Herbarios?

Naturalis ordo nunc postulat ut initium faciamus à ratione instituendorum generum, cujus præcepta jamdiu à doctissimis viris tradita sunt. Deficiente enim sæculo decimo sexto, cùm in dies crescceret plantarum cognitio, & hinc confusa nominum multitudo valde augeretur, maximum illi lumen Arti Herbariæ accessurum sapienter judicarunt, si plantæ huc usque cognitæ ex principiis quibusdam quasi naturalibus ad certa genera reducerentur, nec eos spes & eventus fefellissent, nisi Mæcenate vel otio, cæterisque caruissent ad hoc institutum necessariis.

CONRADUS GESNERUS, Tigurinus, [a] *vir ille publicum bonum juvandi adeo studiosus*, totius Historiæ naturalis parens ac veluti promptuarium, primus omnium veram aperuit viam ad plantarum cognitionem assequendam, generum adjumento. [b] Natus est Tiguri celebri & totius Helvetiæ primaria

GESNERUS.
a *Conring. Introd. in Art. Med.*
b *Melchior Adam.*

„ urbe, anno 1516. in nulla autem naturæ rerum parte diligentius eſt verſatus, „ nulli plus temporis & operæ impendit quàm plantarum cognitioni. Etenim „ adoleſcens aut potius puer ab avunculo Joanne Friccio Rei Herbariæ perito „ ad hoc ſtudium adſuefactus eſt, quod deinde ſemper amavit. Nam & Lau- „ ſannæ cùm eſſet, ſemper Herbarum gratiâ montes Sabaudiæ pererrabat, & Ba- „ ſileæ non minori ſtudio ad Rheni ripas & paſſim etiam per latè patentes cam- „ pos, & in vicinis montibus plantas inveſtigare ſolebat. Tiguri etiam poſtquam „ habitare cœpit non tantùm in agros & montes urbi vicinos Herbarum noſcen- „ darum causâ exire conſueverat, ſed quotannis ferè aliquam peregrinationem in „ alias Helvetiæ partes ejuſdem rei gratiâ ſuſcipiebat. Itaque magnam partem „ Alpium Rhæticarum & Helveticarum, Plantarum causâ perluſtravit. Cùm „ etiam Venetias profectus eſſet ut Mediterranei maris piſces in urbe celeberri- „ ma cognoſceret, non minori causâ & ſtudio in illo itinere plantas quàm in ipſa „ urbe piſces obſervavit, & depingendas curavit. Eademque diligentiâ in peregri- „ nationibus Gallicis uſus eſt. Obſervabat autem non tantùm plantas à veteribus „ Dioſcoride, Plinio & Theophraſto deſcriptas aut à recentioribus Ruellio, Fuch- „ ſio, Trago; ſed naturæ ipſius ſcrutator, omnes ante ſibi non viſas plantas collige- „ bat, depingebat, in Hortulo ſuo plantabat. Diligenter præterea primas quali- „ tates plantarum & temperamenta inveſtigabat, & in hunc uſum quaſvis plan- „ tas guſtabat, alligabat corpori, & variis rationibus earum vires experiebatur. „ Tantam ejus diligentiam cùm cognoviſſent complures homines doctiſſimi & „ qui ejus judicio multùm tribuerent, certatim ad eum miſere ſemina varia & „ plantas quamplurimas cùm recentes tùm ſiccas; idque ex Italia, ex Gallia, ex „ Germania & Anglia uſque. Itaque cùm propria diligentiâ tùm amicorum ſtu- „ dio collegit plures quàm quingentas plantas, quarum deſcriptiones apud nul- „ lum veterum extant. Jamque ſe operi accinxerat, ut quæ triginta ferè annis „ maximo ſtudio & labore penè infinito collegerat, in publicum ederet: cum „ fati vi ſuis ereptus, præclarum opus abſolvere & explere non potuit. Atta- „ men ne tanti ejus labores perirent, quæcunque de plantis collegit & anno- „ tavit, ea omnia cùm decumberet, teſtamento legavit claro Medico Gaſparo „ Wolphio, eique operis editionem commiſit ac quantumvis æger & admodum „ infirmus, diligenter tamen & accuratè methodum quam ſervare inſtituerat, „ expoſuit. Antequam verò in morbum incideret, figuræ plantarum quampluri- „ mæ ligno inſculptæ fuerunt, in quibus depingendis ipſe frequens pictori ade- „ rat & curabat; ſed ut plurimùm ut certa ſervaretur in omnibus proportio; „ deinde ut pictor non artem ſuam oſtentaret, ſed naturam imitaretur & ad il- „ lam quamproximè accederet. [a] Singulari enim nec alias uſitata ratione icones „ ſtirpium depingi & ſculpi fecit, plantas in partes dividendo & ſingula ſeor- „ ſim ſpectanda exhibendo. [b] Ego, inquit Geſnerus, in meo ſtirpium Oceano pe- „ nè ſubmergor & obruor multitudine rerum. Hæc autem omnia Wolphii & „ Camerarii incuriâ perierunt. [c] Periit & praxis medica Geſneriana ex infinitis „ experimentorum & remediorum Schediaſmatis ac Collectaneis congeſta, quæ „ referente Schenkio ſervabatur inabſoluta in Bibliothecâ Wolphianâ. Nu- „ perrimè accepi ab eruditiſſimo viro D. Sheraſdo plurimas icones plantarum „ Geſneri curâ concinnatas, duobus voluminibus *in folio* (ut vocant) comprehenſas.

a *Conring Introd in Art. Med.*

b *Geſn. epiſt. à C. B. Edit.*

c *Schenc. Biblioth.*

cum descriptionibus notisque manu exaratis Norinbergæ asservari in Bibliothecâ celeberrimi viri D. Joannis Georgii Volkameri ejusdem civitatis Physici. Mortuus est Gesnerus in Musæo suo, quo paulò antè quàm expiraret reduci voluit, lue pestifera, quæ Tiguri grassabatur correptus, anno 1565. ætatis 49. cùm fundamenta Botanices jaceret, quæ pluribus deinde vitiis laboravit, quòd ejus vestigia non fuerint secuti qui post ipsum vixerunt.

Fundamenta hæc maximè ponebat Gesnerus in flore & fructu plantarum. [a] *Ex his enim potiùs quàm foliis*, inquit ad Theodorum Zuinggerum perdoctum Medicum scribens, *Stirpium naturæ & cognationes apparent. His notis (à fructu, semine & flore) Staphisagriam, & Consolidam regalem vulgò dictam Aconito* συμφύλους εἶναι βοτάνας *facile deprehendi.* Hinc in Epistola ad Adolphum Occonem diligentem Medicum Augustanum, sententiam suam etiam apertè declarat. [b] *Melissa Constantinopolitana ad Lamium vel Urticam mortuam quodammodo videtur accedere, seminis tamen, unde ego cognationes stirpium indicare soleo, figurâ differt.*

[a] *Epist. pag.* 118.

[b] *Epist. pag.* 65.

FABIUS COLUMNA ex antiqua illa & perillustri Columnarum gente oriundus, quæ inter nobiliores Italiæ familias primas partes occupat, præ aliis commendandus est ob exquisitam Historiæ naturalis cognitionem. Nihil profecto adeo absolutum, nihil in hoc genere cum tanti viri operibus comparandum est, sive icones auctoris manu exaratas, sive descriptiones & dissertationes criticas spectes. [c] Hieronymus Columna, ut ait Thuanus, ex conjuge dilectissima Pompeium honoribus quibusdam in aula Romana defunctum reliquit, ac postremò & Fabium qui in naturali Historia industriam suam hodie exercet, scriptis in eo genere aliquot jam editis, & majore in posterum spe excitata. Anno 1592. opus omnino eruditum φυτοβασάνου nomine, cum iconibus 35. in lucem emisit; deinde ἐκφρασιν plantarum iconibus 156. ornatam juris publici fecit anno 1606. ejusque partem alteram anno 1616. cum iconibus 43. In hac præcipuè suam mentem non obscurè aperit de generibus plantarum instituendis: *Foliorum effigiem*, inquit, *in conferendis generibus parvi facimus; non enim ex foliis; sed ex flore seminisque conceptaculo, & ipso potius semine, plantarum affinitatem dijudicamus, respondente præsertim sapore, in reliqua plantæ parte.*

COLUMNA.

[c] *Ad annum* 1586.

Col. part. alt. c. 27.

Legitima igitur constituendorum generum ratio Gesnero & Columnæ tribui debet, eaque fortè in tenebris adhuc jaceret, nisi ROBERTUS MORISONUS Scotus, Aberdonensis, qui per plures annos præfuit Hortis Serenissimi Principis Gastonis Aurelianensium Ducis, eam quasi ab Herbariis abalienatam renovasset, instaurasset, & primus ad usus quotidianos adjunxisset, quâ in re summis laudibus excipiendus, longè verò majoribus si à suis abstinuisset.

MORISONIUS. *Obiit Londini* 1683.

JOANNI RAIO Socio Regio Londinensi, qui nullam fermè Historiæ naturalis partem intactam reliquit, non fuit satis quæcumque optima in singulis plantarum scriptoribus occurrunt, in unum corpus coacervasse, digessisse, illustrasse, quamplurima nova addidisse; plantas etiam huc usque cognitas in sua genera pulchrè distinxit, singulorum proprias notas recensens.

RAIUS.

Ego verò post tantos viros his statuendis nequaquam incubuissem, nisi putassem Herbariorum plurimùm interesse, ut omnes modi quibus characteres

plantarum inſtitui poſſunt, in medium afferrentur. Non tamen ipſe mihi tantùm aſſumo, ut ſine aliorum ope hoc à me præſtari potuiſſe ſentiam. In lucro poſui quæ cæteris optima viſa ſunt, & cùm plura in Arte noſtra deſiderari animadverterem, collegi ipſe me & mecum quaſi ſum collocutus ut certior fierem an tutiori & breviori viâ ad cognitionem plantarum perveniri poſſet, quam vulgari, quæ diuturno uſu teri ſolet. Quamobrem Analiticam rationem adhibui, quæ mox patebit, coegit me ad Geſneri & Columnæ ſententiam amplectendam. Quod ingenii bonitate tanti viri conſecuti ſunt, arte explorandi acquiſivi, & operæpretium duxi, remque Herbariis gratam me facturum exiſtimavi, ſi ſingulis plantarum generibus methodum aptarem, quæ cæteras omnes antecellit; addens quæ neceſſaria vel detrahens quæ viderentur inutilia.

Neque audiendi ſunt illi, qui ad appellationem plantarum omnibus nominibus abutentes, tantam artem in Arte Herbaria negant afferri debere. Confuſis enim nominibus plantarum, earum genera confundi neceſſum eſt. Confuſis autem generibus, quæ ſpecierum notio ſeſe nobis offeret? Natura, ut aiunt, à methodo prorſus aliena videtur; quod etſi concedatur, homines tamen abſque methodo rei adeo multiplicis & diffuſæ, qualis eſt Botanice, naturam niſi obſcurè admodum comprehendere poſſe experientiâ convicti fateantur neceſſe eſt. Non levius errant qui veram ſpecierum diſtributionem ex hominum arbitrio, perinde ac nominum impoſitionem pendere exiſtimant. Conditor rerum qui imponendorum plantis nominum facultatem nobis præbuit, in plantis ipſis notas inſigniores poſuit ex quibus peti debet ſimilitudo illa quæ requiritur inter ſpecies ejuſdem generis. Has notas immutare nequaquam poſſumus, neque ab earum contemplatione & uſu abſtinere, ſi erroris vitandi cura ſit. Quod verò ad nomina ſpectat, etſi nunc quæ aptè poſita ſunt, uſurpare debeamus; qui tamen ea impoſuerunt, alia ſanè adhibere poterant: Ranunculum v.g. appellare quod Aconitum vocarunt: Calamintham quod dixere Thymum; Sed ubi Ranunculi nomen cum idea ſtructuræ notæ propriæ conjunctum fuerit, non licet ampliùs nomen idem imponere plantis, quæ ejuſmodi notis deſtituuntur: unde primus nominum delectus noſtri juris eſt, notarum propriarum nequaquam.

Notas proprias Plantarum ab auctore naturæ ſtatutas eſſe.

Cùm igitur illæ ex plantis ipſis eruendæ ſint, priùs inquirendum videtur quid ſit Planta, & quænam ejus partes: nam etſi Theophraſtus auctor graviſſimus judicaverit Plantam rem variam atque multiplicem eſſe, inque univerſum de ea referre difficile, eam tamen deſcriptione depingere conabimur.

Definitio Plantæ.

PLANTA eſt corpus organicum, quod radicibus ſemper, ſeminibus fortè ſemper; foliis, floribus & caulibus ferè ſemper donatur.

I. Namque ut deſcriptionem noſtram explanemus, Clariſſimus vir Marcellus Malpighius, Philoſophus præſtantiſſimus, naturæ operum explorator accuratiſſimus, Innocentii XII. ſummi Pontificis Archiater, veram Plantarum anatomen inſtituit & opus admirationis plenum exegit. Primus omnium demonſtravit plantas præcipuè componi ex fiſtulis tenuiſſimis & veſiculis. Fiſtulæ duplicis generis ſunt: aliæ alimento convehendo inſerviunt, cæteræ aeri excipiendo: illæ vaſa; hæ pulmones plantarum quodammodo dici poſſunt in faſciculum utræque veluti colliguntur in ipſis radicibus, diſperguntur in ramis

Quænam Plantarum organa.

corumque propaginibus, utrobique vario ac multiplici contextu, arctiùs aut laxiùs inter sa conjunctæ vesiculas in interstitiis suis complectuntur; quas amplificari cogit alimentum in carnem veluti concrescens.

II. Plantas etiam absque radicibus vivere non posse constat. Namque Cuscuta, quæ plantarum vilior videtur, radicibus non destituitur, quamdiu terræ inhæret. His verò arescentibus, capillamenta seu cauliculi Cuscutæ tuberculis quibusdam asperis arctè adhærent plantis quas comprehendum, & in meatus eatum sese insinuando, alimentum cæteris reficiendis institutum arripiunt: unde inter plantas parasiticas Cuscuta recenseri solet. Et revera quæ radicibus carere existimatur, magno radicum apparatu instruitur, ratione muneris accedentium ad cirros, quorum ope Hederæ rami abscissâ radice nutriuntur. Tubera terræ pariter, quæ inter vegetabilia numerantur, pro radicibus capillares fibras obtinent è cortice rugoso erumpentes. Radicibus plantas omnes donari.

III. Folia verò, flores, & fructus in pluribus plantis desiderantur. Tubera ipsa, pleræque Fungi species, foliis & caulibus carent. Filici, Capillo Veneris, Polypodio, Linguæ Cervinæ, Musco & cæteris id genus plantis flores denegavit natura. Semina singulis inesse naturali quodam judicio adducimus ad credendum; quamvis frustra explorentur in pluribus Musci & fungi speciebus, tum & herbis in fundo maris nascentibus. Nonnullas foliis & floribus destitui. Omnes probabiliter semina obtinere.

Cæterùm plantarum partes tantum inter se commercium habent, ut aliæ aliarum causâ à natura institutæ vdeantur. Radices ab ipsa tellure alimentum acceptum & elaboratum in caules transmittunt, ut foliorum nutritioni aptius evadat. Folia subactum floribus subministrant: flores sunt veluti viscera quædam ad fructus incrementum comparata; fructusque ad seminum nutritionem constituti. Hæc denique spectari debent tanquam ova quædam quæ singulas plantæ partes compendiariò delineatas continent: nec revera ovum ovo similius, quàm semen cujusque plantæ ovis volatilium & insectorum; idque Empedocles benè relulit suo carmine:

Οὕτω δ' ωοτοκεῖ μικρὰ δένδρεα πρῶτον ἐλαίας.

Arist. de Gener. animal. l. 1. c. 13.

Ut autem generum notas ex structura partium ex quibus plantæ componuntur, facilius eruamus, tria hic exploranda sunt. 1. Utrum affinitas illa seu similitudo quæ requiritur inter species ejusdem generis, in quinque partibus jam recensitis exigi debeat, an verò in tribus, duabus, aut unica ex his? 2 Utrum in singulis generibus earumdem partium sit habenda ratio, an verò his vel aliis ad arbitrium uti liceat? 3. An affinitas illa præcisè peti debeat à partium structura, an ab earum affectionibus, quales sunt color, odor, situs, cæteræque? Hæc ut clariora fiant, ad combinandi artem recurrendum est: partes scilicet plantarum ita invicem singillatim conjungendæ, ut demum illæ seligantur, ex quibus characteres generum ad perspicuitatem magis facientes, & ad usum magis accommodati constitui possunt.

Inutile planè foret quinque plantarum partes ad hoc opus revocare, cùm fieri nequeat ut plures species ejusdem generis occurrant, quarum radices, folia, caules, flores, seminaque similia sint. Tantùm abest ut hæc arte genera firmarentur, quin potius stabilita destruerentur, & quælibet species genus sin- Notæ propriæ Generum plantarum ex quinque earum partibus desumi nequeunt.

gulare conſtitueret. Ex Ranunculis alius eſt radicibus tuberoſis, alius grumoſis, alius fibratis. Folia ad Aconitum, ad Gramen, ad Rutam, ad Cerefolium, ad Chamæmelum, vel ad alias plantas accedunt: Ergo ſimilitudo plantarum generica in nonnullis tantùm earum partibus requirenda eſt. Hanc in quatuor partibus exigere nimiùm etiam videtur; cùm metuendi locus ſit ne affinitas illa in ſpeciebus cognitis aut cognoſcendis deſideretur potiùs quàm reperiatur. Laboratur vehementer in hoc argumento; & ut res faciliùs procedat, eæ tantùm videntur adhibendæ notæ quibus carere non poſſumus, ſeu quod idem eſt, ſine quibus genera ſtare nequeunt.

Neque ex quatuor.

Hiſt. Oxon. part. 2. pag. 86.

Supponamus v. g. cum Moriſono Glycyrrhizæ notas poſitas eſſe in caule altiſſimo, radicibus profundis, luteis, & latè per terram repentibus, admodum dulcibus, ſiliquis curtis, compreſſis; quæ ſuperveniunt floribus papilionaceis, dilutè cæruleis ſeu violaceis: quis non videt hanc eſſe deſcriptionem non generis quidem, ſed illius ſpeciei Glycyrrhizæ qua vulgò utimur. An propterea Glycyrrhizæ nomen negandum plantæ, quæ flores & fructus obtineret floribus & fructibus Glycyrrhizæ vulgaris ſimiles; etiamſi caulis ejus longè brevior eſſet; radixque minimè repens, amara, candida aut nigricans.

Hinc manifeſtum eſt tres plantarum partes, duas aut unicam fortè uſurpari poſſe ad ſtatuenda genera. Quapropter à ſimplicioribus ordiendum eſt; ſingulæque ſeorſim conſiderandæ exceptis radicibus & caulibus ad hoc opus inutilibus. Ex foliis major fructus capi poſſe non videtur. Fingamus v. g. à foliorum ſimilitudine genus inſtitui Plantaginis nomine, plantas omnes conprehendens, quæ foliis ad Plantaginem vulgarem accedunt: quales ſunt Plantaginis ſpecies vulgares & cognitæ, Plantago aquatica, Ranunculus Plantaginis folio, cæteræque. An tale genus Herbariis arrideret? num magis ferendum eſſet aliud, quod à foliorum formâ plantas eas comprehenderet, quæ foliis ſunt Aconito ſimilibus? Quot quæſo Aconiti, Geranii, & Ranunculi ſpecies unà confunderentur? Quamquam enim ratio ex foliis deſumpta, veri quadam ſpecie oculos ludat, tum maximè quòd diuturniora ſint, quo tamen tempore cæteræ partes vigent, hæc ſæpiſſime ad inſtitutum noſtrum inepta videtur. Plantæ ſiquidem, quæ propter foliorum formam ad Plantaginis vel Aconiti genus referendæ videbantur, priori poſita formâ, novam induunt faciem advenientibus floribus & fructibus, ſeque ultro Ranunculi aut Geranii, ſi velis, ſpecies declarant. Quamobrem nullius generis character inſtitui debet, niſi exploratis, ſuo tempore, ſingulis plantarum partibus.

Neque ex unica, Foliis nempe.

Neque à Floribus.

Flores operi noſtro non magis inſervirent. Cucurbitæ ſcilicet, Convolvuli & Campanulæ ſpecies, floribus ſunt planè ſimilibus: nihilque ineptius foret quàm genus ex his compoſitum. Omnes pariter plantæ umbelliferæ in idem genus redigerentur, ſi ſola florum haberetur notio, nec felicius res ſe haberet inter ipſa legumina & plantas leguminoſas.

Aut Seminibus.

In ſeminum uſu ſumma etiam erit difficultas. Meliſſa, Marrubium, Salvia, Betonica, Roſmarinus & cæteræ Plantæ quæ verticillatæ appellantur unicum genus ſtabilirent. Fruſtra hic naturæ ſcopum & finem, quæ ſoli fructificationi ſtuduiſſe videtur, objiciunt aut partium præſtantiam, quæ fructibus ut

putant

putant, debetur. Non agitur hîc de naturæ fine aut partium nobilitate; ſed de inveniendâ ratione plantarum in genera diſtribuendarum, in qua quidem ignobiliores earum partes, cæteris eſſent anteponendæ, ſi magis facerent ad commodum Herbariorum.

Exploratis ſingulis plantarum partibus, certum eſt duas aut tres ex his ad generum formam adhibendas eſſe; ideoque bino vel terno ordine conjungendas, rejectis iterum caulibus ad inſtitutum noſtrum inutilibus. Radices igitur bino ordine jungi poſſunt vel cum foliis, vel cum floribus, vel cum fructibus. Folia ſumi poſſunt, vel cum floribus vel cum fructibus: Flores demum & fructus ſimul uſurpari. Sed ex duabus, combinandi Arte conjunctis.

Radicum & foliorum conjunctio nullius omninò uſus eſt: Ranunculi enim ſpecies quæ foliis ſunt Aconiti & radice fibrosâ, à ſpeciebus quæ foliis ſunt Chærophylli & Rutæ radice grumoſa ſejungi deberent. Vitium idem occurreret in combinatione radicum & floris, aut radicum ſimul & fructûs; nam plantæ umbelliferæ quæ radicibus & floribus ſimiles ſunt, ad unicum genus ſpectarent; perinde ac quæ ſimiles ſunt radicibus & fructibus, ut Gentiana, Nicotiana, Scrophularia: nec majoris eſſet emolumenti foliorum & florum copulatio. Quot, quæſo, occurrunt plantæ leguminoſæ, quarum flores & folia ſunt ejuſdem conformationis? quid ex foliis, ſi cum ſeminibus uſurpentur, auxilii? Digitalis & Nicotiana quæ foliorum formâ, & ſitu fructuumque ſtructurâ parùm differunt, unius eſſent generis. Non ex radicibus ſimul & foliis. Neque ex radicibus ſimul & flore: au radicibus ſimul & fructu. Non pariter ex foliis & floribus neque ex foliis & fructibus.

Hæc cùm ita ſint, genera plantarum ſtatui non poſſe liquet, niſi flores ſimul & fructus adhibeantur. Eamque methodum vim ferè demonſtrationis habere exiſtimo; cum exploratis cæteris omnibus, ſola videatur ad uſum revocanda. Enimverò ſimilitudo ſeu affinitas florum & fructuum longè magis abſoluta eſt quàm cæterarum partium, ſi ſingulæ cum ſui ſimilibus comparentur. Quid magis accedit ad florem & fructum, v. g. Antirrhini vulgaris, quàm flos & fructus alterius ſpeciei Antirrhini? an tam perfecta ſimilitudo inter folia Plantaginis vulgaris & cæterarum plantarum quæ foliis Plantaginis eſſe dicuntur? Quid pulchrius quàm tot ſpecies Ranunculorum & Roſarum, quarum flores & fructus in ſingulis eorum generum ſpeciebus adeo ſibi formâ & ſtructurâ reſpondent? Quis varias Campanulæ ſpecies ad idem genus referendas eſſe non concedat, ratione florum & fructuum. Sed ex floribus ſimul & fructibus.

Harum rationum vim effugere conantur, qui methodo non opus eſſe contendentes in Re Herbaria, objiciunt argumenta quæ ratione Analyticâ deduci videntur à præjudiciis potius, ſeu ex iis quæ apud Herbarios longo uſu recepta ſunt, deſumi. Cur enim, petunt, quæ Ranunculi ſpecies appellatæ ſunt ratione floris & fructûs, aliis nominibus donari nequeant, ratione foliorum aut radicis? Cur huic uſui quem hominum arbitrium adduxit, neceſſariò parere cogimur? His tria reſponderi debent. Hanc methodum à præjudiciis non pendere.

I. Methodum accuratam in appellandis plantis adhibendam eſſe, ne plantarum nomina in tantam abeant multitudinem, quantam ipſæ plantæ; quòd haud dubiè eveniret, ſi ſingulas ad libitum unicuique appellare liceret. Hinc enim non ſolùm maxima oriretur confuſio, ſed memoria penitùs obruieretur infinitis propemodum nominibus.

Nobis veluti innatam esse.

II. Etiamsi characteres plantarum primo aspectu ex omnibus earum partibus earumque affectionibus erui posse videantur, certum tamen est plerosque homines sic affici floribus & fructibus, ut sibi temperare vix possint, quin inter species ejusdem generis recenseant eas, quæ simili flore fructuque donantur. Quis Violæ v. g. nomen denegabit Herbæ Trinitatis Fuchsii, cum florentem eam aspiciet? etsi foliis longè diversam à Viola vulgari. Quis inquam, nomen idem non dabit Violæ montanæ, laciniato folio Clusii? quamquam illa Geranium ita repræsentet, ut oculatissimis imponat, flore fructuque carens. Ab Herbariis profectò irrideretur qui Betonicam nominaret quas Malvam, Convolvulum, aut Geranium Betonicæ foliis appellarunt. Quot quantæque, bone Deus! paucis abhinc annis ex Africa delatæ sunt plantæ, foliis Malvæ, Alchimillæ, Myrrhidis, Coriandri, Aquilegiæ, Uvæ crispæ! quas omnes vel morosi Botanici floribus & fructibus conspectis, uno ore & incredibili quadam consensione, Geranii nomine salutarunt. Adeò verum est omnes penè homines à natura ita ferri; quod autem naturaliter nobis insitum est, eo uti maximè decet.

Et ab omnibus fermè Herbariis etiam insciis usurpatam fuisse.

III. Nova plerisque plantis nomina nunc essent imponenda, & quæ prudentiâ vel bono fato rectius in Arte nostra stabilita sunt, destruerentur, si foliorum tantùm vel caulium aut radicum haberetur ratio in generibus constituendis; nam in appellandis plantis florem simul & fructum multò sæpius, quasi naturaliter & quodam ut ita dicam instinctu ducti adhibuerunt qui ut disciplinæ denuo instaurari cœperunt Rei Herbariæ incubuere, etiamsi Gesneri & Columnæ præcepta neglexisse videantur. Sic ad violam, ut eodem utar exemplo, plantas omnes retulerunt quæ floribus & fructibus ad Violam vulgarem accedunt, non verò foliis aut caulibus, ut patet ex Pinace C. Bauhini; Nec ad Ranunculum revocare dubitarunt plantas foliis Aconiti, Plantaginis, Graminis, Chærophylli, Chamæmeli solo flore & fructu inter se similes. Idcirco tot penè genera conficerentur ex his, quot species notæ sunt, si foliorum aut radicum forma spectaretur. Ea lege Asarum ad Violæ genus reduci deberet, aut Viola inter Asari species recenseri: Hincque earum nomina essent immutanda, cùm constet species ejusdem generis eodem communi nomine appellandas esse, ut moneamur eas ad idem genus pertinere.

Mihi non parùm gratulor, cui omnium postremo, nescio quo bono fato contigit demonstrasse hanc methodum cæteris omnibus præstare & singulis generibus ita aptasse, ut magno Herbariorum commodo futuram sperare ausim. Neque dubito quin Auctores tanti consilii, eodem, ut ita dicam, moderamine usi fuissent, quod & ipse adhibui, si generum singulorum notas decernendi locum habuissent. Habet enim ista methodus (ut mihi quidem videtur) suum modum, quem ultrà citràque nequit consistere legitima plantarum cognitio, à quo si quis recedat, quæ firmiora sunt in Re Herbaria turpiter cadere necessum est. Quare à combinatione trium partium, cæterarumque rerum de quibus paulò ante locuti sumus, consideratione abstinendum est.

Opponunt quidam eam methodum universalem non esse, cùm non paucæ plantæ floribus aut fructibus vel utrisque careant. Deinde eam parum commo-

dam videri, cùm certa tantùm eaque breviori anni tempestate flores & fructus vigeant, proindeque vix aliis temporibus appellari possint. Postremo plurima etiam immutanda esse longo usu recepta & confirmata, si sola florum & fructuum habeatur ratio. His respondeo methodos illas universales ab hominibus potius expeti quàm reperiri: nec in Arte Herbaria quærendam esse magis patentem sed magis commodam. Nullus enim dubitat folia, radices & caules si genera constituere possent, esse floribus & fructibus anteponenda: sed maximè exoptarim ut saxum hoc volverent per aliquot tempus, qui flores & fructus respuunt, solisque foliis aut radicibus, utpote diuturnioribus immorandum censent. Cùm autem juxta naturæ leges plantarum partes continuatâ serie prodeant, ne de ignotis judicemus quo certè turpius nihil, tempus expectandum est, quò illæ sese nobis manifestent. Quamobrem duo in his distinguenda sunt, nimirum si plantam ex semine, vel propagine alterius plantæ cujus partes jam exploravimus natam, nobis appellandam offerant; ex semine v. g. Juglandis vulgaris vel Ranunculi pratensis, erecti, acris, nequaquam hærebimus in appellanda ejusmodi planta; etsi nondum flores & semina tulerit, vel etsi eas partes nos ipsi nequaquam observaverimus, quia certi sumus ejus folia non convenire nisi illi, cujus flores & fructus nobis apprimè jam noti sunt. Sibilis excipiendus esset, qui negaret Clarissimo Raio Castaneas cæduas quibus sylvæ nostræ abundant, hoc nomine vocandas esse, quod fructum cum cortice coriaceo & calice echinato non ferant. Nihil magis cachinnos excitaret, quàm si quis ad Alpes v. g. accedens, Gentianam aut Imperatoriam non auderet appellare, eo quòd earum folia tantùm sibi tunc temporis objicerentur. De his nugentur alii, inter Herbarios simplex, bonaque fides sedere debet. Si verò plantæ appellandæ origo & prosapia, ut ita dicam, ignoretur, hoc est, si flores ejus fructusque nunquam exploraverimus neque acceperimus à viris peritis cujus formæ sint, quamvis illa planta ad Juglandem aut Ranunculum accedat, ad nullum genus referri debet, nisi perspectis flore fructuque. Cùm quotidiano usu comprobetur Herbarios, sola foliorum formâ plerumque decipi, nominaque plantarum immutanda esse cùm flores & fructus vigent. Plurimis plantis quæ in Horto Regio Parisiensi adolescunt, nomen proprium nequaquam dabo, nisi fructum ediderint, vel ipsum aliunde acceperim. Hæ sunt v. g. Cortusa Americana, flore squallidè purpureo H. L. Bat. Cortusa Indica vel Hedera terrestris Bod. à Stap. Lutea maxima, Cretica, Honorii Belli J. Bauh. Christophorianæ Americanæ, Juglandis folio nomine missa, cæteræque ex quarum Pistillo dignosci nequit cujus figuræ fructus sit futurus.

Hanc methodum universalem non esse.

Ut autem usui nos accommodemus, cui in hac disciplinâ non parùm tribuendum est, florum quidem simul & fructuum formæ in singulis generibus plantarum quæ flores & fructus proferunt, rationem habebimus; in auxilium tamen etiam vocatis aliis partibus, quando sola florum & fructuum affinitas instituto nostro planè satisfacere non videbitur. Quamobrem genera primi ordinis appellabimus ea quorum natura, solâ florum & fructuum formâ continetur, ut sunt Aconitum, Ranunculus, Rosa, Viola, cæteræque; reliqua quibus

Duo statuenda sunt Genera plantarum; primi nempe & secundi ordinis.

aliud, præter floris & fructûs ſtructuram accedet, ſecundi ordinis erunt : undè tantùm abeſt ut cæteras partes rejiciamus, quin potius iis utemur ſæpiſſimè ad majorem Artis Herbariæ perſpicuitatem, majuſque Herbariorum commodum.

Exemplo ſit Chamædrys. Hujus flos poſterius in fiſtulam tenuatur, anterius verò dilatatur in labium deorſum inflexum : ſtaminibus plerumque incurvis, labii ſuperioris locum occupantibus. Præterea ſemina quaterna perficiuntur in capſula tubulata, quæ floris calyx fuit. En generis primi ordinis ſpecimen, quod non ſolùm Chamædrym ; ſed Teucrium & Polium complectitur. Quoniam verò nimiùm pateret, pluresque ſpecies contineret, quàm ut aptis brevibuſque nominibus diſtingui poſſent, ne ab uſu recedamus, tria genera ſecundi ordinis ex eo ſtatuemus: Chamædryos nempe notis addemus flores ſparſim in foliorum alis naſci : Polii flores in capitulum denſum colligi : Teucrii calycem Campanæ formam obtinere. Perpendamus nunc quiſnam fructus ex ſingulis plantarum partibus capi poſſit, ad genera ſecundi ordinis inſtituenda.

Radices ad Genera ſecundi ordinis adhiberi debent.

Bulbocaſtanum ſolâ radicis formâ, quæ tuber eſt, à pluribus umbelliferarum generibus differt; nec exiguum ratione radicum diſcrimen intercedit inter Lilium, Tulipam, & Coronam Imperialem. Lilii radix ex ſquamis, Tulipæ & Coronæ Imperialis ex tunicis componitur.

Situs etiam, & numeros foliorum.

Situs, numeruſque foliorum plurimùm faciunt ad generum diſtinctionem. Fragariæ folia terna, Quinquefolii plura ſummo pediculo digitatim inſident. In Pentaphylloide nec ordo nec numerus foliorum ſpectatur. Pinus, Abies & Larix nucamentis & fructibus ſquamoſis conveniunt : differunt foliorum ſitu, quæ in Abiete ſingularia & temerè ſparſa ; in Pinu bina ab eodem exortu; in Larice longè plura. Quibus plantarum inveſtigatio curæ eſſe ſolet, ii teſtari poſſunt ſæviſſima hyeme Geniſtæ, Cytiſi, Anonidis ſpecies, ex foliis facilè internoſci : nihilque in Re Herbaria optabilius eſſet, quàm ſingula genera ex foliorum formâ conſtituere, ſi fieri poſſet.

Caulis, cortex Pediculus, calyx ſuccus, color florum ſapor.

Caulis & corticis differentia genus quandoque perfecit. Dens Leonis pediculo fiſtuloſo & ſimplici ab Hieracii ſpeciebus differt : Suber ab Ilice cortice fungoſo : Scorzonera à Tragopogone calyce ſquamato : Pſeudodictamus à cæteris verticillatis, eodem infundibulum imitante. Apocyni ſuccus lacteus ; Aſclepiadis limpidus. Chryſanthemi flores aurei ; Leucanthemi candidi. Elychryſi calyx ſplendens ; Filaginis nequaquam. Eruca, Sinapique ſolo ſapore cùm à ſe invicem, tùm à congeneribus dignoſcuntur.

Facies etiam externa ſeu totus plantæ habitus.

Facies illa exterior, quàm pluribus plantis natura dedit, non planè rejicienda. Hæc autem non tantùm pendet à partium de quibus locuti ſumus affectionibus ; ſed à creſcendi modo, totiuſque plantæ habitu. Populus & Salix florum & fructuum figurâ conveniunt, toto habitu differunt. Abſinthium, Abrotonum & Arthemiſia eam formam præ ſe ferunt, quæ cùm vix deſcribi poſſit, facili tamen negotio vel ab ipſis mulierculis dignoſcitur. Quæ ad plurima genera accedunt plantæ, ad illud referri debent ad quod magis accedunt ; tuncque habitus plantæ conſulendus eſt ; ſed ex ſolo illo habitu Syſtema Botanicum conſtitui nequit ; nec ad ipſam faciem externam confugere debemus, niſi in rebus dubiis cùm perſpicuitas & majus commodum id poſtulant. Naſtur-

tium Alpium insipidum C. B. ad Turritim spectat foliis, floribus, siliquis, totoque habitu; ad Nasturtium verò solis floribus. Cavendum tamen ne plantarum externæ faciei nimiùm tribuatur, cùm pro genuino plantæ habitu suum potius unusquisque sequatur fingendi habitum. Gramen Parnassi toto habitu Clarissimo Magnolio ad Ranunculum accedere; Cotyledon aquatica Hermanno ad Varenianellam; Bryonia Zeylanica ad Balsaminam Americanam; Scolymus Chrysanthemos & Eryngium, nonnullis ad Carduum accedere videntur: mihi verò ab iisdem generibus toto cœlo, totoque habitu differre. Trahit sua quemque voluptas: quapropter longè satius est in iis tantùm stare rebus, quæ ab hominum arbitrio non pendent, nisi res aliter præstari queat. *Pin. 105.*

Hæc cùm ita sint, regulas sequentes ipse mihi imposui in Generum constitutione, non quidem perpetuas, cùm in Re Herbaria aliquid usui aut sensibus sit concedendum, sed ab illis rarò nec nisi gravi de causâ declinabo. Quædam leges servandæ in generum institutione.

I. Plantæ quæ floribus & fructibns vel alterutro carent, in genera redigi debent ratione rerum magis insignium; perinde ac illæ quarum flores & fructus solo microscopio patefiunt. Prima.

II. Floris simul & fructûs structuræ ratio semper habenda est, ad constituenda genera plantarum, quæ floribus & fructibus donantur; cùm id naturâ & usu acceptum habeamus, ut jam diximus. Secunda.

III. Floribus simul & fructibus standum est, cùm abundè sufficiunt ad genera distinguenda. Tertia.

IV. Non solùm cæteræ omnes plantarum partes; sed earum affectiones, crescendi modus, habitus & facies exterior in auxilium vocari debent; cùm flos simul & fructus non sufficiunt ad genera rectè distinguenda. Quarta.

V. Quò facilius supervacanea rejiciantur à generum notis, explorari debet num tale genus mutaretur, si pars aliqua, aut affectio alicujus partis deesset. Agens v. g. de Mandragora à me ipso sciscitatus sum an rectè diceretur Mandragora radice fibrosâ, foliis laciniatis, si talis occurreret? undeque novi inter Mandragoræ notas proprias radicum & foliorum mentionem nequaquam fieri debere, cùm sine his genus optimè stet: unde methodus, ut ita dicam, exclusionis hac in Arte adhiberi debet. Quapropter nihil unquam flori & fructui addendum existimo, nisi aliter distingui nequeant; ne scilicet supervacanea desiderentur in speciebus reperiundis. Sic Populus à Salice solo habitu seu facie, Fœniculum foliis tenuissimis à congeneribus, Helianthemum foliis binis ad caulium nodos à Telephio differunt. Cavendum tamen ne iis abutamur. Quinta.

VI. Etymologiæ vis parvi facienda mihi videtur hac in re: quamquam enim sæpe usu veniat ut eruditiores viri Etymologiis magis delectentur quàm notis propriis, certum tamen est non generis ipsius, sed unius tantùm speciei quàm rei sibi notæ comparabant, rationem habuisse qui primi nomina imposuerunt: unde propter levissimam causam ordo qui naturalis videtur non debet inverti, novæque potius definitiones verborum afferri debent. Chamædryos v. g. nomine non intelligo plantam foliis quernis; sed cujus nota propria è structùra floris & fructûs desumitur. Qui Chamædryos nomen finxit, eam tantùm speciem ob oculos habebat, quæ foliis ad Quercum quodammodo accedit, Sexta.

non verò cæteras, quæ florem & fructum gerunt chamædryos vulgaris similem, quales sunt Marum Cortusi J. Bauh. & Scordium alterum sive Salvia sylvestris C. B. Pin. Parum refert ad Menthæ genus constituendum, eam à Græcis ἥδυσμον vocatam fuisse. Græci enim de ea specie qua utebantur locuti sunt, non verò de notis genericis Menthæ. Qui primus Convolvulum nominavit herbam quæ circa vicina se convolveret, ab hoc nomine procul dubio abstinuisset, si Dorycnium Plateau Clusii, & Lychnidis sylvestris speciem Myconi Lugd. perspectas habuisset, quæ quamvis stent, floribus tamen & fructibus ad Convolvuli species pertinent. Verumtamen ne cuiquam fortè molestum videatur Etymologias ex aliorum libris petere, eas referemus suo loco quæ rationi magis consentaneæ videntur.

Clus. App. cclix. Lugd. 817.

Genera in suprema & infima dividi non debent.

Nova quadam caligine Ars Herbaria involvitur ab iis, qui genera quædam suprema in infima dividenda esse contendunt. Morisonus in eo minùs laudandus, quod summum quoddam genus fecerit Onobrychidis in tria minora genera divisum: Onobrychis scilicet siliquis articulatis & asperis: Onobrychis siliquis echinatis, cristatis & spicatis: Onobrychis siliquis echinatis, sed in capitulum conjectis, Platani pilularum modo. Neque enim hac arte partium structura clarè declarari potest, omniaque perturbarentur in disciplinis, si eodem nomine res adeo diversas complecti liceret.

Sensibus aliquid tribuendum in Re Herbaria.

Præstat tamen nonnunquam structurâ partium uti, qualis illa apparet sensibus, quàm religiosa anxietate singulas ejus varietates perscrutari; nam etsi florum & fructuum structura veluti immutabilis spectetur, interdum tamen diversitates nonnullæ occurrunt, quæ cùm nonnisi ab iis qui artem secandi optimè callent animadvertantur, nec in morosi vel anxii notam incurrerem prætermittendas existimavi. Trifolium pratense, purpureum C. B. Pin. aliæque nonnullæ Trifolii species flore sunt Monopetalo; sed Papilionaceum ita mentiente ut ab aliarum ejusdem generis specierum, quæ flore sunt Polypetalo, diversus nequaquam videatur. An propterea ex Trifolii genere excludendæ; Limonii flores Polypetali sunt, mihi tamen Hispanias peragranti duæ occurrerunt ejus species flore Monopetalo: Limonium scilicet Hispanicum, frutescens, Portulacæ marinæ folio, & Limonium Hispanicum, multifido folio. Eas autem ad idem genus referre non dubitavi, eò quòd varietates hujuscemodi nonnisi ab oculatioribus explorari possunt in floribus illis exiguis. Linariæ flores anterius clauduntur duobus labiis, inter quæ cavitas intercipitur animalium palato respondens. Inter species hujus generis duæ sunt, quarum flores anterius hiant tubuli modos; Linaria scilicet Bellidis folio C. B. & Linaria Lusitanica, villosa, Bellidis folio ampliore: Aliam ex Lusitania attuli, quæ cùm palato careat propter labium inferius longiùs prominens, Linariam Lusitanicam appellavi floribus palato carentibus. Inter Matricariæ, Chamæmeli, Bidentis, Ptarmicæ species, quædam ex eodem semine flores proferunt nunc radiatos, nunc flosculosos. Ex Chrysanthemi & Tagetis speciebus nonnullæ sunt flore fistuloso, cæteræ verò radiato. Specierum Lychnidis capsula nullis dissepimentis distingui solet; Lychnis tamen viscosa, purpurea, latifolia, lævis C. B. capsulam habet in tria loculamenta divisam.

Pin. 212.

His attentè consideratis, concludendum est methodum constituendorum generum ex floris simul & fructus structura, non quidem universalem esse, ut jam annotavimus; sed omnium præstantiorem, cùm longè pluribus generibus conveniat quàm ulla alia quæ excogitari possit: neque ipse pro universali unquàm habui aut habiturus sum. Contrà verò in editione mea Gallica monui omnia in usum esse revocanda, cùm flores & fructus simul usurpari non sufficiunt; sed pro viginti fortè vel triginta generibus plantarum, quarum flores & fructus nonnunquam variant, methodus optima quæ mille, ut ita dicam, generibus convenit, respuenda nequaquam videtur. Cùm agitur de his varietatibus tunc liberum esse debet unicuique quam sibi voluerit, sententiam amplecti. Ego verò frequenter usurpabo adverbium illud (plerumque) aut aliud simile ad significandum species nonnullas à suis generibus nequaquam excludendas esse propter dissimilitudines quasdam, quæ vel à sensibus difficulter percipiuntur, vel leviores sunt quàm ut iis rei natura immutari existimetur. Dicam v. g. inposterum flores Lilii convallium plerumque quinquepartitos esse, ut declaretur speciem ab hoc genere nequaquam arcendam esse quæ flores quadripartitos aut indivisos haberet; dummodò forma florum cæteraque respondeant. Certè nihil de plantarum generibus unquam statueretur, si exquisita illa Geometrarum diligentia adhiberetur: unde confido, fore ut nulla mihi culpa tribuatur, etiam ubi vocis (plerumque) oblitus fuerim: in singulis enim generibus adhiberi deberet, cùm sæpissimè varietates occurrant, non solùm inter species ejusdem generis, sed inter plantas ejusdem speciei, imo & inter partes ejusdem plantæ. Qui objiciunt fieri posse ut Mandragora occurrat flore Polypetalo, proindeque florem Monopetalum non requiri ad hoc genus, minus appositè facere videntur: nam si talis occurreret planta, novum genus haud dubiè esset instituendum, ut sæpius feci.

Methodum allatam strictè sumptam pluribus Generibus convenire quàm cæteras: Temperatam verò, ut decet, omnibus Generibus posse accommodari.

Quod ad distinctionem & differentiam specierum ejusdem generis attinet, peti debent illæ tum ab omnibus earum partibus, radice, foliis, caule, ramis; tum ab omnium partium accidentibus, colore, sapore, odore, magnitudine, situ, similitudine cum rebus vulgò cognitis, cæterisque aliis quibus species inter se maximè differunt; notæ autem specificæ à generibus accuratè distinguendæ sunt. Specificas appello quæ speciebus tantùm conveniunt sive nonnullis, sive omnibus quæ cognitæ sunt; cùm tamen ad generis naturam nequaquam requirantur: Rusci v. g. specierum vulgarium flores è media folii parte prodeunt, non ideo tamen hanc notam specificam à generica sejunxi, quòd non conveniat Lauro Alexandrinæ angustifoliæ, fructu è summitate caulium prodeunte H. R. Par. sed quia veritus sum ne intra spatium aliquot annorum planta deprehendatur floribus & fructibus Rusci diversimodè positis. Herbariis non solùm inventarum; sed inveniendarum cura esse debet, ne genera stabilita notarum redundantiâ corrumpantur.

De specierum distinctione.

Quid Notæ specificæ?

Nomina plantarum sunt quædam veluti definitiones, quorum prima vox genus plantæ, cæteræ differentiam exprimunt. Numeri ad hanc rem longè minus commodi videntur. Hos enim nulla sequuntur in mente simulacra, & species tertia cum quarta vel quinta facilè confunditur, cùm planta jam co-

Quid propriè sint nomina Plantarum? & quæ cautiones adhibendæ in iis imponendis.

gnita sese nobis objicit. Nomen verò à conformatione & accidentibus partium ductum illico venit in mentem eorum, qui similium notionem cum eo conjunxerunt: sic à Bauhinis prudenter inter Ranunculos alius appellatus est nemorosus vel sylvaticus folio rotundo, alius pratensis erectus, acris; phragmites luteus, nemorosus & ita de cæteris, in quibus Ranunculus genus indicat, reliqua differentiam. Nomina plantarum brevia sint; quod singulis proprium est magisque sensibus obvium complectantur cum elegantia quadam, quæ ad studium plantarum potius invitet quàm ab eo dimoveat. Si ipsæ nominibus carerent, vel si ex omnium consensu nova iis imponerentur, plantarum cognitio longè facilior evaderet, utendo vocabulis quorum sonus & syllabarum numerus ac ordo discrimen indicaret quod inter genera, classes & species intercedit; sed hisce temporibus ea vix sperari possunt, neque potuerant in primis, ut ita dicam, Botanices incunabulis. Morisonus & Breynius nonnulla concinnarunt, quæ vix uno spiritu sustineri possunt.

Histor. Oxon. part. 2. pag. 121. MALVA annua, rotundifolia, floribus omnium minimis, albis, pentapetalis, verticillatim genicula ambientibus, & seminibus arcte iisdem verticillatim adhærentibus.

Ibid. pag. 130. ONOBRYCHIS major, annua, siliculis articulatis, asperis, clypeatis, undulatim, id est, introrsum & retrorsum junctis, flore purpuro-rubente.

Breyn. Prodr. 2. MESEMBRIANTHEMUM Africanum, frutescens, minus erectum, triangularibus foliis, viridibus, cornuum taurinorum in modum inflexis, fructu turbinato, parvo, pentagono, lignescente, flore albo.

Aliud profectò est plantam appellare, aliud describere. Generum multiplicatione nihil utilius est ad nomina prolixiora vitanda, cùm pauciores species brevioribus nominibus sint appellandæ: longèque facilius est plantas huc usque cognitas ad sexcenta genera quàm ad trecenta redigere, eo quòd novis generibus statutis, novum tantummodo nomen introducatur, singularum specierum appellationes contrahens.

Nova Genera audacter constituenda esse, ne Species malè ordinentur

Non leviter errare videntur qui heteroclitas, spurias, degeneres, anomalas vocitare solent plantas, quæ ad genera sibi nota non penitus accedunt: quasi verò difficile sit nova effingere. Nonne satius est Lupulum vulgarem, Lupuli nomine omnibus jamdiu noto salutare, quàm ex Morisono appellitare Convolvulum heteroclitum, perennem, floribus foliaceis, strobyli instar. At, inquiunt, unica interdum quorundam generum species occurreret. Quid tum? nonne sperandi locus est eas amplificatum iri, si quo pede cœperunt Herbarii, plantas indagare pergant? Quis, imperante Ludovico Magno, terrarum angulus Botanicis impervius? Carolus Plumerius Massiliensis, Botanicus Regius, è Minimorum Ordine, non doctrinâ tantùm, sed omni virtutum genere commendabilis, innumeras plantas ex America detulit, cùm ad cognita tùm ad nova genera referendas. Quis nescit Clarissimum Hermannum ex Africa multas Ficoidis species attulisse, in quibus meritò reposuit Kali floridum, repens, Aizooides, Neapolitanum Fabii Columnæ, qui ex ipso proprium genus constituere fortè non fuit ausus, quod unicum sibi notum esset. Breynius pariter cùm primùm in Horto Beverningiano Leonurum conspexisset, novum genus condidit, cujus

Ibid. pag. 37.

Pare. 2. pag. 72.

alia

alia deinde ſpecies ex America miſſa fuit,& ad idem ipſum ob floris & fructûs ſimilitudinem amandavi Origanum fiſtuloſum, Canadenſe Corn. Melianthi ſpeciem unicam tantùm novit Hermannus, alteram verò ex Inſulis Americanis alimus in horto Regio Pariſienſi: idem de Adhatoda, Belladona, Meniante, Pſeudoacacia, Trachelio, Hydrocotyle, Plumbagine, Sicyoide, Damaſonio, cæteriſque uſu comprobatum eſt. Luxurioſa namque eſt plantarum ſeges, & demetendæ collectis longè copioſiores ſunt. Tantùm abeſt ut ipſe metuam ne ſpecies deſiderentur inpoſterum,quin potius vereor, ne earum formis animo, nominibuſque memoriâ comprehendendis longè impares ſimus. Quis non miretur, potius quàm memoriâ teneat, immenſum illum plantarum numerum, quo Botanicen locupletandi finem non faciunt viri clariſſimi ad Rei Herbariæ gloriam nati, inter Anglos Guilielmus Sherard magnifica plantarum ſuppellectili inſignis; Jacobus Bobartus Horti Oxonienſis præfectus meritiſſimus; Hans Sloane ſocius Regius Londinenſis, ſpoliis inſulæ Jamaicæ clarus; Leonardus Plukenetius plantarum Almageſto & Phytographia colendus; Jacobus Pettiver muſæo lauto & ſplendido prædicandus; Samuël Doody Horti Chelſeiani cuſtos, & plantarum diligentiſſimus explorator: ex Batavis præclarus vir Simon Beaumontius, & nobilis ille promontorii Bonæ Spei gubernator Simon Vander Stel; Fredericus Ruyſchius Re Anatomica & Herbaria commendandus; Caſparus Commelinus paternæ dignitatis & doctrinæ hæres; Kiggellarius incredibili plantarum amore captus: ex Italis perilluſtris Senator Venetus Martinellus; Paulus Boccone tantis operibus notus; & Franciſcus Cupani diligentiſſimus plantarum cultor & conquiſitor; ex Germanis D. Auguſtus Quirinus Rivinus methodo ſua ſingulari celebrandus; Henricus Bernhardus Oldenlandius, Dioſcoridis redivivi nomine dignus: ex Hiſpanis Jacobus Salvador Barcinonenſis, gentis ſuæ Phœnix: inter Gallos verò Carolus Plumerius Maſſilienſis, ex Minimorum Ordine celeberrimo, Botanicus regius, quem nulli labores frangunt nec à plantarum inveſtigatione dimovent; Petrus Garidellus Profeſſor Rei Herbariæ apud Sextiaquenſes, multo nomine laudandus; Lignonius demum & Sarracenus viri optimi, quorum prior in inſulis Americanis, alter in Canada Regis mandato plantarum inquiſitioni incumbunt.

Ingrediar nunc ad explorandam rationem componendi Claſſes plantarum, quæ inutilis omnino ac rejicienda, niſi clariorem reddat earum cognitionem. Qui præceptore carent eam tantùm aſſequi poſſunt, vel progreſſione diſcendi, aliorum libros aſſiduè volvendo, donec caſus iconem plantæ quæ inquiritur obtulerit: vel methodum adhibendo, quæ veluti clavis locum teneat, eoſque per manum ducat. Prior inveſtigatio moleſta eſt,longa, incerta; altera quæ jucundior, brevior, tutiorque, verſatur tota in generibus aptè diſponendis: ſcilicet claſſium inſtitutio aliud nihil eſt quàm eorum in plures quaſi faſciculos diſtributio, cujus ope extempore & ſine moderatore genus cujuſvis plantæ dignoſcatur. Quem ſcopum nullus quod ſciam Herbarius ſpectaſſe, multò minus attigiſſe mihi videtur.

De methodo claſſium plantarum inſtituenda.

Ad illum autem ſcopum aſſequendum, cùm agitur de plantis quæ ex radici-

Claſſes petendæ ſunt ex una ex

bus, caulibus, foliis, floribus & fructibus conſtant, claſſes inſtitui neceſſum eſt, ratione unius ex iis partibus quibus genus maximè continetur, floris nempe vel fructus: non utriuſque, ne eadem eſſet claſſium & generum natura. Alterutra pars igitur debet eligi,& in omnibus claſſibus eadem uſurpari,ne quærentes hæreant an plantæ, quam noſcere volunt, mentio fiat in claſſe quæ à floribus, an in ea quæ à fructibus conſtituta eſt. Namque hujus methodi præſtantia in eo conſiſtit, ut ſimplex ſit uniuſmodi, & ſine mora plantarum nomina indicet:claſſe enim reperta ad generis cognitionem facilè devenitur; cognito vero genere, ſpecies ignota & deſcripta nullo labore dignoſcitur; non deſcripta,ad proprium genus revocatur. Hæc eſt breviſſima via quæ ad plantarum cognitionem ducit, cæteræ utcumque ſpecioſæ longè minus utiles videntur: utilitate autem tyronum nihil antiquius nobis eſſe debet in claſſium inſtitutione. Si verò nunc foliorum, nunc florum fructuum, caulium, aut radicum haberetur ratio, ad quam confugeret claſſem qui plantas ignorat? Conſtat igitur claſſes plantarum unico niti debere fundamento, illudque in una ex partibus quæ genus conſtituunt, poſitum eſſe. Qua in re flos profectò anteferendus eſt fructui, cùm exploratâ illius ſtructurâ ad fructus perfecti cognitionem vel illico vel intra paucos dies deveniatur, imò ſtatim piſtilli aut calycis tranſverſa ſectione; futuri fructus natura ſæpiſſimè dignoſcatur paululum hac in re exercitatis; proindeque totius generis caracter per breviorem viam innoteſcat, modò liber in manibus adſit, in quo genera plantarum in ſuas claſſes ratione florum digeſta ſunt, ipſaque genera inſtituta, ratione floris & fructus, ut præſtare conatus ſum. Si autem fructus adhibeatur ad claſſium conſtitutionem,annus proximè futurus exſpectandus eſt ut altera generis pars, flos nimirum qui fructu maturo ſæpiſſimè exaruit, obſervari poſſit.

partibus quæ generis naturam conſtituit ex ſolo flore nempe vel ex ſolo fructu.

Flos hoc in loco fructu præſtat.

CÆSALPINUS. a *Thuan. ad ann.* 1602.

„ Hoc vitio laborare videtur methodus ANDREÆ CÆSALPINI, Aretini „ [a] præſtantiſſimi Peripatetici,qui cùm diu Piſis docuiſſet,& ſcriptis famam no„ minis propagaſſet,à Clemente VIII. evocatus,Archiatros ejus fuit,& Romæ deceſſit initio anni 1602. VII. Cal. Mart. Hanc autem Botanices partem à nemine adhuc tentatam ſummo ſtudio agitavit, & rationem plantarum per claſſes diſponendarum, ſolus inter Herbarios philoſopho dignam reliquit, petitam ſcilicet ex ſeminum formâ. Hiſtoriæ plantarum Cæſalpini nihil deeſt præter icones, quarum elegantia & nitor majorem ſæpè famam compararunt ſcriptoribus quàm doctrina. Fuit inſuper Cæſalpinus in rebus phyſicis,ut ferebant illa tempora, multùm verſatus, ſeminaque plantarum cum animantium ovis,& vim qua ovi partes explicantur,cum fermentatione conferre non dubi„ tavit.Ineſt,inquit,in omni ſemine quædam plantæ inchoatio: quemadmodum „ enim in ovo quædam particula continetur, in qua ineſt animalis futuri deli„ neatio; reliquum autem corpulentiæ pro alimento eſt: ſic in plantarum ſe„ minibus pars illa principatum continet, unde radix erumpit & germen. Eſt „ enim quaſi corculum quoddam,reliqua parte ſeminis alimentum illi primum „ ſubminiſtrante.Deinde excitato ignis principio in ipſis latente,ut calci contin„ git in humoris occurſu,idem humor cum lacteâ ſeminis ſubſtantiâ permixtus „ & concoctus tanquam familiare alimentum,auget conceptum antea inchoa„ tum.

Lib. I. *cap.* 6.

Clariſſimus PAULUS HERMANNUS, etiamſi diversè, plantas tamen ex ſolis fructibus in ordinem digeſſit in Flora ſua Batava; ſed neuter in animo habuiſſe videtur ut claſſium auxilio viam aperiret, quæ ad abſolutam plantarum cognitionem per genuina genera, extempore & ſine præceptore duceret. Cæteri qui de plantis ſcripſere, quò multiplicem magis, eò minus utilem ordinem ſecuti videntur. Multiformes illæ diſtributiones in quas genera vulgò partiri ſolent ad oculorum delicias, aut neſcio quam animo ſibi fingunt voluptatem potiùs, quàm ad utilitatem concinnatæ videntur; non ſecus ac elegantes illi coronariarum plantarum ordines, quibus Hortulani pulvinos ornare ſolent. Quare hoc in loco abſtinendum duxi à pluribus diſtributionibus quas Joannes Bauhinus cæterique peritiores anteacti ſæculi Botanici propoſuerunt, Verticillatarum nempe, Aſperifoliarum, Stellatarum, Pomiferarum Pappoſarum, Capitatarum, Corymbiferarum, Bulboſarum, Graminifoliarum & cæterarum. Studioſos enim, ex quo Pariſiis doceo, has addiſcere non poſſe, neque iis uti ad plantas extempore dignoſcendas, niſi intra ſpatium plurium annorum ſæpenumero cognovi. HERMANNUS.

Fateor autem methodum meam nequaquam abſolutam eſſe; cùm claſſes plantarum quæ floribus carent, comprehendere nequeant; ſed cùm illæ pauciores ſint, methodus quæ cæteris huc uſque propoſitis longè magis commoda videtur, rejici non debet, cùm paucioribus vitiis urgeatur, & ad plantarum cognitionem extempore aſſequendam conducat; quod maximè cordi eſſe debet iis qui docendi munere funguntur, idcirco quandoque genera ſolo flore proxima, cæteris verò partibus diverſa, conjungere coactus fui, ne à ſimplici methodo in qua cognoſcendarum plantarum genuina ratio ſita eſt, deſciſcerem. Si cui fortè deformis videatur aliquis claſſium quas inſtitui locus, in animum inducat ille ſuum, nulla breviori arte plantas addiſci poſſe: perpendatque num deformitas illa potius ab opinione præjudicata, quàm à rei veritate oriatur: genera enim plantarum ſimplici methodo in claſſes diſtributa, unicâ maximè parte convenire debent, cùm unica ſit Botanices clavis. Cæteras partium convenientias aucupantes, fructum omnium maximum, qui ex claſſibus capi poſſit, ſæpè amittunt; faciliorem nempe plantarum cognitionem. Hanc methodum univerſalem non eſſe, ſed magis commodam cæteris.

Uno verbo iterum dicam, in claſſium inſtitutione ſolo flore, tanquam clavi & fundamento Rei Herbariæ, utendum eſt, cùm agitur de plantis quæ floribus donantur. In generibus ſtatuendis flos ſimul & fructus adhibendus, iiſque alia quæ neceſſaria videntur ut accuratius diſtinguantur, addenda ſunt. In ſpeciebus verò dignoſcendis omnes plantarum partes earumque affectiones uſurpari debent. Igitur ut ad propoſitum meum redeam, cùm brevior tutiorque conſtituendarum claſſium methodus omninò verſetur in floribus, horum natura & uſus alius à nobis explorari debent. Anacephalæoſis præceptorum Rei Herbariæ.

FLOS eſt plantæ pars coloribus propriis perſæpè inſignis, fructuique naſcenti plerumque adhærens, cui primum alimentum ad tenerrimas ejus partes explicandas miniſtrare videtur. Quid Flos & cui uſui inſerviat?

De ſingulari colorum varietate, quæ non exiguum floribus decorem conciliat, nullus dubitat. Sæpiſſimè autem ipſi cum tenero fructu conjunguntur.

Florum differentiæ.

Qui non adhærent fructui, ad tria capita pertinent, vel in eadem planta cum fructu partim junguntur & ab eo partim separantur, ut in Cucurbitaceis observare est: vel in eadem planta nunquam conjunguntur cum fructibus, ut in Ricino, Buxo, & aliis, præsertim amentaceis; vel in eadem specie aliæ plantæ flores, aliæ verò fructus fuerunt, ut Urticæ, Lupulo, Cannabi, Salici, Populo, cæterisque contingit. Verumtamen non dissimulandum est tenerum fructum qui nullo flori adhæret, capillamentis quibusdam aut exiguis foliis proprii coloris ornati, quæ pro floribus vel eorum partibus haberi possunt; cùm ne aliud quidem munus præstare videantur. An igitur ejusdem floris partes in variis planæ locis disperguntur? In Nuce, v.g. Corylo, cæterisque, stamina nucamentis, petala tenero fructui innascuntur.

Flores esse veluti quædam viscera.

Flores autem sunt veluti viscera quædam, in quibus alimentum multiplici circuitu ad primam ovi formationem vel amplificationem aptius evadit sive enim semina vario motu, ordine, figura, formentur in singulis plantis; sive ut vero proximum videtur, quæ in tenero fructu jamdiu delineatæ sunt partes evolvantur, alimento sincero indigent, cujus primum impetum ferre non possent, nisi prius illud ab alienis partibus in flore purgaretur. Illæ verò à staminibus tanquam à vasis excretoriis exceptæ deponuntur in apices velut in cloacas. Floris igitur proprium munus est nutricandi tenerum fructum, ipsaque nutricatio paucarum horarum vel dierum est: lactis enim, ut ita dicam, fructus tantùm indiget in prima partium explicatione, quæ particulariter si flores resecentur quo tempore gestiunt expandi, nequaquam verò cùm jam explicati fuerint.

Cur brevi pereant.

Tribus fortè de causis flores brevi pereunt; tenuitate vasorum quibus ad pediculum alligantur; fructu tenero in majorem molem excrescente; alimenti denique in fructum transitu faciliori. Vasorum tenuitas in multis floribus tanta est, ut petala & pediculus conglutinari videantur, ideoque nascentes decidunt. Contra verò Hellebori flores diuturniores sunt, quod ipsius pediculi vasa in petalis absque imminutione producantur fructus adolescens ita comprimit vias, quæ humorem ad florem convehunt fructum complectentem, ut exclusus ille facilius in hunc feratur. Addendum & hujus vasa molliora & crispa quæ primò complicabantur, rectiora & validiora fieri, faciliusque alimentum recipere quàm petala, quæ vias habent magis obliquas. Cadentibus floribus, fructus extrema vasa, quæ à flore ortum habebant, aëris elatere constringuntur & penitus contrahuntur. A calyce si supersit alimentum, tunc præparatur; si calyx desit, à fructus cortice seminibus subministratur, ad quorum incrementum tantus organorum apparatus videtur institutus. Superfluæ verò & ad nutritionem ineptæ alimenti partes per villos fistulosos, quibus fructus obduci solet, vel per cæcos ejusdem meatus si glaber sit, pulveris tenuissimi instar amandantur. Ideo calyces floribus ipsi sæpe diuturniores sunt, quòd ad pediculum annectantur fortioribus vasis, quæ à fructu crescente non læduntur. In Papavere tamen, Chelidonio, Anapodophyllo, & pluribus Ranunculi speciebus, calyces prius cadunt quàm flores, ob vinculorum imbecillitatem. Polyphylli debiliores sunt monophyllis, quoniam illorum basis, quæ

rotundior eſt & intercepta paucioribus vaſis pediculo adhæret, quæ ſæpè rumpuntur à flore ſe explicante.

Floris partium uſus apertè declaratur in Tab. 1. quæ Coronæ Imperialis florem exhibet. Petala 1, 2, 3, 4, 5, 6, alimentum à pediculo 7 acceptum viſceris inſtar perficiunt, & fructui naſcenti 8 ſuppeditant; ineptis humoris partibus per ſtamina ſeu vaſa excretoria 9, 10, 11, 12, 13, 14, abeuntibus in apices ſeu ceptacula 15, 16, 17, 18, 19, 20. Singulæ illæ partes ſeorſim eadem Tabula repræſentantur, ſcilicet petalum A quod imæ parti piſtilli C adhærebat & alimentum præbebat tenero fructui D. In exortu B petali A vas excretorium H poſitum eſt apice I ſeu receptaculo donatum. Utrumque apparet enim in figurâ K L. In figurâ E tuba piſtilli quæ in hoc flore cava eſt G: in F verò loculamenta teneri fructus ſeminibus fæta exhibentur. Explicatio uſus ſingularum partium floris.

Florum qui in eadem planta fructibus partim adhærent, partim ab illis ſeparantur, uſus idem ac eorum de quibus locuti ſumus. In Cucurbitaceis, v. g. qui conjunguntur cum fructu, alimentum illi ſine intermiſſione ſubminiſtrant. Cæteri verò, renum, ut ita dicam, munus præſtant, alimentum à partibus alienis purgantes. In plantis autem quarum aliæ ſpecies flores, aliæ fructus producunt, res aliter fortè ſe habet. An corpuſcula quæ fluunt ex floribus in teneros fructus procul naſcentes feruntur, ut veluti è torpore ad proprium incrementum excitentur? quemadmodum vulgò de Palmis mare & fœmina poſt Theophraſtum, Proſperum Alpinum, & cæteros affirmatur. Cùm in Hiſpania Bœtica Palmarum feraci, à prudentioribus viris hac de re ſciſcitarer, certum nihil accipere potuit. Præclarus tamen vir Hadgi Muſtapha Aga Legatus Tripolitanus ad Regem Chriſtianiſſimum, non ita pridem Pariſiis mihi declaravit, ramulum floris Palmæ maris (quam Dokkyar anokal vocant) in Spatham Palmæ fœminæ (quæ Nakhla appellatur & fructus profert) inſeri, quo tempore Spatha hiare ſolet. Flos enim explicatus pulverem fundit, ſine cujus affectione dactyli acerbi forent & inſuaves. Imo & officulis carerent (hæc namque ſæpè ita areſcunt, ut deeſſe videantur) camelis tantùm & jumentis exhibendi. De Lupulo certius loquar. In Horto Regio Pariſienſi luxuriat fructibus quotannis onuſtus. Qui verò floribus gaudet, non occurrit, niſi in inſulis Sequanæ & Matronæ longè diſtantibus; in Horto Regio tamen ſemina profert. An igitur uterque ſexus requiritur ad fructus perfectionem? an altera ſpecies hujuſcemodi plantarum, alterius nequaquam indiget? an flores emunctorii vices gerunt in ſpeciebus quibus inſunt? capillamenta verò per foliola quæ tenero fructui adhærent, floris locum tenent in aliis quæ floribus vulgò dictis deſtituuntur? *Calend. Junii 1697.*

Quærunt alii qui fieri poſſit ut flores, qui fructui naſcenti imminent, Roſæ v. g. Valerianæ, Pyri Cotoneæ alimentum ipſi præbeant; cùm ab hoc potius ad illos fluat. Reſpondendum eſt alimentum à pediculo per fructûs cutim, ſive illa craſſior, ſive tenuior ſit, ad flores pervenire, ab his præparari, indeque circuitu quodam ad fructus per vaſa deferentia redire, & ſeminibus quæ centrum ejus occupant, diſtribui.

De partibus florum ſingillatim nunc tractandum eſt; quamvis illæ omnes

Quænam ſint florum partes, quid Petalum?

in ſingulis floribus non occurrant. Partes florum dicuntur Petala, Calyx, Stamina, Apices, Piſtillum. Petala vocantur illa folia, quæ forma & colore plerumque cæteris partibus præſtant, quæque unquam fiunt proprium ſeminis involucrum: unde Hellebori nigri, albique vulgaris flores petalis donari exiſtimantur, etiamſi illa ſubvirida ſint & diuturniora, quia fructus involucrum nequaquam evadunt. Fabius Columna vir præclari ingenii primus omnium quod ſciam Petali vocem propriè uſurpavit, ut folia florum à foliis propriè dictis diſtingueret.

In notis ad Rech. pag. 853.

Quid ſtamina?

Stamina ſunt capillamenta illa tenuia, quæ floris medium tenere & apices ſuſtinere ſolent. Quæ apicibus carent, capillamenta propriè dicuntur ſive bifida ſint, ſive ſimplicia ut in Centaurio majore, Dente Leonis, Aſtere, Petaſitide, cæteriſque. Hoc autem prodeunt è ſumma parte naſcentis fructûs per floſculum, aut ſemifloſculum ipſi inſidentem, ejuſque vaginam pervadunt, ut videre eſt in Tabula 2. in qua capillamentum E & D, floſculus A, & ſemifloſculus B, tum & vagina F quinque fulcris, nixa, repræſentantur longè quidem majora quàm à natura inſtituta ſunt. Hæc etiam exhibentur in Tab. 3. Capillamentum I è ſummitate fructus N R in floſculum HGQ, ac vaginam D protenſum, tum & vagina P P O aperta & explicata, quò facilius interior ejus facies pateat. De ſtaminum uſu jam dictum eſt. Capillamentorum idem videtur officium, ſuperfluis aut noxiis alimenti partibus per eorum meatus abeuntibus, & ſæpiſſimè interiori vaginæ faciei glutinis aut pulveris inſtar adhærentibus, ut videtur in fig. P P O. Quare ſinguli flores cujuſvis generis ſint, perinde ac animalium glandulæ, ſuis muniuntur vaſis excretoriis.

Quid Apices? *Tab. 4.*

Apices vocantur ſummæ ſtaminum partes B. D. BC. G. craſſiores illæ quidem & tumidæ, cavæ, receptaculis ſimiles, à ſtaminibus ut plurimùm diſtinctæ, à quibus tamen in nonnullis non differunt ut in Populagine G, cujus ſtamina ipſa F in apices abeunt. Maxima horum receptaculorum pars in duo loculamenta dividitur bivalvia, dextrorſum & ſiniſtrorſum hiantia D. E. H. in Epimedio tamen K. LL. MM. ab imo ad ſummum aperiuntur. Diximus jam apices quidquid minus apti continet alimentum in ſe recipere, eorumque valvas à congeſtis excrementis diduci.

Quid Piſtillum? *Tab. 1.*

Piſtillum appello eam partem, quæ floris centrum inter ſtamina occupare ſolet 8 & DE. Illud autem multiforme eſt, ſubrotundum, ſphæricum, triangulum, aut quadrangulum, ovatum, capitatum, fuſi aut piſtilli quo utimur ad tundendum formam habens, unde nomen. In Tithymalo, Cappari, Granadillâ pediculi inſtar naſcentem fructum ſubſtinet. In Nymphæa alba caput ſphæricum repræſentat, cui petala floris innaſcuntur. Harum plantarum icones conſule. Piſtillum ſæpè aliud nihil eſt quàm tenerrimus fructus. In umbelliferis, fructus caput potius videtur, circà quod petala diſponuntur. In plantis quarum fructus flori abeſt, vaſis excretorii munere fungitur; in omnibus ſuprema ejus pars ſive fiſtuloſa D. ſive ſolida craſſeſcit, meatibus veſicis, aut tubis admodum exiguis obſita, per quos alimenti pars inepti vacuatur, ut in Lilio C E, Papavere Rheade G, Populagine I, Gentiana L, Campanula N O P videre eſt. Eadem pars multiſciſſa eſt quò facilius aër

Tab. 5.

ad ſemina ducatur, ac ea perficiat, lentoque ſucco obducitur, quo minima inſecta ab his arceantur, ut monet Malpighius.

Calyx, meâ quidem ſententiâ, dici debet pars floris poſterior craſſitudine quadam notabili à pediculo diſtincta. Calyx autem flores vel involvit vel ſuſtinet vel utrumque præſtat: ſcilicet in Ranunculo A, & Papavere B B involucri; in Thapſia C, Scandice D, & omnibus penè umbelliferis, itemque Valeriana F, Rubia G, cæteriſque id genus fulcri; in Aſtrantia E, Roſa H, Pomo I, Pyro K, Punica L utriuſque locum tenet: unde ex calycibus alii foliis componuntur, alii carent. Quanti momenti ſit partem interiorem floris quam piſtillum appellamus, à poſteriore cui calycis nomen fecimus accuratè diſtinguere, ex eo apparet quòd ſine hac cautione, eadem quod ad florem ſpectat, planè foret notio Plantarum umbelliferarum, Valerianæ & ſimilium, quarum flores vulgò calyce carere exiſtimantur; ac earum quarum flores eo revera deſtituuntur, quales ſunt flores Lilii vulgaris, Lilii convallium, Polygonati & aliarum. Miſſum facio calycem dici à voce Græca καλύπτο tego, plus enim commodi ex meâ novâ calycis acceptione ſequitur, quàm incommodi ex antiquæ abuſu. Fructuum origo ſcilicet faciliùs indicatur & plantarum claſſes in ſectiones commodius dividuntur: unde operæ pretium me facturum exiſtimavi, ſi duabus tantùm vocibus uterer ad denotandam eam partem quæ abit in fructum, quod à nullo Botanico hactenus præſtitum mihi videtur. Qui de generibus ſcripſerunt, affirmarunt v. g. Campanulam eſſe genus plantæ flore monopetalo, capſulâ in tres cellulas diſtinctâ; nec docuerunt eam à calyce ipſo originem ducere. Igitur qui à calyce originem trahere dicitur fructus, à floris parte poſteriori, cujuſvis illa formæ ſit, oriri intelligendus eſt; ſive illa florem tegat ſive ſuſtineat vel utrumque præſtet: qui verò à piſtillo, à parte interna quæ floris medium occupare ſolet, hîc enim agitur de ea partium diſtinctione quæ petitur ab earum ſitu, non verò à figurâ. Ratione pariter calycis & piſtilli claſſes in ſectiones varias diſtribuemus, majoris perſpicuitatis causâ, neque præter Aloem & Rubeolam genus ullum obſervavi, cujus ſpecies nonnullæ à calyce, aliæ à piſtillo naſcantur. Non multùm laborandum eſt utrum calycis pars foliacea & turgida, eodem vel diverſo tempore cadant: primùm contingit in Pyro, Cydonia, & aliis quamplurimis; alterum in Lyſimachia quàm ſiliquoſam vocant, cæteriſque. In eodem flore piſtillum & calyx ſæpè adſunt, & alteruter plerumque abit in fructum; rarò uterque niſi in Saxifragâ & Samolo. Calyx autem vulgò marceſcit, & decidit cùm piſtillum fit fructus: calyce verò in fructum abeunte, piſtillum areſcit. In nonnullis floribus geminus calyx adeſt involucri munus præſtans ut in Malva. Interdum alius florem ſuſtinet, alius eundem involvit ut in Jalapa. Quandoque unus communis, alter proprius ut in floribus floſculoſis, ſemifloſculoſis, & radiatis. Calyx nempè communis totum florem involvit, quilibet verò floſculus aut ſemifloſculus proprio calyce inſidet in ſemen abeunti, in nonnullis floribus floſculoſis, floſculi à calyce quodam ſingulari, hoc eſt, ſingularis ſtructuræ, ſemine videlicet fœto fulciuntur, ut in Euchinopo, Scabioſa, Globularia.

Quid Calyx?

Tab. 6.

Quomodo petala floris à calyce distingui debeant?

Magnus sæpè in hoc argumento nodus est, florum qui calyce donantur ab iis qui eodem carent distinctio. Inter Herbarios convenit Rosæ, Caryophylli, Pyri, Cerasi flores calycem habere; Lilio verò, Tulipæ, Hyacintho, aliisque quamplurimis eum à natura denegatum fuisse. Sæpè tamen dubium est an quorundam florum pars foliacea, calyx vel petalum appellari debeat, ut in Atriplice, Alchimilla, Asaro, quæ si inter plantas quorum flores ex petalis componuntur, recenseantur, inter eas pariter numerandæ sunt Cereales omnes, cum gluma florum quæ in his observatur, pro petalis haberi possit: verumque est eam petalorum officio fungi. Quod quamquam inter physicos absurdum non sit, ineptum tamen Botanicis videretur. Alchimilla enim Beta, Blitum, Triticum, Secale, Avena in eadem classe cum Tulipâ, Lilio, Hyacintho, Aquilegiâ aliisque calyce carentibus conjungi deberent. A Bulbosarum verò & Tuberosarum classe Narcissus, Crocus, Iris, Gladiolus, Lilio-Narcissus, Narcisso-Leucoium quæ calyce donantur, excludi. Quamobrem folia florum cujusvis coloris sint, pro calyce habenda sunt, cùm proprium fiunt seminis involucrum; pro petalis verò cùm secus accidit, sive illa brevi pereant sive durent.

His diligenter exploratis, classium institutio peti debet vel à numero petalorum, ex quibus flores constant, vel ab earum structura: cùm autem numerus petalorum sæpè incertus sit ut occurrit in Ranunculo, Pulsatilla, Caryophyllata, Clematite, aliisque speciebus ejusdem generis, structuræ magis immorandum est: Hæc enim constans est & magis speciosa; quin & numerum sæpè includit, ut patet in floribus cruciformibus. Flores ergo dividemus in eos qui petalis donantur vel carent.

Quid flos petalodes? *Tab.* 7.

FLORES PETALES DONATI seu PETALODES dicuntur illi, qui præter capillamenta seu stamina, ex foliis constant in involucrum seminum nequaquam abeuntibus; unde folia illa petala dicuntur, ut in Antirrhino, Ranunculo, Brassicâ, Fabiâ, Petasitide, Bellide, &c.

Quid flos apetalos? *Tab.* 7.

Cæteri STAMINEI seu CAPILLACEI & APETALI ideo vocantur, quòd præter stamina nihil habeant unde nomen trahere possint, ut in Equiseto, Sparganio, Avenâ, Bistortâ, cæterisve. Hos calyce donari constat, exceptis Sparganio & Equiseto. Nucamenta pariter seu Iuli inter illos recensendi sunt, etiamsi stamina in nonnullis adeo brevia sint ut abesse videantur. Flores staminei parùm inter se discrepant; nisi quod plerique tenero fructui adhæreant, alii nequaquam. Calyx eorum qui fructui adhærent, fit plerumque proprium seminis involucrum, pistillum verò semen evadit.

Ex floribus qui ex petalis constant, alii simplices sunt, alii compositi.

Quid flos simplex? *Tab.* 8.

FLORES SIMPLICES appello qui flosculis & semiflosculis carent, quales sunt flores Hyosciami, Salviæ, Cerasi & Statices etiam, quamvis plures in capitulum colligantur.

Quid flos compositus? *Tab.* 8. *Tab.* 266.

FLORES COMPOSITOS voco eos omnes, qui componuntur ex flosculis & semiflosculis; quales sunt flores Cyani, qui ex flosculis; Dentis Leonis qui ex semiflosculis; Doronici qui ex utrisque constant. Quid autem sit flosculus & semiflosculus, mox dicemus.

Flores

Flores ſimplices vel unico vel pluribus petalis donantur. Hi POLYPETALI, illi MONOPETALI. Florum ſimplicium monopetalorum differentiæ deſumuntur ab eorum formâ. Campaniformes, à Campana; ab infundibulo, Infundibuliformes; à rota, Rotati; ab animalium roſtro, labiati vel Perſonati dicuntur. *Tab. 9.*

FLOS CAMPANIFORMIS campanæ quidem formam obtinet: ſed in eo tria maximè ſpectanda ſunt. Fundum nempe, latera, & os. Si fundum ſimul & latera ampla ſint, neque os multò magis diffuſum, tunc flos campaniformis tantùm appellandus; quoniam à campanæ vulgaris formâ non multum recedit, qualis eſt flos Campanulæ & Belladonæ. Si verò fundum & latera anguſtiora ſint ac veluti in tubum contracta ut in flore Polygonati & Cerinthes obſervatur, tunc CAMPANIFORMIS TUBULATUS dicendus. CAMPANIFORMIS autem PATENS & diffuſus, ſi os lateraque fundo magis pateant; qualis eſt Acetabuli forma, floſque Malvæ, Aſclepiadis, Bryoniæ. Demum ſi cæteris partibus os anguſtius ſit, CAMPANIFORMIS GLOBOSUS nominari debet, ut revera eſt flos Arbuti, Ruſci, Ericæ. FLOS CAMPANIFORMIS. *Conſule Tab. 6. & aliis in quibus exhibentur flores plantarum quæ hic appellantur.*

FLOS INFUNDIBULIFORMIS ab infundibulo nomen invenit. Inferior ejus pars in tubum deſinit, ſuperiore in conum inverſum vel in diſcum dilatatâ: Quare alius Infundibuliformis propriè dicitur, qui nempe è cono in tubum coarctatur; alius Hypocrateriformis qui hypocrateram ſeu vas quod poculis inter bibendum ſupponi ſolet, repræſentet. Flos Auriculæ Urſi, Centaurii minoris, Jalapæ, Echii, infundibuliformis eſt. Flos verò Primulæ veris & Androſaces Hypocrateriformis, quia tubus ejus in diſcum, non in conum explicatur. FLOS INFUNDIBULIFORMIS. *Tab. 9. & aliis.*

FLOS ROTATUS rotæ formam exhibet, ut patet in floribus Borraginis, Anagallidis, Lyſimachiæ. FLOS ROTATUS. *Tab. 9.*

FLOS LABIATUS infernè tenuatur in fiſtulam, ſupernè in labium ampliatur vel unicum vel geminum. Huic proprium eſt ut piſtillum ejus abeat in fructum ex quatuor ſeminibus conſtantem, in ipſo calyce tanquam in capſula propria matureſcentibus, ut in Salviâ, Hormino, Marrubio, Chamædri. Neque tamen à methodo mea, quæ in claſſibus ſtatuendis tota pendet à floribus, deflectere mihi videor, cùm fructûs etiam mentio fiat in quorundam florum definitione: nam præterquam quòd in Herbariorum uſu fuerit confirmatum, qui umbellatum florem finierunt eum, cui geminum ſuccedit ſemen; cur, quæſo, piſtilli vel calycis ratio non habenda in floris explicatione, cùm floris partes non ignobiles ſint, quarum alterutra ſemper abit in fructum. FLOS LABIATUS. *Tab. 9. & aliis.* *Tab. 9. & aliis.*

Flores ſimplices MONOPETALI ANOMALI, etiamſi pauciores, multiformes tamen ſunt: nec ſingulari nomine comprehendi poſſunt, ut ſunt flores Ariſtolochiæ, Digitalis, Scrophulariæ. Ab his excipias eos, qui labiatorum faciem præ ſe ferunt, ut Linariæ flores, Antirrhini, Pedicularis, Melampyri, &c. PERSONATI dici poſſunt, quòd confictam faciem ſeu perſonam, roſtrumque animalium rictu & labiis non malè referant. Perſonati à labiatis differunt, quod illorum piſtillum abeat in capſulam ſeminum, à calyce omnino diſtinctam. FLOS PERSONATUS.

Florum ſimplicium polypetalorum differentiæ à ſimilitudine cum aliis re- *Tab. 10.*

bus vulgò cognitis ſumi poſſunt : unde Cruciformes alios appellavi, alios Roſaceos, Caryophyllæos, Liliaceos, Leguminoſos ſeu Papilionaceos, cæteros verò Polypetalos anomalos.

FLOS CRUCIFORMIS. *Tab. 10. & aliis.*

FLOS CRUCIFORMIS dicitur ille, qui ex quatuor petalis conficitur crucis partium in modum poſitis; quales ſunt flores Leucoii & Braſſicæ. Hujus pariter calyx quatuor obtinet folia, eodem ordine poſita. Piſtillum autem ſemper abit in fructum.

FLOS ROSACEUS. *Tab. 10.*

FLOS ROSACEUS ex pluribus aut paucioribus petalis quam quatuor componitur in orbem poſitis, quo planè modo petala florum Roſæ diſponuntur. Ut videre eſt in Ranunculo, Quinquefolio, Pæonia.

FLOS CARYOPHYLLÆUS. *Tab. 10. & aliis.*

FLOS CARYOPHYLLÆUS in eo difert à Roſaceo, quòd ejus petala ex ipſo calice tanquam è tubulo emergant, ut ſunt flores Caryophilli, Lini, Statices.

FLOS LILIACEUS.

FLOS LILIACEUS vel conſtat ex petalis ſex, rarò tribus, vel in ſex partes ſecatur ad Lilii formam ſæpe accedens. Ipſi autem proprium eſt ut piſtillum ejus aut calyx abeant in capſulam in terna ſemper loculamenta diviſam. Tales ſunt flores Tulipæ, Hyacinthi, Aſphodeli, Ephemeri.

Tab. 10.

FLORES ſimplices POLYPETALI ANOMALI, etiamſi pauciores, multiformes tamen ſunt, nec ſingulari nomine comprehendi poſſunt, exceptis leguminoſis, quos Valerius Cordus à Papilionis formâ PAPILIONACEOS appellavit.

Hiſt. plant. lib. 2. cap. 161.

FLOS PAPILIONACEUS. *Tab. 10. & 209.*

FLOS autem PAPILIONACEUS conſtat ex petalis diſſimilibus, quorum ſuperius D *Vexillum*, inferius E *Carina*; duo F quæ media ſunt, *Alæ* nuncupari ſolent. Carina quoque ſæpiſſime ex duobus petalis componitur, ut in Fabâ, Pyſo, Lathyro. Huic flori proprium eſt ut piſtillum L abeat in fructum O qui ſiliqua vocari ſolet.

Tab. 11.

FLOS FLOSCULOSUS. Quid *floſculus.* *Ibid.*

Flores compoſiti triplici generis ſunt, Floſculoſi, Semifloſculoſi & Radiati. FLORES FLOSCULOSI ex plurimis floſculoſis componuntur densè poſitis eodemque calyce comprehenſis. FLOSCULI autem ſunt petala fiſtuloſa, tenuia, quorum ſuprema pars ampliatur, multifariam, ſæpius tamen ſtellæ inſtar diviſa. Singuli quoque floſculi tenero plerumque fructui ſeu embryoni inſident, è quo ſurgit capillamentum ultra vaginam eam protentum, de qua ſuperius locuti ſumus. Præterea teneri fructus fundum calycis occupant, quod Thalamus vocitatur. Hujuſmodi flores obſervantur in Santolina, Jacea, Carduis. Cordus floſculi vocem uſurpavit ad deſcribendum florem Petaſitidis.

Tab. 2. 3.

Hiſt. plant. lib. 2. cap. 6.

FLOS SEMIFLOSCULOSUS. *Tab. 11.* Quid *ſemifloſculus.*

FLORES SEMIFLOSCULOSI è ſemifloſculis conficiuntur densè in orbem poſitis eodemque calyce coercitis. SEMIFLOSCULUS autem eſt petalum infernâ tantum parte fiſtuloſum, mediâ verò & ſupernâ planum ac veluti in lingulam productum. SEMIFLOSCULI quoque tenero fructui ſeu embryoni inſident, è quo ſurgit capillamentum ultra vaginam protentum, perinde ac in floſculis. Præterea teneri fructus calycis fundum pariter occupant, quod Thalamus etiam dicitur. Plinius ſemifloſculos *Barbulas* appellavit.

Lib. 21. cap. 8.

FLOS RADIATUS. Quid *Diſcus.* Quid *Corona.*

FORES RADIATI duas partes habent, quarum quæ medium tenet, *Diſcus* dicitur, ex floſculis tota conſtans, quæ circumferentiam ſeu limbum, *Corona*

nominatur ex ſemifloſculis facta. Singuli floſculi & ſemifloſculi tenero ſuo fructui ſeu embryoni ſolent inſidere, eodemque calyce comprehendi, cujus fundum *Thalamus* etiam appellatur: tales ſunt flores Aſteris, Jacobeæ, Chamæmeli, &c.

Reliquum eſt ut Claſſes plantarum inter ſe diſponamus concinno ordine; is quidem à floribus ſtamineis eſſet ducendus ad magis compoſitos progrediendo; niſi experientiâ confirmatum eſſet, flores magis inſignes & ſenſus afficientes incipientibus primùm offerendos eſſe: quapropter à ſimplicioribus quidem ordiemur qui ex petalis, non verò ex ſtaminibus ſolis componuntur, herbaſque & ſuffrutices à fruticibus & arboribus ut plurimùm ſeparabimus. Quid herba, ſuffrutex, frutex & arbor in explicatione vocum quæ Herbariis propriæ ſunt, declarabitur.

In I. igitur Claſſe comprehendentur herbæ & ſuffrutices, floribus monopetalis, Campaniformibus.
In II. Herbæ & ſuffrutices, floribus monopetalis, Infundibuliformibus & Rotatis.
In III. Herbæ & ſuffrutices, floribus monopetalis, Anomalis.
In IV. Herbæ & ſuffrutices, floribus monopetalis, Labiatis.
In V. Herbæ & ſuffrutices, floribus polypetalis, Cruciformibus.
In VI. Herbæ & ſuffrutices, floribus polypetalis, Roſaceis.
In VII. Herbæ & ſuffrutices, floribus polypetalis, Roſaceis Umbellatis.
In VIII. Herbæ & ſuffrutices, floribus polypetalis, Caryophyllæis.
In IX. Herbæ & ſuffrutices, floribus Liliaceis.
In X. Herbæ & ſuffrutices, floribus polypetalis, Papilionaceis.
In XI. Herbæ & ſuffrutices, floribus polypetalis, Anomalis.
In XII. Herbæ & ſuffrutices, floribus Floſculoſis.
In XIII. Herbæ & ſuffrutices, floribus Semifloſculoſis.
In XIV. Herbæ & ſuffrutices, floribus Radiatis.
In XV. Herbæ & ſuffrutices, floribus Apetalis Stamineis.
In XVI. Herbæ & ſuffrutices, qui floribus carent & ſemine donantur.
In XVII Herbæ & ſuffrutices, quorum flores & fructus conſpicui deſiderantur.
In XVIII. Arbores & frutices, floribus Apetalis.
In XIX. Arbores & frutices, floribus Apetalis Amentaceis.
In XX. Arbores & frutices, floribus monopetalis.
In XXI. Arbores & frutices, floribus Roſaceis.
In XXII. Arbores & frutices, floribus Papilionaceis.

Cùm res in dubio vel extra regulas ſtatutas verſabitur, quod rarò admodum contingit, ſententiam vulgarem amplectar. Sic Momordicam, Chamæleam, Cucurbitam Lagenariam à congeneribus non ſeparabo; quamvis earum flores dubiæ ſint ſtructuræ. Flores pariter Lupuli, Mercurialis, Cannabis, & ſimilium apetalos appellabo, non petalodes, quia cùm à fructu longè diſtent, regulâ illâ non comprehenduntur, qua judicatur utrum fructus involucrum fiant, nec ne.

CLASSIS PRIMA,

DE

HERBIS ET SUFFRUTICIBUS,

Flore monopetalo, campaniformi.

FLOS CAMPANIFORMIS, ut jam diximus, monopetalos eſt, formamque campanæ æmulatur. Hujus floris quatuor ſpecies ſunt, quarum omnium mentionem faciemus in hac claſſe. Campaniformis ſcilicet propriè dictus, qui maximè ad campanæ formam accedit: campaniformis tubulatus qui anguſtus eſt & oblongus: campaniformis patens qui velut in pelvim expanditur. Demum campaniformis globoſus, cujus os anguſtius eſt ventre.

SECTIO PRIMA.

De Herbis, flore monopetalo, campaniformi, cujus piſtillum abit in fructum mollem & craſſiculum.

GENUS I.

Mandragora. *Mandragore.*

Tab. 10. MANDRAGORA eſt plantæ genus, flore A B monopetalo, campaniformi & multifido: ex cujus calyce C ſurgit piſtillum D quod infimam floris partem perfodit: abitque deinde in fructum E mollem, plerumque globoſum, in quo F veluti nidulantur ſemina G ut plurimùm reniformia.

Mandragoræ ſpecies ſunt

Mandragora fructu rotundo C. B. Pin. 169. *Mandragoras mas J. B.* 3. 617. *Mandragoras Dod. Pempt.* 457.

Mandragora flore ſubcæruleo, purpuraſcente C. B. Pin. 169. *Mandragora fœmina J. B.* 3. 618. *Cluſ. Hiſt. lxxxvij.*

Mandragora flore ſubcæruleo, foliis minoribus, fructu globoſo.

Mandagoræ ſpecies flore fructuque carentes, foliis obſcurè virentibus, ſubrotundis, fœtidis, radicibuſque longis & craſſis quas anthropomorphas appellant, dignoſci ſolent.

Mandragora à voce Græca μάνδρα nomen invenit, quòd circa mandras, ſeu pecorum ſtabula olim fuerit obſervata.

GENUS II.

Belladona.

BELLADONA eſt plantæ genus, flore A monopetalo, campaniformi & multifido; ex cujus calyce C ſurgit piſtillum D, poſticæ floris parti B adinſtar clavi infixum: quod deindè abit in fructum veluti globoſum E mollem, ſepto intermedio F in duo loculamenta G H diviſum, & ſeminibus fœtum L placentæ I K affixis. *Tab.* 13.

Belladonæ ſpecies ſunt.

Belladona majoribus foliis & floribus.

Belladona minoribus foliis & floribus.

Belladona fruteſcens, rotundifolia, Hiſpanica. *Solanum frutex, rotundifolium, Hiſpanicum. Barr. Icon.*

Belladona Americana, fruteſcens, flore albo, Nicotianæ folio Plum.

Cluſius unicam iconem affert primæ ſpeciei, quam foliis & floribus variare obſervavit; à C. Bauhino appellatur *Solanum* μελανοκέρασος; à J. Bauhino *Solanum manicum multis, ſive Belladona.* Quantùm à Solano differat ex icone judicari poteſt.

Belladonam Itali hanc plantam nominarunt, quòd ea utantur ad fucum. *Bella Donna.* Pulchra mulier.

SECTIO II.

De Herbis flore monopetalo, campaniformi, cujus piſtillum abit in fructum mollem & ſatis exiguum.

GENUS I.

Lilium Convallium. *Muguet.*

LILIUM CONVALLIUM eſt plantæ genus, flore A monopetalo, campaniformi, brevi, calycis experte, & multifido: ex cujus fundo ſurgit piſtillum B, quod deinde abit in fructum C mollem, ut plurimùm globoſum, & ſeminibus E densè congeſtis D fœtum. *Tab.* 14.

Lilii convallium ſpecies ſunt

Lilium convallium album C. B. Pin. 304. *Lilium convallium vulgò J. B.* 3. 531. *Lilium Convallium Dod. Pempt.* 205. *Muguet à fleur blanche.*

Lilium convallium floribus è folliculis prodeuntibus Mapp. *Lilium convallium cum pluribus florum ordinibus J. B.* 3. 533.

Lilium convallium ad radicem monanthemum Mentz. Pug.

Lilium convallium anguſtifolium Raii Synopſ. 148.

Lilium convallium latifolium. C. B. Prodr. 136. Pin. 304. *J. B.* 3. 533.

Lilium convallium latifolium, flore pleno, variegato Didac.

Lilium convallium flore rubente C. B. Pin. 304. *J. B.* 3. 533. *Lilium convallium floribus ſuave-rubentibus Lob. Icon.* 173. *Muguet à fleur carnée.*

Ab eo genere excludendum eſt *Lilium convallium minus C. B. Pin.* 304. *ad Smilacis genus revocandum.*

Etiamſi Lilii convallium nomen ita fuerit longuo uſu comprobatum ut rejici nequeat, advertendum tamen eſt Lilium convallium à Lilio vulgari omnino differre, neque ullam affinitatem inter illa duo genera intercedere.

GENUS II.

Polygonatum. *Seau de Salomon.*

Tab. 14. POLYGONATUM eſt plantæ genus, flore à monopetalo, campaniformi, tubulato, calycis expertè, & multifido: ex cujus fundo ſurgit piſtillum B. quod deinde abit in fructum C mollem, plerumque globoſum & ſeminibus fœtum D, ut plurimùm ſubrotundis E.

Polygonati ſpecies ſunt

Polygonatum latifolium, vulgare C. B. Pin. 303. *Polygonatum vulgò Sigillum Salomonis J. B.* 3. 529. *Polygonatum Math.* 954. *Seau de Salomon.*

Polygonatum latifolium, vulgare, cauliculis rubentibus H. L. Bat.

Polygonatum latifolium, maximum C. B. Pin. 303. *Polygonatum majus, vulgari ſimile J. B.* 3. 529. *Polygonatum latifolium* 1. *Cluſ. Hiſt.* 275.

Polygonatum latifolium, Hellebori albi foliis C. B. Pin. 303. *Polygonatum amplitudinis foliorum Hellebori albi J. B.* 3. 530. *Polygonatum* 3. *latiore folio Cluſ. Hiſt.* 276.

Polygonatum Hellebori albi folio, caule purpuraſcente Raii Synopſ. 148.

Polygonatum latifolium, flore majore, odoro C. B. Pin. 303. *Polygonatum floribus ex ſingularibus pediculis J. B.* 3. 529. *Polygonatum latifolium* 2. *Cluſ. Hiſt.* 276.

Polygonatum latifolium, flore duplici, odoro H. R. Par. *Sigillum Salomonis, flore pleno A. R. Par.* 115. *Seau de Salomon à fleur double.*

Polygonatum latifolium, minus, flore majore C. B. Prod. 136. *Pin.* 303.

Polygonatum humile, Anglicum Raii Synopſ. 148.

Polygonatum anguſtifolium, non ramoſum C. B. Pin. 303. *Polygonatum anguſtifolium J. B.* 3. 531. *Polygonatum alterum Dod. Pempt.* 345.

Polygonatum anguſtifolium, ramoſum C. B. Pin. 304. *J. B.* 3. 531. *Polygonatum vj. ſive anguſtifolium ij. Cluſ. Hiſt.* 277.

Polygonatum Americanum, ſcandens, altiſſimum, foliis Tamni Plum.

Ab eo genere excludendæ ſunt plantæ ſequentes, *Polygonatum ſpicatum, ſterile Corn.* 32. *Smilacis ſpecies eſt. Polygonatum ſpicatum, fertile Corn.* 34. *Smilacis ſpecies eſt. Polygonatum racemoſum Corn.* 37. *floribus eſt polypetalis. Polygonatum racemoſum, flore luteo, majus Corn.* 39. *floribus eſt polypetalis. Polygonatum racemoſum, flore luteo, minus Corn.* 41. *floribus eſt polypetalis.*

Polygonatum à Lilio convallium formâ floris aptè diſtinguitur. Nomen

habet à vocibus Græcis πολυ *multum*, & γονύ *genu*; propterea quòd radices & caules polygonati geniculati ſunt.

GENUS III.

Ruſcus. *Houx-frelon.*

RUSCUS eſt plantæ genus, flore A D. monopetalo, campaniformi & globoſo, cujus calyx B E multifariam ſcinditur, piſtillum verò C F ſurgit è fundo floris & deindè abit in fructum ut plurimùm globoſum G H mollem, uno vel altero ſemine fœtum I K plerumque duro. *Tab.* 15.

Ruſci ſpecies ſunt

Ruſcus Myrtifolius, aculeatus. *Ruſcus J. B.* 1. 579. *Ruſcum Dod. Pempt.* 744. *petit Houx, Houſſon, Fragon, Bouis piquant, Houx-frelon.*

Ruſcus latifolius, fructu folio innaſcente. *Laurus Alexandrina, fructu folio inſidente C. B. Pin.* 305. *Laurus Alexandrina. J. B.* 1. 574. *Laurus Alexandrina, Chamædaphne Col. Part.* 1. 165. *Laurier Alexandrin.*

Ruſcus anguſtifolius, fructu folio innaſcente. *Laurus Alexandrina, fructu pediculo inſidente C. B. Pin.* 304. *Bonifacia ſive Biſlingua J. B.* 1. 575. *Hippogloſſum, Laurotaxa Col. Part.* 1. 165. *Radix Idæa, Hippogloſſon Col. Phytob.* 64.

Ruſcus anguſtifolius, fructu ſummis ramulis innaſcente. *Laurus Alexandrina, ramoſa, fructu è ſummitate caulium prodeunte H. R. Par. & H. L. Bat. in cujus appendice Icon. exhibetur pag.* 681. *Laurus Alexandrina, fructu longis pediculis caulibus alligato Mor. H. R. Bleſ.*

Floris loco calycem habuerunt auctores Rei Herbariæ: duas haſce partes ex regulis jam ſtatutis in Iſagoge ab invicem diſtinguendas duxi.

SECTIO III.

De Herbis flore monopetalo, campaniformi, cujus piſtillum abit in fructum ſiccum ſeu teſtam unicapſularem in nonnullis generibus, in aliis verò multicapſularem.

GENUS I.

Cerinthe. *Melinet.*

CERINTHE eſt plantæ genus, flore monopetalo, campaniformi, tubulato, & multifido; cujus os in nonnullis ſpeciebus A clauditur, in aliis verò C patet: ex floris calyce E ſurgit piſtillum F poſticæ floris parti B D adinſtar clavi infixum, tetragonum, quod deinde abit in fructum G ex duabus teſtis ſubrotundis conſtantem, in duo loculamenta H diviſis, ſemine fœtis ut plurimùm oblongo I. *Tab.* 16.

Cerinthes ſpecies ſunt

Cerinthe quorundam major, versicolore flore J. B. 3. 602. *Clus. Hist. clxvij. Cerinthe seu Cynoglossum montanum, majus C. B. Pin* 258.

Cerinthe quorundam major, flore ex rubro purpurascente J. B. 3. 603. *Clus. Hist. clxviij. Cerinthe flore ex rubro purpurascente C. B. Pin.* 258.

Cerinthe quorundam major, spinoso folio, flavo flore J. B. 3. 602. *Cerinthe flavo flore, asperior C. B. Pin.* 258. *Cerinthe quorundam major, flavo flore Clus. Hist. clxvij.*

Cerinthe quorundam minor, flavo flore J. B. 3. 603. *Clus. Hist. clxviij. Cerinthe minor C. B. Pin.* 258.

Cerinthe minor, flore albo Park. Theat. 521.

Cerinthe folio non maculato, viridi C. B. Pin. 258. *Cerinthe v. folio non maculato. Clus. App. alt. ad lib. v.*

Cerinthe Alpina, perennis, flore striato. *Glastum montanum Dalechampii Lugd.* 1204. *Isatis sive Glastum montanum Dalechampii J. B.* 3. 603.

Cerinthes species flore fructuque carentes foliis glaucis, albis maculis non rarò notatis, plerumque dignosci solent.

Cerinthe à voce Græca χηρὸς; quòd ad conficiendam ceram apibus inservire existimetur.

GENUS II.

Gentiana. *Gentiane.*

Tab. 40. GENTIANA est plantæ genus, flore monopetalo campaniformi vel patente A, vel tubulato & multifido B C: ex cujus calyce F G surgit pistillum D E, quod infimam floris partem perfodit, abitque deindè in fructum H membranaceum, ovato-acuminatum, bivalvem I I, unicapsularem K, seminibus fœtum K plerumque planis, orbiculatis & marginatis L.

Gentianæ species sunt

Gentiana major, lutea C. B. Pin. 187. *Gentiana vulgaris, major, Ellebori albi folio J. B.* 3. 520. *Gentiana Dod. Pempt.* 342. *Gentiane.*

Gentiana major, purpurea C. B. Pin. 187. *Gentiana magna, flore purpureo J. B.* 3. 521. *Gentiana major, purpureo flore* 1. *Clus. Hist.* 312.

Gentiana major, floribus albis C. B Pin. 187. *Gentiana magna, flore albo J. B.* 3. 521 *Gentiana major, albo flore Clus Hist.* 312.

Gentiana major, flore punctato C. B. Pin. 187. *Gentiana major, pallido flore, punctis distincto. Clus. Hist.* 312.

Gentiana Asclepiadis folio C. B. Pin. 187. *Gentiana folio Asclepiadis vulgò credita J. B.* 3. 523. *Gentiana* 2. *cæruleo flore Clus Hist.* 312.

Gentiana Alpina, magno flore J. B. 3. 523. *Gentianella Alpina latifolia & angustifolia, magno flore C. B. Pin.* 187. *Gentiana v. Gentianella major, verna Clus. Hist.* 314.

Gentiana Alpina, pumila, verna, major; *Gentianella Alpina, verna, major C. B. Pin.* 188. *Gentianula quæ Hippion. J. B.* 3. 527. *Gentiana vj. Gentianella minor, verna Clus. Hist.* 315.

Gen-

Gentiana Alpina, pumila, verna, minor. *Gentianella Alpina, verna, minor C. B. Pin.* 188.

Gentiana Alpina, pumila, Centaurii minoris folio. *Gentianella Alpina, æstiva, Centaurea minoris foliis C. B. Pin.* 188. *Gentianella fugax quinta Clusii, flore cæruleo, colore elegantissimo J. B.* 3. 527.

Gentiana Alpina, pumila, brevi folio. *Gentianella brevi folio C B. Pin.* 188. *Gentianella fugax, quarta Clusii, flore dilutè purpurascente & cæruleo elegantissimo J. B.* 3. 527.

Gentiana cærulea, oris pilosis. *Gentianella cærulea, oris pilosis C. B. Pin.* 188. *Gentianella lanugine ad singulorum foliorum floris lacinias donata. flore quadripartito J. B.* 3. 525. *Gentianella cærulea, fimbriata, angustifolia, autumnalis Col. Part.* 1. 222.

Gentiana cruciata C. B. Pin. 188. *Gentiana minor seu vulgi Cruciata J. B.* 3. 522. *Gentiana iij Cruciata Clus. Hist.* 313.

Gentiana autumnalis, ramosa C. B. Pin. 188. *Gentiana annua Clusii* 1, *flore ex cæruleo purpureo, exiguo J. B.* 3. 526.

Gentiana pratensis, flore lanuginoso C. B. Pin. 188. *Gentianellæ species quibusdam, an Cordo Pneumonanthe aut Gentiana fugax, altera Clusii J. B.* 3. 526. *Gentiana viij sive Gentiana fugax ij. Clus. Hist.* 315.

Gratiana pratensis, flore breviore & majore C. B. Pin. 188. *Gentianella fugax, tertia Clusii, flore virescente & subcæruleo, breviore & majore J. B.* 3. 526. *Gentiana ix. sive Gentiana fugax iij, Clus. Hist.* 315.

Gentiana utriculis ventricosis C. B. Pin. 188. *Gentianella altera, cærulea, cordata Col. Part. j.* 221.

Gentiana palustris, latifolia flore punctato C. B. Pin. 188. *Gentiana punctato flore subcæruleo Pennæi J. B.* 3. 528. *Gentiana xij punctato flore Clus. Hist.* 316.

Gentiana angustifolia, autumnalis, major C. B. Pin. 188. *Gentiana palustris, angustifolia Ejusd. Gentianæ species, Calathiana quibusdam, radice perpetua, sive palustris J. B.* 3. 524. *Pneumonanthe Tabern. Icon.* 787.

Gentiana omnium minima. *Gentianella omnium minima C. B. Prodr.* 97. *Pin.* 188. *J. B.* 3. 528.

Gentiana ut refert Dioscorides primùm inventa creditur à Gentio Illyriorum Rege, à quo etiam cognomentum habuit. *Lib. 3. Cap. 3.*

GENUS III.

Hydrophyllon.

HYDROPHYLLON est plantæ genus, flore A monopetalo, campaniformi & multifido; ex cujus calyce C surgit pistillum D infimæ floris parti B adinstar clavi infixum, quod deindè abit in fructum E ferè globosum, bivalvem F G & semine fœtum H ejusdem penè formæ. *Tab. 16.*

Hydrophylli speciem unicam novi.

Hydrophyllon Morini Hort. Joncq. 43. *Dencariæ affinis, Echii flore, capsu-*

la Anagallidis A. R. Par. 77. Dentariæ affinis, Echii flore H. R. Par.
Hydrophyllon dicitur à vocibus Græcis ὕδωρ *aqua*, & φύλλον *folium*, quasi diceres folium aquaticum. Cur autem Morinus hanc plantam sic appellarit, obscurum; cùm locis pinguibus quidem delectetur, sed non multùm aquosis.

GENUS IV.

Soldanella. *Soldanéle.*

Tab. 16. SOLDANELLA est plantæ genus, flore A monopetalo, campaniformi, & plerumque fimbriato; ex cujus calyce C. surgit pistillum D, infimæ floris parti B adinstar clavi infixum, quod deindè abit in fructum E cylindraceum apice F dehiscentem, ac plurimis seminibus H fœtum, placentæ G affixis.

Soldanellæ species sunt.

Soldanella Alpina, rotundifolia C. B. Pin. 295. *Soldanella montana quibusdam J. B. 2. 817. Soldanella Alpina, minor. Clus. Hist. 309.*

Soldanella Alpina, rotundifolia, flore niveo C. B. Pin. 296.

Soldanella Alpina, folio minus rotundo C. B. Pin. 296. *Soldanella, Alpina major Clus. Hist. 308.*

GENUS V.

Convolvulus. *Liseron.*

Tab. 17. CONVOLVULUS est plantæ genus, flore A monopetalo, campaniformi, orâ plerumque repandâ; ex cujus calyce D surgit pistillum C, infimæ floris parti B adinstar clavi infixum, quod deindè abit in fructum subrotundum E F G, membranaceum, ipso calyce plerumque involutum, modò unicapsularem I, modò tricapsularem H, & seminibus fœtum K L ut plurimùm angulatis.

Convolvuli species sunt

Convolvulus major, albus C. B. Pin. 294. *Convolvulus major J. B. 2. 154. Smilax lævis, major Dod. Pempt 392. Grand Liseron.*

Convolvulus major, purpureus Cat. Plant Bat.

Primula veris Conſtantinopolitana, flore obſoletè pallido. *Verbaſculum Conſtantinopolitanum, flore obſoletè pallido H. R. Par.*

Primula veris Conſtantinopolitana, flore obſoleti coloris. *Verbaſculum Turcicum ſive Carchichec Turcarum, flore obſoleto H. Edinb.*

Primula veris dicitur à primo vere, quòd ſcilicet plurimæ ejus generis ſpecies tunc florere ſoleant. Dignoſcuntur autem flore & ſemine carentes, foliis rugoſis & veluti aſperis, tenuibus, ad Lactucam nonnihil accedentibus.

GENUS III.

Plantago. *Plantain.*

Tab. 48. PLANTAGO eſt plantæ genus, flore A monopetalo, hypocrateriformi, plerumque quadripartito: ex cujus fundo ſurgit piſtillum C ſtaminibus ut plurimùm longioribus B ſtipatum, quod deinde abit in fructum ſeu teſtam D ferè ovatam aut conicam, per maturitatem in duas partes E F, quarum altera alteri incumbebat, tranſversè dehiſcentem, ſepto intermedio in duo veluti loculamenta diviſam, & ſeminibus fœtam oblongis H, placentæ G affixis.

Plantaginis ſpecies ſunt

Plantago latifolia, glabra C. B. Pin. 189. *Plantago maxima, Hiſpanica Corn. 162. Plantain de marais.*

Plantago latifolia, ſinuata C. B. Pin. 189. *Plantago major, folio glabro, non laciniato ut plurimùm J. B. 3. 502. Plantago major Dod. Pempt. 107.*

Plantago lato, ſanguineo folio H. R. Monſp.

Plantago latifolia, incana C. P. Pin. 189. *Plantago major, hirſuta, media à nonnullis cognominata J. B. 3. 504. Plantago media Dod. Pempt. 107.*

Plantago latifolia, incana, ſpicâ albâ H. Edinb.

Plantago latifolia, roſea, flore expanſo C. B. Pin. 189. *Plantago roſea, flore expanſo J. B. 3. 502. Plantago roſea Lob. Icon. 304. Plantain à bouquet.*

Plantago latifolia, roſea, floribus quaſi in ſpicâ diſpoſitis C. B. Pin. 189. *Plantago roſea J. B. 3. 503. Plantago multiplex Tabern. Icon. 733.*

Plantago latifolia, ſpicâ multiplici, ſparsâ C. B. Pin. 189. *Plantago major, paniculâ ſparsâ J. B. 3. 503. Plantaginis majoris ſpica multiplex Dod. Pempt. 107.*

Plantago latifolia, incana, ſpicis variis C. B. Pin. 189. *Plantago peregrina, latifolia Gareti Cluſ. Hiſt. cix.*

Plantago latifolia, glabra, minor C. B. Pin. 189. *Plantago latifolia, minor J. B. 3. 505. Tabern. Icon. 731.*

Plantago latifolia, hirſuta, minor C. B. Pin. 189. *Plantaginis mediæ genus minimum Thal. 86.*

Plantago villoſa ſeu incana, lanuginoſa C. B. Pin. 189. *Plantago Salmanticenſis Cluſ. Hiſt. cix.*

Plantago anguſtifolia, major C. B. Pin. 189. *Plantago lanceolata J. B. 3. 505. Plantago minor Dod. Pempt.* 107.

Plantago anguſtifolia, minor, ſummo caule folioſo ſeu prolifera noſtras Pluk. Almag. Bot.

Plantago anguſtifolia, prolifera C. B. Pin. 189. *Plantago anguſtifolia Gareti, prolifera Cluſ. Hiſt. cx.*

Plantago argentea, anguſtifolia, è rupe Victoriæ.

Plantago anguſtifolia, ſerrata, Hiſpalenſis C. B. Pin. 189. *Plantago anguſtifolia, alia Cluſ. Cur. poſt. in fol.* 34.

Plantago anguſtifolia, fruticans Cluſ. Cur. poſt. in fol. 34.

Plantago trinervia, latifolia, minor, incana, Hiſpanica Barr. Icon.

Plantago anguſtifolia, minor Tabern. Icon. 732. *Plantaginis lanceolatæ ſpecies minima J. B. 3. 505.*

Plantago piloſa, bulboſa C. B. Pin. 189. *Plantago piloſa, laciniata, Apulæ Col. Part.* 1. 259.

Plantago anguſtifolia, paniculis Lagopi C. B. Pin. 189. *Prodr.* 98. Plantago *quinquenervia, cum globulis albis, piloſis J. B.* 3. 504.

Plantago trinervia, folio anguſtiſſimo C. B. Pin. 189. *Prodr.* 98. *Plantago anguſtifolia, minor, ſpica hirſuta alba, foliis ex atro virentibus valde piloſis J. B.* 3. 506.

Plantago Alpina, folio anguſto, longo & nigricante Bocc. Muſ. Part. 2. 22. *Plantago Alpina, folio nigricante Ejuſd. Tab.* 5.

Plantago trinervia, montana C. B. Pin. 190. *Plantago incana, trinervia, montana Col. Part.* 1. 259.

Plantago anguſtifolia, albida, Hiſpanica. *Holoſteum Plantagini ſimile J. B.* 3. 508. *Holoſteum hirſutum, albicans, majus C. B. Pin.* 190. *Holoſteum Salmanticenſe, majus Cluſ. Hiſt. cx.*

Plantago anguſtifolia, albida, Monſpelienſis. *Holoſteum Monſpeſſulanum J. B.* 3. 508. *Holoſteum hirſutum, albicans, minus C. B. Pin.* 190. *Holoſteum Salmanticenſe, minus Cluſ. Hiſt. cxj.*

Plantago maritima, major, tenuifolia. *Coronopus maritimus, major C. B. Pin.* 190. *Coronopus maritimus, noſtras J. B.* 3. 511. *Plantago anguſtifolia Dod. Pempt.* 108.

Plantago maritima, minor, tenuifolia. *Holoſteum Maſſilienſe C. B. Pin.* 190. *Coronopi, & Sedi montani media planta Maſſilienſium Lob. Icon.* 438.

Plantago maritima, minima, gramineo folio rigido. *Coronopus maritimus Raynaudeti J. B.* 3. 511.

Plantago gramineo folio, major. *Holoſteum ſtrictiſſimo folio, majus C. B. Pin.* 190. *Coronopus, Serpentina J. B.* 3. 510. *Serpentina Mathioli Dod. Pempt.* 109.

Plantago gramineo folio, minor. *Holoſteum ſtrictiſſimo folio, minus C. B. Pin.* 190. *Coronopus, Serpentaria omnium minima J. B.* 3. 511. *Serpentaria omnium minima Lob. Icon.* 439.

Plantago anguſtifolia, minima, Maſſilienſis, Lagopi capitulo.

Plantago paluſtris, gramineo folio, monanthos, Pariſienſis. *Holoſteum aquaticum, Alſinanthemum H. R. Par. App.*

Plantago Luſitanica, hirſuta, maritima, ſpicâ longiori.

Plantago Luſitanica, hirſuta, maritima, ſpicâ breviori.

Quas Plantaginis aquaticæ ſpecies appellarunt, ad Ranunculi genus revocavimus.

Plantaginem per excellentiam dictam fuiſſe exiſtimant, quaſi plantam præſtantiſſimam: alii nomen illud ducunt à pedum plantâ, quâ vulgò teritur, vel quam repræſentat.

GENUS IV.

Coronopus. *Corne de Cerf.*

Tab. 49. CORONOPUS eſt plantæ genus, floribus & fructibus Plantaginis, à quâ differt foliis in profundas partes diſſectis: Plantaginis enim folia vel inciſuris carent vel ſolum denticulata ſunt.

Coronopi ſpecies ſunt

Coronopus hortenſis C. B Pin. 190. *Coronopus ſive Cornu Cervinum vulgò, ſpicâ Plantaginis J. B. 3. 509. Herba ſtella ſive Cornu Cervinum Dod. Pempt. 109. Corne de Cerf.*

Coronopus Maſſiliens, hirſutior, latifolius. *Coronopus Procbytæ Col. Part. 1. 258.*

Coronopus Neapolitanus, tenuifolius Col. Part. 1. 258. *Coronopus laciniatus Ejuſd. Part. 2. 71.*

Coronopus maritimus, minimus, hirſutus C. B. Pin. 191. *Coronopus maritimus minimus Ejuſd. Prodr. 98.*

Coronopus maritimus, roſeus Bocc. Rarior. Plant. 69.

Coronopus dicitur à vocibus Græcis κορώνη, *Cornix*, & πούς, *pes*, quaſi dicas pedem Cornicis.

GENUS V.

Pſyllium. *Herbe aux puces.*

Tab. 49. Hiſt. 330. PSYLLIUM eſt plantæ genus à Coronopo & Plantagine diverſum: quòd in caules aſſurgat foliatos & ramoſos, ut ait Cæſalpinus. Coronopi enim & Plantaginis flores & fructus ſimplici pediculo inſident.

Pſyllii ſpecies ſunt

Pſyllium Dioſcoridis vel Indicum, foliis crenatis C. B. Pin. 191. *Pſyllium Indicum, foliis crenatis J. B. 3. 514. Pſyllium laciniatis foliis Bocc. Rarior. Plant. 8.*

Pſyllium majus, erectum, C. B. Pin. 191. *J. B. 3. 513. Pſyllium Dod. Pempt. 115. Herbe aux puces, annuelle.*

Pſyllium majus, ſupinum C. B. Pin. 191. *J. B. 3. 513. Pſyllium Plinianum fortè, radice perenni, ſupinum Lob. Icon. 437. Herbe aux puces, vivace,*

Pſyllium

Psyllium minus C. B. Pin. 191. *Prodr.* 99.

Psyllium dicitur à voce Græca ψύλλα, Pulex, quòd pulices fugare, vel potius quòd semen ejus pulici simile existimetur.

SECTIO III.

De Herbis flore monopetalo, infundibuliformi, cujus calyx plerumque abit in fructum.

GENUS I.

Jalapa. *Jalap.*

JALAPA est plantæ genus, flore A monopetalo, infundibuliformi, plerumque leviter inciso, qui gemino calyce donatur; altero C à quo involvi, altero verò B cui insidere solet: is autem deinde abit in fructum D subrotundum, semine fœtum E ejusdem formæ F. *Tab.* 50.

Jalapæ species sunt

Jalapa flore purpureo. *Solanum Mexiocanum, flore magno, purpureo seu Kermesino C. B. Pin.* 168. *Jesminum Mexiocanum, sive flos Mexiocanus J. B.* 2. 814. *Viola Peruviana Tabern. Icon.* 315. *Belle de nuit à fleur cramoisi.*

Jalapa flore flavo. *Solanum Mexiocanum, flore magno, flavo C. B. Pin.* 168. *Belle de nuit à fleur jaune.*

Jalapa flore obsoletè rubente. *Solanum Mexiocanum, flore magno, obsoletè rubente C. B.* Pin. 168. *Belle de nuit à fleur rougeâtre.*

Jalapa flore exalbido. *Solanum Mexiocanum, flore magno, exalbido C. B. Pin.* 168. *Belle de nuit à fleur blanchâtre.*

Jalapa ex flore purpureo & luteo mixto. *Solanum Mexiocanum, flore magno ex purpureo & luteo mixto C. B. Pin.* 168. *Belle de nuit à fleur panachée de jaune & de purpurin.*

Jalapa flore ex rubro, luteo & albo mixto. *Solanum Mexiocanum, flore magno ex rubro, luteo & albo mixto C. B. Pin.* 168. *Belle de nuit à fleur panachée de rouge, de jaune & de blanc.*

Jalapa flore ex albo & purpureo dimidiatim commixtis notato. *Solanum Mexiocanum, flore magno ex albo & purpureo dimidiatim commixtis notato C. B. Pin.* 168. *Belle de nuit à fleur mi-partie de blanc & de purpurin.*

Jalapa, flore albo, purpureis maculis, inæqualibus vel latis vel minutis, tam punctatim quàm virgatim asperso. *Solanum Mexiocanum, flore magno inæqualibus vel latis vel minutis maculis purpureis, tam punctatim quàm virgatim album colorem incurrentibus C. B. Pin.* 168. *Belle de nuit à fleur blanche marbrée & panachée de purpurin.*

Jalapa flore radiis flavis distincto. *Solanum Mexiocanum, flore magno, radiis flavis per longitudinem distincto C. B. Pin.* 168. *Belle de nuit à fleur blanche fouetée de jaune.*

Jalapa parvo flore. *Solanum Mexiocanum, parvo flore C. B. Pin.* 168. *Belle de nuit à petite fleur.*

Jalapa officinarum fructu rugoso. *Jalap usuel.*

Scribebat Patavio ad Clusium Jacobus Antonius Cortusus, dragmas duas radicis admirabilis Peruanæ flore vario, seu Jalapæ flore vario, intus sumptas egregiè aquas educere. Plumerius & Lignonius ex Americâ reduces sæpè mihi affirmarunt radices Jalapæ, quæ in officinis usurpatur non differre ab ea specie quam appellavi Jalapam officinarum, fructu rugoso.

Clus. Hist. xc.

GENUS II.

Rubeola.

Tab. 50. RUBEOLA est plantæ genus, floribus A B monopetalis, infundibuliformibus vel quadripartitis vel leviter incisis, insidentibus calyci D E, nunc gemino D C, nunc unico E tantùm. Cui flos insidebat calyx, abit ille deinde in fructum ex duobus seminibus constantem F G.

Rubeolæ species sunt

Rubeola latiore folio. *Rubia latifolia, spicata C. B. Pin.* 334. *Rubia spicata Imp.* 666. *J. B.* 3. 727.

Rubeola angustiore folio. *Rubia angustifolia, spicata C. B. Pin.* 334. *Prodr.* 145.

Rubeola supina, spicâ longissimâ. *Rubia spicata, repens Bot. Monsp.*

Rubeola vulgaris, quadrifolia, lævis, floribus purpurascentibus. *Rubia cynanchica C. B. Pin.* 333. *J. B.* 3. 723. *Galium tetraphyllon, montanum, cruciatum Col. Part.* 1. 297.

Rubeola vulgaris, quadrifolia, levis, floribus albis. *Rubia cynanchica, flore albo Bot. Monsp.*

Rubeola Lusitanica aspera, floribus purpurascentibus.

Rubeola maritima. *Rubia maritima C. B. Pin.* 334. *Rubia marina Narbonensium J. B.* 3. 721. *Rubia marina. Dod. Pempt.* 357.

Rubeola quasi exigua Rubia dicitur propter foliorum formam; à Gallio differt flore infundibuliformi.

GENUS III.

Trachelium.

Tab. 50. TRACHELIUM est plantæ genus, flore A monopetalo, infundibuliformi & multifido, cujus calyx B abit in fructum membranaceum, sæpè trigonum D, in terna loculamenta divisum D, & seminibus fœtum E ut plurimùm exiguis.

Trachelii species sunt

Trachelium azureum, umbelliferum Pon. Bald. Ital. 44. *Cervicaria Valerianoides, cærulea C. B. Pin.* 95.

Trachelium umbelliferum, violaceum, foliis laciniatis. *Valeriana Urti-*

cæfolia, flore violaceo Corn. 23.

Trachelium villosum, floribus confertim ex foliorum alis nascentibus. *Pyramidalis P. Gregorii da-Reggio Clus. Cur. post. in fol.* 36.

Trachelium petræum, floribus in capitulum congestis. *Rapunculus petræus P. Alp. Exot.* 343.

Trachelium minus, Africanum, floribus violaceis, per caulem sparsis. *Campanula minor, Africana, Erini facie, flore violaceo, cauliculis erectis H. L. Bat.*

Trachelium Americanum, Sonchi folio, flore albo longissimo Plum.

Trachelium à tracheâ arteriâ dicitur: eoque nomine appellarunt Campanulæ speciem quandam, quæ asperæ arteriæ morbis auxiliari existimatur.

GENUS IV.

Valeriana. *Valeriane.*

VALERIANA est plantæ genus, flore A B monopetalo, infundibuliformi, multifido, & calyci CD insidente, qui deindè abit in semen ut plurimùm oblongum, ferè planum E F, pappis instructum G H. *Tab. 52.*

Valerianæ species sunt

Valeriana maxima, Pyrenaica, Cacaliæ folio D D Fagon. *Nard de montagne de Leon Lugd. Gall.* 805.

Valeriana Alpina, foliis integris, radice repente, inodora Raii Hist. 389.

Valeriana palustris, media, parùm laciniata C. B. Pin. 164. *Valeriana palustris, inodora, parùm laciniata C. B. Prodr.* 86.

Valeriana Alpina, prima C. B. Pin. 164. *Prodr.* 86. *Valeriana Alpina J. B.* 3. *Part.* 2. 208.

Valeriana Alpina, altera C. B. Pin. 164. *Valeriana sylvestris, Alpina* 1. *latifolia Clus. Hist. lv.*

Valeriana Alpina, Scrofulariæ folio C. B. Pin. 164. *Prodr.* 87. *Valeriana Alpina, folio Scrofulariæ J. B.* 3. *Part.* 2. 208.

Valeriana montana, subrotundo folio C. B. Pin. 165. *Valeriana montana Lugd.* 1127.

Valeriana Alpina, Nardo Celticæ similis C. B. Pin. 165. *Valeriana minima, Nardifolia J. B.* 3. *Part.* 2. 206. *Valeriana sylvestris, Alpina, ij, saxatilis Clus. Hist. lvj.*

Valeriana Cretica, Filipendulæ radice. *Nardus Cretica, Filipendulæ radice C. B. Pin.* 165. *Nardo tuberoso di Candia Pon. Bald. Ital.* 125.

Valeriana Celtica. *Nardus Celtica Dioscoridis C. B. Pin.* 165. *Nardus Celtica J. B.* 3. *Part.* 2. 205. *Nardus Alpina Hist. lvij.*

Valeriana rubra C. B. Pin. 165. *Dod. Pempt.* 351. *Valeriana rubra, latifolia J. B.* 3. *Part.* 2. 211.

Valeriana marina, angustifolia sive minor, rubra Mor. Umb.

Valeriana rubra, angustifolia C. B. Pin. 165. *J. B.* 2. *Part.* 2. 211.

Valeriana marina, latifolia sive major, alba Mor. Umb.

Valeriana marina, anguſtifolia ſive minor, alba Mor. Umb.

Valeriana hortenſis, Phu folio Oluſatri Dioſcoridis C. B. Pin. 174. *Valeriana major, odoratâ radice J. B. 3. Part. 2. 209. Valeriana hortenſis Dod. Pempt. 349. Grande Valeriane.*

Valeriana ſylveſtris, major C. B. Pin. 164. *Valeriana ſylveſtris, magna, aquatica J. B. 3. Part. 2. 210. Valeriana ſylveſtris Dod. Pempt. 349.*

Valeriana ſylveſtris, major, altera, folio lucido H. R. Par.

Valeriana paluſtris, major C. B. Pin. 164. *Valeriana paluſtris, major, profundè laciniata C. B. Prodr. 86.*

Valeriana paluſtris, minor C. B. Pin. 164. *Valeriana minor, pratenſis vel aquatica J. B. 3. Part. 2. 211. Valeriana minima Dod. Pempt. 350.*

Valeriana aquatica, minor, flore minore Raii Hiſt. 389.

Valeriana Alpina, minor C. B. Pin. 165. *Nardus montana, radice Olivarii Ejuſd. Pin. 165. Nardus montana, radice oblonga Ejuſd. Pin. 165. Nardus montana, longius radicata Cam. Epit. 16.*

Valeriana foliis Calcitrapæ C. B. Pin. 164. *Valeriana annua, altera Cluſ. Hiſt. liiij.*

Valeriana Luſitanica, latifolia, annua, laciniata.

Valeriana à Valerio quodam ſeu potius à voce latinâ *valeo*; quòd viribus eximiis valere exiſtimetur.

Valerianæ ſpecies quo tempore floribus & ſemine carent, radice odoratâ, foliis glabris, ad nodos caulium geminis vulgò dignoſcuntur.

GENUS V.

Valerianella. *Mache.*

Tab. 52. VALERIANELLA eſt plantæ genus, flore monopetalo, infundibuliformi, multifido A B C D, & calyci E F G inſidente. Is autem deindè abit in fructum monoſpermum quidem ſed variæ prorſus figuræ. Alius enim H à ferri lanceæ formâ non multum recedit, ex duabus partibus conſtans I, quarum alterutra K ſemen fovet A. Alius M N ovatus eſt umbilicatus, tricuſpis, unico ſemine fœtus. Fructus O ſemen unicum pariter gerit umbilico pelviformi pulchrè ſecto ornatum. Fructus P cæteris longior eſt, fungoſus, lunatus cum ſemine tereti Q R. Fructus denique S in tres hamos deſinit & ſemen habet nonnihil incurvum T.

Valerianellæ ſpecies ſunt.

Valerianella arvenſis, præcox, humilis, ſemine compreſſo Mor. Umb. *Valeriana campeſtris, inodora, major C. B. Pin. 165. Locuſta herba J. B. 3. 323. Mache.*

Valerianella arvenſis, præcox, humilis, foliis ſerratis. *Lactuca agnina ſeu Valerianella foliis ſerratis Raii Hiſt. 392. Locuſta altera, foliis ſerratis J. B. 3. 324.*

Valerianella arvenſis, ſerotina, altior, ſemine turgidiori Mor. Umb.

Valerianella ſemine umbilicato, nudo, rotundo Mor. Umb.

Valerianella ſemine umbillicato, nudo, oblongo Mor. Umb.
Valerianella ſemine umbilicato, hirſuto, majore Mor. Umb.
Valerianella ſemine umbilicato, hirſuto, minore Mor. Umb.
Valerianella Cornucopoides, flore galeato Mor. Umb. *Valeriana peregrina, purpurea, albave C. B. Pin.* 164. *Valeriana peregrina, ſeu Indica J. B.* 3. *Part.* 2. 212. *Valeriana Indica Cluſ. Hiſt. liiij.*
Valerianella Cornucopoides, echinata Col. Part. 1. 206.
Valerianella ſemine ſtellato C. B. Pin. 156. *Valerianella ſemine Scabioſæ ſtellato, hirſuto & etiam umbilicato Col. Part.* 1. 209.
Valerianella Scabioſæ ſemine, major, Luſitanica Mor. Umb.
Valerianella dicitur quaſi exigua Valeriana. Quo tempore floribus & fructu caret, ramis bifidis ſeu dichotomis, foliis binis ex adverſo poſitis, glabris, & venoſis diſtingui ſolet.

SECTIO IV.

De Herbis flore monopetalo, infundibuliformi, vel rotato, cujus piſtillum quatuor veluti embryonibus ſtipatur in totidem ſemina abeuntibus & in calyce matureſcentibus.

GENUS I.

Borrago. *Bourrache.*

BORRAGO eſt plantæ genus, flore A monopetalo, rotato: ex cujus calyce C multifido ſurgit piſtillum D mediæ floris parti B adinſtar clavi infixum, & quatuor veluti ſtipatum embryonibus, qui deindè abeunt in totidem ſemina F viperini capitis æmula, quæ in calyce ipſo E longè ampliato matureſcunt. *Tab.* 53.

Borraginis ſpecies ſunt

Borrago floribus cæruleis J. B. 3. 574. *Bugloſſum latifolium, Borrago flore cæruleo C. B. Pin.* 256. *Bugloſſum ſive Borrago Matth.* 1186. *Bourrache à fleur bleue.*
Borrago floribus albis J. B. 3. 574. *Bugloſſum latifolium, Borrago flore candido C. B. Pin.* 256. *Bourrache à fleur blanche.*
Borrago flore palleſcente, roſeo aut ſuave-rubente. *Bugloſſum latifolium, Borrago, flore palleſcente, roſeo aut ſuave-rubente C. B. Pin.* 256. *Bourrache à fleur couleur de chair.*

GENUS II.

Bugloſſum. *Bugloſe.*

BUGLOSSUM eſt plantæ genus, flore A C monopetalo, infundibuliformi & multifido: ex cujus calyce E ad baſim uſque ſecto, ſurgit piſtillum F infimæ floris parti B D adinſtar clavi infixum, & quatuor veluti ſtipatum em- *Tab.* 53.

bryonibus, qui deindè abeunt in totidem semina viperini capitis æmula H, quæ in calyce ipso G longè ampliato maturescunt.

Buglossi species sunt

Buglossum latifolium, semper virens C. B. Pin. 256. *Buglossum folio Borraginis, Hispanicum J. B. 3. 577. Buglossum semper virens Lob. Icon. 575.*

Buglossum angustifolium, majus, flore cæruleo C. B. Pin. 256. *Buglossum vulgare, majus J. B. 3. 578. Buglossum angustifolium Lob. Icon. 576. Buglose.*

Buglossum angustifolium, majus, flore albo C. B. Pin. 276. *Buglossum Italicum, flore albo Eyst.*

Buglossum angustifolium, majus, flore rubro aut variegato C. B. Pin. 256.

Buglossum foliis sinuosis C. B. Pin. 256.

Buglossum vulgare, asperitate & proceritate discrepans C. B. Pin. 256. *Buglossum vulgare, violaceo & albo colore Eyst.*

Buglossum sylvestre, majus, nigrum C. B. Pin. 256. *Buglossum alterum, flore nigro Math.* 1188.

Buglossum Creticum, majus, flore cæruleo, purpurante H. R. Par. *Borragine sylvestre di Candia, di fior azuro Zan.* 51.

Buglossum Creticum, majus, flore suave-rubente.

Buglossum Creticum, majus, flore albo.

Buglossum Lusitanicum, Echii folio undulato.

Buglossum angustifolium, minus C. B. Pin. 256. *Buglossum vulgare minus J. B. 3. 578. Echii facie Buglossum minimum, flore rubente Lob. Icon. 576.*

Buglossum sylvestre, minus C. B. Pin. 256. *Echium Fuchsii, sive Borrago sylvestris J. B. 3. 581. Buglossa sylvestris Dod. Pempt. 628.*

Buglossum Creticum, minimum, odoratum, flore vario eleganti H. R. Par. *Borragine murale, con fior odorato di Candia Zan.* 47.

Buglossum Creticum, verrucosum, perlatum quibusdam H. R. Par. *Buglossum Lusitanicum, bullatis foliis Mor. H. R. Bles.*

Buglossum angustifolium, semine echinato. *Cynoglossum minus C. B. Pin. 257. J. B. 3. 606. Cynoglossa minor Plinii Col. Part. 1. 179.*

Buglossum radice rubra, sive Anchusa vulgatior, floribus cæruleis. *Anchusa puniceis floribus C. B. Pin. 255. Anchusa Monspeliana J. B. 3. 584. Anchusa parva Lob. Icon. 578. Orcanette.*

Buglossum radice rubra, sive Anchusa vulgatior, floribus albis.

Buglossum angustis, dentatis foliis. *Anchusa angustis, dentatis foliis Bocc. Mus. Part. 2. 84. Tab. 77.*

Buglossum fruticosum, Rorismarini folio. *Anchusa angustifolia C. B. Pin. 255. Libanotidis species Rondeletii J. B. 2. 25. Anchusa minor, lignosior Ejusdem 3. 582. Anchusa lignosior, angustifolia Lob. Icon. 578.*

Buglossum fruticosum, Lusitanicum, Lithospermi folio.

Buglossum arvense, annuum, Lithospermi folio. *Lithospermum arvense, radice rubra C. B. Pin 258. Lithospermum nigrum quibusdam, flore albo, semine Echii J. B. 2. 592. Echioides alba Col. Part. 1. 185.*

Buglossum luteum, annuum, minimum. *Anchusa lutea, minor J. B. 3. 583.*

Echoides lutea, minima, Apula, campestris Col. Part. 1. 184. *Anchusa lutea, minima Lob. Obs.* 312.

Buglossum Lusitanicum, foliis asperis, oblongis, angustioribus & crispis.

Buglossum Lusitanicum, foliis angustioribus, bullis minimis exasperatis.

Buglossum marinum, incanum, cæruleo flore H. L. Bat. *Cynoglossum procumbens, glaucophyllon, maritimum, nostras, floribus purpuro-cæruleis, semine lævi Pluk. Phytog. Tab.* 172. *fig.* 3. *Echium marinum Phytol. Britan.*

Buglossum differt à Borragine floris structurâ. Dicitur autem à vocibus Græcis, Βοῦς *Bos* & γλῶσσα, *lingua*, quasi diceres linguam bovillam.

GENUS III.

Asperugo.

ASPERUGO est plantæ genus, flore A monopetalo, infundibuliformi & multifido: ex cujus calyce C pelviformi (qui deindè sponte comprimitur D) surgit pistillum E infimæ floris parti B adinstar clavi infixum & quatuor veluti stipatum embryonibus, qui deindè abeunt in totidem semina F ut plurimùm oblonga K, quæ maturescunt in calyce ipso I longè ampliato, cujus partes G H tunc adeo comprimuntur ut sibi mutuo adhærescant. *Tab.* 54.

Asperuginis species sunt

Asperugo vulgaris. *Buglossum sylvestre, caulibus procumbentibus C. B. Pin.* 257. *Cynoglossa fortè topiaria Plinio, sive Echium lappulatum quibusdam J. B.* 3. 590. *Asperugo spuria Dod. Pempt.* 136.

Asperugo tenuior, floribus albis. *Buglossum caulibus procumbentibus, tenerius, floribus albis Mentz. Pug. Tab.* 7.

GENUS IV.

Echium. *Viperine.*

ECHIUM est plantæ genus, flore A B monopetalo, infundibuliformi, nonnihil inflexo, cujus margo superior longius excurrit quàm inferior. Ex calyce autem D E F ad basim usque ut plurimùm secto, surgit pistillum G posticæ floris parti C adinstar clavi infixum & quatuor veluti stipatum embryonibus, qui deindè abeunt in totidem semina viperini capitis æmula H, quæ in calyce ipso I longè ampliato maturescunt. *Tab.* 54.

Echii species sunt

Echium majus & asperius, flore albo C. B. Pin. 254. *Echium albo flore, majus J. B.* 3. 588. *Echium flore albo Cam. Epit.* 738.

Echium majus & asperius, flore dilutè purpureo Bot. Monsp. *Lycopsis Monspeliaca, floribus dilutè purpureis Mor. H. R. Bles.*

Echium amplissimo folio, Lusitanicum.

Echium vulgare C. B. Pin. 254. *J. B.* 3. 586. *Echium Dod. Pempt.* 631.

Echium flore albo H. Edinb.

Echium Creticum, latifolium, rubrum C. B. Pin. 254. *Echium Creticum* 1. *Clus. Hist. clxiiij.*

Echium Creticum, flore variegato H. Edinb.

Echium Creticum, anguſtifolium, rubrum C. B. Pin. 254. *Echium Creticum 2. Cluſ. Hiſt. clxv.*

Echium ſylveſtre, hirſutum, maculatum C. B. Pin. 254. *Echium rubro flore J. B. 3. 589. Cluſ. Hiſt. clxiiij.*

Echium maritimum, inſularum Stæchadum, flore maximo. *Lycopſis Spatulæ folio, Hiſpanica & Sicula Bocc. Muſ. Part. 2. 84. Tab. 78.*

Echium procumbens, floſculis atro rubentibus, annuum Mor. H. R. Bleſ.

Echium foliis anguſtis & villoſis. *Anchuſa anguſtis, villoſis foliis Bocc. Muſ. Part. 2. 84. Tab. 78.*

Echium Roriſmarini folio. *Lycopſis anguſtifolia, minor Bocc. Muſ. Part. 2. 84. Tab. 78.*

Echium dicitur à voce Græca ἔχις, *vipera* non tantùm propter ſeminis formam, ſed quòd demorſis à Viperâ auxiliari exiſtimetur.

GENUS V.

Pulmonaria. *Pulmonaire.*

Tab. 55. PULMONARIA eſt plantæ genus, flore A monopetalo, infundibuliformi, cujus pars ſuperior quæ multifida eſt, pelvim quodammodo refert. Ex calyce autem C E tubulato, ut plurimùm pentagono, quinquefido ſurgit piſtillum D infimæ floris parti B adinſtar clavi infixum, & quatuor veluti ſtipatum embryonibus, qui deinde abeunt in totidem ſemina F, quæ in calyce ipſo E ampliato maturescunt.

Pulmonariæ ſpecies ſunt

Pulmonaria Italorum ad Bugloſſum accedens J. B. 3. 599. *Symphytum maculoſum ſive Pulmonaria latifolia C. B. Pin. 259. Pulmonaria vulgaris, maculoſo folio Cluſ. Hiſt. clxix.*

Pulmonaria vulgaris, latifolia, flore albo.

Pulmonaria Alpina, foliis mollibus, ſubrotundis, flore cæruleo. *Symphytum ſeu Pulmonaria Alpina, foliis mollibus ſubrotundis, flore cæruleo H. R. Par.*

Pulmonaria folio non maculoſo Cluſ. Hiſt. clxix.

Pulmonaria foliis Echii Lob. Icon. 386. *Pulmonaria anguſtifolia, rubente cæruleo flore C. B. Pin. 260.*

Pulmonaria foliis Echii, flore albo.

Pulmonaria rubro flore, foliis Echii J. B. 3. 597. *Pulmonaria iv. rubro flore Cluſ. Hiſt. clxx.*

Pulmonaria anguſtifolia, cæruleo flore J. B. 3. 596. *Symphytum maculoſum ſive Pulmonaria anguſtifolia, cærulea C. B. Pin. 260. Pulmonaria anguſtifolia Taber. Icon. 557.*

Pulmonaria Alpina, anguſto folio, Italica Bocc. Muſ. Part. 2. 110. *Pulmonaria Alpina, anguſto folio Ejuſd. Tab. 86.*

Pulmonaria mitis, Fragariæ odore Bocc. Muſ. Part. 2. 148. *Pulmonaria Fragariæ odore Ejuſd. Tab. 105.*

Pulmonaria

Pulmonaria Cretica, annua, calyce vesicario. *Borragine sylvestre, annua, di Candia Zan. Hist.* 48.

Pulmonaria viridi, subrotundo, non maculato folio Bocc. Mus. Part. 2. 135. *Pulmonaria viridis, non maculata, subrotunda Ejusd. Tab.* 95.

Pulmonaria differt à congeneribus calycis formâ. Quo tempore species ejus floribus & fructu carent facile dignoscuntur foliis oblongis vel subrotundis, non incisis, mollibus vel asperis, & plerumque maculatis, Pulmonis malè affecti adinstar, unde nomen traxit.

GENUS VI.

Lithospermum. *Gremil, ou Herbe aux perles.*

LITHROSPERMUM est plantæ genus, flore A monopetalo, infundibuliformi, multifido: ex cujus calyce C ad basim usque secto surgit pistillum D infimæ floris parti B adinstar clavi infixum, & quatuor veluti stipatum embryonibus, qui deinde abeunt in totidem semina G subrotunda, dura, expolita, nitida, quæ in calyce ipso E, longè ampliato maturescunt. *Tab.* 55.

Lithospermi species sunt

Lithospermum majus, erectum C. B. Pin. 258. *Lithospermum sive Milium solis J. B.* 3. 590. *Lithospermum minus Dod. Pempt.* 83. *Gremil, Herbe aux perles.*

Lithospermum minus, repens, latifolium C. B. Pin. 258. *Lithospermum majus Dodonæi, flore purpureo, semine Anchusæ J. B.* 3. 572. *Lithospermum majus Dod. Pempt.* 83.

Lithospermum arvense, minus. *Echium Scorpioides, arvense C. B. Pin.* 254. *Echium Scorpioides, solisequum, flore minore J. B.* 3. 589.

Lithospermum arvense, minus, floribus luteis vel luteo-cæruleis.

Lithospermum palustre, minus, flore cæruleo. *Echium Scorpioides, palustre C. B. Pin.* 254. *Echium Scorpioides, solisequum, flore majore, cæruleo J. B.* 3. 589.

Lithospermum palustre, minus, flore albo. *Echium Scorpioides, palustre, flore niveo C. B. Pin.* 254. *Echium Scorpioides, solisequum, flore majore, albo J. B.* 3. 589.

Lithospermum Alpinum, tomentosum, minimum. *Echium Scorpioides, Alpinum, nanum, supinum Bocc. Mus. Part.* 2. 149. *Echium Scorpioides, Alpinum, tomentosum, nanum, supinum Ejusd. Tab.* 107.

Ab eo genere excludendæ sunt species sequentes, quæ Lithospermi notis carent. *Lithospermum arundinaceum, forte Dioscoridis & Plinii C.B.Pin.* 258. *Vide Lacryma Job. Lithospermum arvense, radice rubra C. B. Pin.* 258. *Buglossi species est. Lithospermum Linariæ folio, Germanicum C. B. Pin.* 259. *inter Thymeleæ species recensitum. Lithospermum Linariæ folio, Monspeliacum C. B. Pin.* 259. *quod ad Linum attinet.*

Lithospermum, quasi diceres semen lapideum, à vocibus nempe λίθος, *lapis*, & σπέρμα, *semen*.

GENUS VII.

Symphytum. *Consoude.*

Tab. 56. SYMPHYTUM est plantæ genus, flore A monopetalo, infundibuliformi oblongo & quasi campaniformi: ex calyce autem C D ad basim fermè secto, surgit pistillum E posticæ floris parti B adinstar clavi infixum, & quatuor veluti stipatum embryonibus, qui deinde abeunt in totidem semina G viperini capitis H æmula, quæ in calyce ipso F, longe ampliato maturescunt.

Symphyti species sunt

Symphytum Consolida major flore purpureo, quæ mas C. B. Pin. 259. *Symphytum magnum J. B. 3. 593. Dod. Pempt. 134. grande Consoude.*

Symphytum Consolida major, flore purpureo-cæruleo C. B. Pin. 259.

Symphytum Consolida major, flore albo vel pallide-luteo, quæ fæmina C. B. Pin. 259.

Symphytum Consolida major, flore luteo C. B. Pin. 259.

Symphytum Consolida major, flore variegato H. L. Bat.

Symphytum majus, tuberosa radice C. B. Pin. 259. *Symphytum tuberosum, J. B. 3. 594. Dod. Pempt. 134.*

Symphytum minus, tuberosa radice C. B. Pin. 259. *Symphytum tuberosum, minus Clus. Hist. clxvj.*

Symphytum Echii folio ampliore, radice rubra, flore luteo. *Anchusa lutea, major C. B. Pin. 255. Anchusa lutea J. B. 3. 583. Lob. Icon. 578.*

Symphytum Echii folio ampliore, radice rubra, flore exalbido. *Anchusa flore albo aut pallido Clusii J. B. 3. 583. Anchusa exalbido flore Clus. Hist. clxv.*

Symphytum Echii folio angustiore, radice rubra, flore luteo. *Anchusa lutea, minor C. B. Pin. 255. Anchusa Echioides, lutea, Cerinthoides, montana Col. Part. 1. 183.*

Ab eo genere excludendum est. *Symphytum minus, Borraginis facie C. B. Pin. 259. quod Omphalodis species est.*

Lib. 4. cap. 10. Symphytum à congeneribus differt floris formâ: nomen duxit ἀπὸ τοῦ συμφύειν, hoc est simul nasci; nam ex Dioscoride radices Symphyti alterius carnium frusta quibuscum coquuntur, cogunt, ita ut coalescant.

GENUS VIII.

Heliotropium. *Herbe aux verrues.*

Tab. 57. HELIOTROPIUM est plantæ genus, flore A monopetalo, infundibuliformi, centro stellæ in modum corrugato & in decem partes alternatim inæquales ad oram inciso: ex calyce autem C surgit pistillum D infimæ floris parti B adinstar clavi infixum & quatuor veluti stipatum embryonibus, qui deinde abeunt in totidem semina E F hinc angulata, inde gibba, quæ in calyce ipso maturescunt.

Heliotropii ſpecies ſunt

Heliotropium majus Dioſcoridi C. B. Pin. 253. *Heliotropium majus, flore albo J. B.* 3. 604. *Heliotropium Dod. Pempt.* 70.

Heliotropium Siculum, majus, flore amplo, odorato Bocc. Rarior. Plant. 90.

Heliotropium majus, autumnale, Jaſmini odore.

Heliotropium medium, ſtrigoſius, Italicum Barr. Icon.

Heliotropium minus, ſupinum C. B. Pin. 253. *Heliotropium minus quorundam ſive ſupinum J. B.* 3. 605. *Heliotropium ſupinum Dod. Pempt.* 70.

Heliotropium Americanum, cæruleum, foliis Hormini A. R. Par. 83. *Aguaraquinha Piſon Edit.* 1658. 229.

Heliotropium Americanum, cæruleum, foliis Hormini anguſtioribus H. L. Bat. *Jacua-Acanga Piſon Edit.* 1658. 229.

Heliotropium Curaſſavicum, folio Lini umbilicati Prodr. Par. Bat. *Heliotropium Lini umbilicati facie Par. Bat.* 183.

Heliotropium arboreum, maritimum, tomentoſum, Gnaphalii Americani foliis Sloane Cat. Plant. Jam. 93. *Heliotropium Gnaphaloides, littoreum, fruticeſcens, Americanum, ſeu Lavender Barbadenſibus dictum Pluk-Phitog. Tab.* 193. *fig.* 5.

Ab eò genere excludendum eſt *Heliotropium tricoccon C. B. Pin.* & ad Ricinoidis ſpecies amandandum.

Heliotropium dicitur à vocibus Græcis, ἥλιος, *ſol*, & τρέπειν, *vertere*: non quòd hæc planta ad ſolis diurnum motum convertatur, ſed ut ait Dodonæus, quòd æſtivo ſolſtitio floreat, quo tempore ſol longiſſime ab æquinoctiali circulo digreſſus ad ipſum rurſus converſionem facit. *Pempt.* 76.

GENUS IX.

Cynogloſſum. *Langue de chien.*

CYNOGLOSSUM eſt plantæ genus, flore A monopetalo, infundibuliformi & multifido, ex cujus calyce C ſurgit piſtillum D infimæ floris parti B adinſtar clavi infixum, quod deinde abit in fructum E ex quatuor capſulis conſtantem H I K, ut primùm aſperis, & ſemine ferè plano G fœtis, placentæ F pyramidatæ & quadrilateræ affixis. *Tab.* 57.

Cynogloſſi ſpecies ſunt

Cynogloſſum majus, vulgare C. B. Pin. 257. *Cynogloſſum vulgare J. B.* 3. 598. *Cynogloſſum Dod. Pempt.* 54. *Langue de Chien.*

Cynogloſſum majus, vulgare, flore albo C. B. Pin. 257.

Cynogloſſum maximum, Belgicum C. B. Pin. 257. *Cynogloſſum maximum Lob. Obſ.* 313.

Cynogloſſum montanum, maximum. *Cynogloſſa montana, maxima, frigidarum regionum Col. Part.* 1. 178. *Deſcript. Icon.* 175.

Cynogloſſum montanum, virenti folio, majori flore. *Cynogloſſa media, altera, virente folio, rubro flore, montana, frigidarum regionum Col. Part.* 1. 176. *Deſcript. Icon.* 170.

Cynoglossum montanum, virenti folio, minore flore. *Cynoglossa folio virenti J. B. 3. 600.*

Cynoglossum globoso flore C. B. Pin. 257. *Cynoglossa media, montana, incana, angustifolia, altera, flore globoso, frigidarum regionum Col. Part. 1. 173.*

Cynoglossum fructu umbilicato C. B. Pin. 257. *Cynoglossa altera, media, fructu κοτυλώδης, sive λυχνιώδης, montana Col. Part. 1 178.*

Cynoglossum Creticum, latifolium, fœtidum C. B. Pin. 257 *Cynoglossum Creticum ij Clusii J. B. 3. 601. Clus. Hist. clxij. Cynoglossum folio molli, incano, flore cæruleo, striis rubris variegato Mor. H R. Bles.*

Cynoglossum Creticum, argenteo, angusto folio C. B. Pin. 257. *Cynoglossum Creticum 1. Clusii J. B. 3. 600. Clus. Hist. clxij.*

Cynoglossum Lithospermi folio, Hispanicum.

Ab eo genere excludendum est. *Cynoglossum medium & minus C. B. Pin. 257.* inter Buglossi species recensendum.

Cynoglossum dicitur à vocibus Græcis κυον, κυνὸς, *Canis* & γλῶσσα, *Lingua.*

GENUS X.

Omphalodes.

Tab. 58. OMPHALODES est plantæ genus, flore A monopetalo, rotato & multifido: ex cujus calyce D surgit pistillum C mediæ floris parti B adinstar clavi infixum, quod deinde abit in fructum E ex quatuor capsulis constantem G H cavis, umbilicatis, calathum quodammodo referentibus, semine ferè plano I fœtis, placentæ F pyramidatæ & quadrilateræ affixis.

Omphalodis species sunt

Omphalodes Lusitanica, Lini folio. *Linum umbilicatum Park. Theat. 1687.*

Omphalodes Lusitanica, Cynoglossi folio.

Omphalodes pumilla, verna, Symphyti folio. *Symphytum minus, Borraginis facie C. B. Pin. 259. Symphytum pumilum, repens, sive Borrago minima Herbariorum J. B. 3. 597. Symphytum pumilum, repens, Borraginis facie seu Borrago minima Herbariorum, spuria Lob. Icon. 577.*

Omphalodes dicitur à voce Græca ὀμφαλός umbilicus: ejus enim capsulæ umbilicatæ sunt.

SECTIO V.

De Herbis flore monopetalo, infundibuliformi, & semine singulari.

GENUS I.

Plumbago.

Tab. 58. PLUMBAGO est plantæ genus, flore A monopetalo, infundibuliformi & multifido: ex cujus calyce tubulato C surgit pistillum D infimæ floris parti

B adinſtar clavi infixum, quo ddeinde abit in ſemen oblongum F G plerumque acuminatum, in ipſo calyce E matureſcens.

Plumbaginis ſpecies ſunt

Plumbago quorundam Cluſ. Hiſt. cxxiij. *Lepidium Dentellaria dictum C. B. Pin.* 97. *Dentellaria Rondeletii J. B.* 2. 941.

Plumbago flore albo.

Plumbago Americana, Betæ folio ampliori Plum.

Plumbago Americana, ſcandens, aculeata, Betæ folio minori Plum.

SECTIO VI.

De Herbis flore monopetalo, rotato, cujus piſtillum abit in fructum ſiccum.

GENUS I.

Lyſimachia *Corneille.*

LYSIMACHIA eſt plantæ genus, flore A B monopetalo, rotato, & multifido: ex ejus calyce D ſurgit piſtillum E mediæ floris parti C adinſtar clavi infixum, quod deinde abit in fructum ſeu teſtam ferè globoſam F, apice dehiſcentem G, ſeminibus fœtam K, placentæ H I affixis. *Tab.* 59.

Lyſimachiæ ſpecies ſunt

Lyſimachia lutea, major, quæ Dioſcoridis C. B. Pin. 245. *Lyſimachia lutea J. B.* 2. 91. *Lyſimachium legitimum Dod. Pempt.* 84.

Lyſimachia lutea, major, quæ Dioſcoridis, foliis ternis C. B. Pin. 245.

Lyſimachia lutea, major, quæ Dioſcoridis, foliis quaternis C. B. Pin. 245.

Lyſimachia lutea, major, quæ Dioſcoridis, foliis quinis.

Lyſimachia lutea, major, pentaphyllos, Canadenſis flore pleno H. R. Par.

Lyſimachia lutea, minor, foliis nigris punctis notatis C. B. Pin. 245. *Lyſimachia lutea, minor J. B.* 2. 902. *Lyſimachia lutea ij Cluſ. Hiſt. lij.*

Lyſimachia trifolia, lutea, ſpicata C. B. Pin. 245. *Lyſimachia lutea,* ἑξάνθος *altera, Col. Part.* 1. 257.

Lyſimachia bifolia, flore globoſo, luteo C. B. Pin. 245. *Lyſimachia altera, lutea Lobelio, flore quaſi ſpicato J. B.* 2. 902. *Lyſimachia lutea, altera aut Lyſimachia Salicaria Lob. Icon.* 263. *Part.* 2.

Lyſimachia ſpicata, flore albo, Salicis folio. *Ephemeron Mathioli J. B.* 2. 905. *Ephemerum Mathioli vel potius Ephemerum ſpurium Lob. Icon.* 354.

Lyſimachia humifuſa, folio rotundiore, flore luteo. *Nummularia major, lutea C. B. Pin.* 309. *Nummularia ſive Centimorbia J. B.* 3. 370. *Nummularia Dod. Pempt.* 600. *Nummulaire.*

Lyſimachia humifuſa, folio rotundiore, flore purpuraſcente. *Nummularia rubra J. B.* 3. 371. *Nummularia minor, purpuraſcente flore C. B. Pin.*

310. *Nummularia flore purpurascente Ejusd. Prodr.* 136.

Lysimachia humifusa, folio subrotundo, acuminato, flore luteo. *Anagallis lutea nemorum C. B. Pin.* 252. *Anagallis lutea, Nummulariæ similis J. B.* 3. 370. *Anagallis lutea Lob. Icon.* 466.

Lysimachia annua, minima, Polygoni folio. *Linum minimum, stellatum C. B. Pin.* 214. *Prodr.* 107. *Bot. Monsp.*

Ab eo genere excludendæ sunt *Lysimachia lutea, corniculata C. B. Pin.* 245. *quæ Onagræ species est. Lysimachiæ siliquosæ species C. B. ad Chamænerion revocandæ. Lysimachiæ spicata, purpurea fortè Plinii C. B. Pin.* 246. *quæ ad Salicariæ genus attinet. Lysimachia spicata, cærulea C. B. Pin.* 246. *inter Veronicas recensenda. Lysimachia rubra, non siliquosa C. B. Pin.* 246. *Salicariæ species videtur. Lysimachia Linifolia, purpuro-cærulea C. B. Pin.* 246. *hæc fortè etiam inter Salicarias annumeranda. Lysimachia cærulea, galericulata vel gratiola cærulea C. B. Pin.* 246. *Cassidæ species est.*

Lib. 25. *cap.* 7. Invenit & Lysimachius herbam Lysimachiam, inquit Plinius, quæ ab eo nomen retinet.

GENUS II.

Anagallis. *Mouron.*

Tab. 59. ANAGALLIS est plantæ genus, flore A monopetalo, rotato & multifido: ex cujus calyce D surgit pistillum C mediæ floris parti B adinstar clavi infixum, quod deinde abit in fructum seu testam ferè globosam E per maturitatem in duas partes G F, quarum altera alteri incumbebat, transversa dehiscentem, & seminibus fœtam H ut plurimùm angulatis I, placentæ K affixis.

Anagallis species sunt

Anagallis phœniceo flore C. B. Pin. 252. *Anagallis phænicea, mas J. B.* 3. 369. *Anagallis mas. Dod. Pempt.* 32. *Mouron à fleur rouge.*

Anagallis phænicea, foliis amplioribus, ex adverso quaternis Raii Synops. 205

Anagallis cæruleo flore C. B. Pin. 252. *Anagallis cærulea, fœmina J. B.* 3. 269. *Anagallis fœmina Dod. Pempt.* 32.

Anagallis cærulea, foliis binis, ternisve ex adverso nascentibus C. B. Pin. 252. *Anagallis tenuifolia Monnelli Clus. App. alt. ad lib. vj.*

Anagallis fœmina, flore ferrugineo H. Edinb.

Anagallis floribus obsoletè purpureis Park. Theat. 558. *Anagallis purpurascente flore Clus. Hist. clxxxiij.*

Anagallis floribus carneis Park. Theat. 558.

Anagallis flore albo C. B. Pin. 252. *Anagallis fœmina, flore albo H. Edinb. Anagallis terrestris, flore albo Raii Synops.* 206.

Anagallis Hispanica, latifolia, maximo flore. *Anagallis exotica, amplo flore cæruleo Broff.*

Anagallis Lusitanica, folio rotundiore.

Anagallis Lusitanica, latifolia, parvo flore.

Anagallis Lusitanica, Linariæ folio, major.
Anagallis Lusitanica, Linariæ folio angustiore.
Anagallis pusilla seu omnium minima Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 569.
Anagallis minima, maritima, Gallo-Provincialis, folio rotundiore.
Ab eo genere excludendæ sunt. *Anagallidis aquaticæ species C. B. Pin.* 252. quæ ad Veronicam vel ad ad Samolum revocandæ.

GENUS III.

Samolus.

SAMOLUS est plantæ genus, flore A monopetalo, rotato & multifido: ex cujus calyce D surgit pistillum C mediæ floris parti B adinstar clavi infixum, quod deinde cum calyce conjunctum abit in fructum seu testam E apice dehiscentem F, seminibus fœtam G ut plurimùm exiguis. *Tab. 60.*

Samoli speciem unicam novi.

Samolus Valerandi J. B. 3. 791. *Anagallis aquatica, folio rotundo, non crenato C. B. Pin.* 252. *Anagallis aquatica, tertia Lob. Icon.* 467.

Samolus non solùm differt à Lysimachiâ floris formâ; sed etiam fructu, qui fit ex calyce simul & pistillo.

GENUS IV.

Veronica. *Veronique.*

VERONICA est plantæ genus, flore A monopetalo, rotato & multifido: ex cujus calyce C surgit pistillum D mediæ floris parti B adinstar clavi infixum, quod deinde abit in fructum E G membranaceum, in duo loculamenta divisum F H, seminibus fœtum modò crassioribus I, modò exiguis K. *Tab. 60.*

Veronicæ species sunt

Veronica mas, supina & vulgatissima C. B. Pin 246. *Veronica vulgatior, folio rotundiore J. B.* 3. 282. *Veronica mas, serpens Dod. Pempt.* 40. *Veronique mâle.*

Veronica mas, repens, Pyrenaica, folio longiori, glabro Schol. Bot. *Pluk. Phytog. Tab.* 233. *fig.* 1.

Veronica mas, erecta C. B. Pin. 246. *Veronica assurgens Dod. Pempt.* 40.

Veronica spicata, latifolia C. B. Pin. 246. *Veronica major, latifolia, foliis splendentibus & non splendentibus J. B.* 3. 283. *Veronica* 1, *erectior, latifolia Clus. Hist.* 346.

Veronica spicata, flore purpureo Mor. H. R. Bles.

Veronica spicata, angustifolia C. B. Pin. 246. *Veronica major, angustifolia caulibus viridibus J. B.* 3. 284. *Veronica ij. erectior, angustifolia Clus. Hist.* 346.

Veronica spicata, longifolia. *Lysimachia spicata, cærulea C. B. Pin.* 246. *Veronica spicata, recta, profundè serrata, quam Lysimachiam cæruleam quidam vocant J. B.* 3. 284. *Pseudolysimachium cæruleum Dod. Pempt.* 86.

Veronica ſpicata, minor C. B. Pin. 247. *Veronica ſpicata, recta, minor J. B.* 3. 282. *Veronica recta, minima Cluſ. Hiſt.* 347.

Veronica parva, ſaxatilis, cauliculis nudis Raii Hiſt. 846. *Veronica Alpina, pumila, caule aphyllo Bocc. Muſ. Part.* 2. 17. *Tab.* 1. *&* 9.

Veronica pratenſis, Serpillifolia C. B. Pin. 247. *Veronica fœmina quibuſdam, aliis Betonica Pauli Serpillifolia J. B.* 3. 285. *Veronica pratenſis Dod. Pempt.* 41.

Veronica mas, Alpina, glabra, erecta, foliis parum crenatis Bocc. Muſ. Part. 2. 17. Tab. 10.

Veronica minima, Clinopodii minoris folio, glabra, Romana Bocc. Muſ. Part. 2. Tab. 102.

Veronica Serpilli cochleato & lenticulari folio, repens Bocc. Muſ. Part. 2. Tab. 32.

Veronica Alpina, Bellidis folio, hirſuta C. B. Pin. 247. *Prodr.* 116.

Veronica Alpina, fruteſcens C. B. Pin. 247. *Veronica ſaxatilis J. B.* 3. 284. *Veronica iij, fruticans Cluſ. Hiſt.* 347.

Veronica fruteſcens, durior, oblongo Chamædrys folio, Patavina Bocc. Muſ. Part. 1. Tab. 10.

Veronica Alpina, fruticans, Serpilli minoris folio circinato Pluk. Phytog. Tab. 232. fig. 6.

Veronica petræa, ſempervirens Pon. Bald. in fol. ccxxxvj. *Chamædrys Alpina, ſaxatilis C. B. Pin.* 248. *Veronica petræa, ſempervirens Ponæ, ad Chamædrym vulgarem falſam accedens J. B.* 3. 289.

Veronica Auſtriaca, foliis tenuiſſimè laciniatis. *Chamædrys Auſtriaca, foliis tenuiſſimè laciniatis C. B. Pin.* 248. *Prodr.* 117. *Chamædrys ſpuria, tenuiſſimè laciniata J. B.* 3. 287.

Veronica maxima Lugd. 1165. *Chamædrys ſpuria, major, latifolia C. B. Pin.* 248.

Veronica maxima, Pyrenaica, non ramoſa. *Veronica ſeu Chamædrys ſpuria, latifolia, major, non ramoſa, Pyrenaica Schol. Bot. Pluk. Phytog. Tab.* 233. *fig.* 2.

Veronica major, fruteſcens, altera Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 19. *Chamædrys ſpuria, major, altera ſive fruteſcens C. B. Pin.* 248. *Chamædrys falſa, maxima, an Teucrium* 1, *ſeu majus Pannonicum Cluſio J. B.* 3. 286. *Teucrium iv. Cluſ. Hiſt.* 349.

Veronica ſupina, facie Teucrii pratenſis Lob. Icon. 473. *Chamædrys ſpuria, anguſtifolia J. B.* 3. 285. *Camædrys ſpuria, major, anguſtifolia C. B. Pin.* 249.

Veronica minor, foliis imis rotundioribus Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 220. *Chamædrys ſpuria, latifolia J. B.* 3. 286. *Chamædrys ſpuria, minor, rotundifolia C. B. Pin.* 249. *Teucrium pratenſe & ſupinum, ſpurium, Chamædryoides Lob. Icon.* 490.

Veronica minor, foliis imis rotundioribus, flore albo H. L. Bat.

Veronica minor, anguſtifolia, ramoſior & procumbens Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 321.

2. 321. *Chamædrys ſpuria, minor, anguſtifolia J. B.* 3. 287. *C. B. Pin.* 249.

Veronica multicaulis, Pannonica. *Chamædrys ſpuria, minor, latifolia C. B. Pin.* 249. *Chamædryos falſa ſpecies, Teucrium ij aut v Cluſii J. B.* 3. 286. *Teucrium v. Cluſ. Hiſt.* 350.

Veronica tetragona, montana, recta, minima Col. Part. 1. 289. *Chamædrys ſpuria, latifolia, minima C. B. Pin.* 249.

Veronica ſupina, Teucrii folio. *Chamædri ſpuriæ affinis rotundifolia, ſcutellata C. B. Pin.* 249. *Alyſſum Dioſcoridis montanum Col. Part.* 1. 286.

Veronica floſculis cauliculis adhærentibus Mor. Hiſt. Oxon. Par. 2. 322. *Alſine Veronicæ foliis, floſculis cauliculis adhærentibus C. B. Pin.* 250. *Alſine ſerrato folio, hirſutior, floribus & loculis cauliculis adhærentibus J. B.* 3. 367.

Veronica aquatica, major, folio ſubrotundo Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 323. *Anagallis aquatica, major, folio ſubrotundo C. B. Pin.* 252. *Berula ſeu Anagallis aquatica Tabern. Icon.* 719. *Anagallis aquatica, folio rotundiore, major J. B.* 3. 791.

Veronica aquatica, minor, folio ſubrotundo. *Anagallis aquatica, minor, folio ſubrotundo C. B. Pin.* 252. *Anagallis aquatica, flore cæruleo, foliolo rotundiore, minor J. B.* 3. 790.

Veronica aquatica, major, folio oblongo Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 323. *Anagallis aquatica, major, folio oblongo C. B. Pin.* 252. *Anagallis aquatica, flore cæruleo, f lio oblongo, major J. B.* 3. 791. *Berula major Tabern. Icon.* 719.

Veronica aquatica, minor, folio oblongo. *Anagallis aquatica, minor, folio oblongo C. B. Pin.* 252. *Anagallis aquatica, flore purpuraſcente, folio oblongo, minor J. B.* 3. 791. *Anagallis aquatica, minor, ij Tabern. Icon.* 718.

Veronica aquatica, repens Oleæ folio. *Beccabunga Alpina ſive Veronica glabra, Alpina, aquatica, Oleæ folio, repens Bocc. Muſ. Part.* 2. 22. *Beccabunga Alpina, anguſtifolia, repens Ejuſd. Tab.* 6.

Veronica aquatica, anguſtiore folio. *Anagallis aquatica, anguſtifolia, ſcutellata C. B. Pin.* 252. *Anagallis aquatica, anguſtifolia J. B.* 3. 791.

Veronica Nummulariæ folio, Pyrenaica.

Veronica Cymbalariæ folio, verna. *Alſine Hederulæ folio C. B. Pin.* 250. *Alſines genus Fuchſio, folio Hederulæ hirſuto J. B.* 3. 368. *Alſine ſpuria prior, ſive morſus Gallinæ Dod. Pempt.* 31.

Veronica floſculis oblongis pediculis inſidentibus, Chamedryos folio Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 322. *Alſine Chamædryfolia, floſculis pediculis oblongis inſidentibus C. B. Pin.* 250. *Alſine ſerrato folio, glabro J. B.* 3. 366. *Alſine ſpuria, altera Dod. Pempt.* 31.

Veronica floſculis pediculis oblongis inſidentibus, Chamædryos folio alterno H. L. Bat.

Veronica verna, trifido vel quinquefido folio. *Alſine triphyllos, cærulea C. B. Pin.* 250. *Alſine folio profundè ſecto, flore purpureo ſive violaceo J. B.* 3. 367. *Alſine parva, recta, folio Alſines Hederaceæ, ſed Rutæ modo diviſo Lob. Icon.* 464.

Veronica terreſtris annua, folio Polygoni, flore albo Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 322.

Veronica Americana, erecta, fruteſcens & ramoſa, folio Verbenæ Prodr. Par. Bat. *Veronica Americana, erecta, fruteſcens Par. Bat.* 241.

GENUS V.
Chryſoſplenium.

Tab. 60. CHRYSOSPLENIUM eſt plantæ genus, flore A monopetalo rotato, multifido & calycis experte: ex cujus centro ſurgit piſtillum B quod deinde abit in capſulam C membranaceam, bicornem; bivalvem D, ſeminibus fœtam ut plurimùm exiguis E.

Chryſoſplenii ſpecies ſunt,

Chryſoſplenium foliis amplioribus, auriculatis. *Saxifraga rotundifolia, aurea C.B. Pin.* 309. *Saxifraga aurea Dodonæi J. B.* 3. 707. *Saxifraga aurea, Dod. Pempt.* 316.

Chryſoſplenium foliis minoribus, ſubrotundis. *Saxifraga rotundifolia, aurea, minor, Montis aurei H. R. Par.*

Chyſoſplenium foliis pediculis oblongis inſidentibus. *Saxifraga aurea, foliis pediculis oblongis inſidentibus Raii Hiſt.* 207.

GENUS VI.
Polemonium.

Tab. 61. POLEMONIUM eſt plantæ genus, flore A monopetalo, rotato, & multifido: ex cujus calyce C ſurgit piſtillum D mediæ floris parti B adinſtar clavi infixum, quod deinde abit in fructum ſeu teſtam ſubrotundam E, trifariam ut plurimùm dehiſcentem F, in terna loculamenta diviſam G, ſeminibus fœtam ſæpe ſæpius oblongis H.

Unicam novi Polemonii ſpeciem, quæ floris colore variat.

Polemonium vulgare, cæruleum. *Valeriana cærulea C. B. Pin.* 164. *Valeriana Græca quorundam, colore cæruleo J. B.* 3. *Part.* 2. 212. *Valeriana Græca Dod. Pempt.* 352.

Polemonium vulgare, album. *Valeriana Græca quorundam, colore albo J. B.* 3. *Part.* 2. 212. *Valeriana alba C. B. Pin.* 164.

Polemonium flore variegato. *Valeriana Græca, flore ex albo & cæruleo variegato. H. L. Bat.*

GENUS VII.
Verbaſcum. *Bouillon blanc.*

Tab. 61. VERBASCUM eſt plantæ genus, flore A monopetalo, rotato & multifido: ex cujus calyce D ſurgit piſtillum C mediæ floris parti B adinſtar clavi infixum, quod deinde abit in fructum ſeu teſtam ovato acuminatam E, ſepto intermedio G in duo loculamenta diviſam F F, & ſeminibus fœtam I ut plurimùm exiguis & angulatis; placentæ H affixis.

Verbaſci ſpecies ſunt

Verbaſcum mas, latifolium, luteum C. B. Pin. 239. *Verbaſcum vulgare, flore luteo, magno, folio maximo J. B.* 3. *App.* 871. *Verbaſcum latius*

Dod. Pempt. 143. *Molène, Bouillon blanc.*

Verbascum fæmina, flore albo C. B. Pin. 239. *Verbascum maximum Meridionalium, odoratum, album J. B.* 3. *App.* 871. *Maximus odoratus Meridionalium Thapsus barbatus fœmina flore albo Lob. Icon.* 560.

Hypericum Alpinum, humilius, magno floré punctato.
Hypericum latifolium, Lusitanicum V. Lusit. *Hypericum Myrti acuto folio, Siculum Bocc. Mus. Part.* 2. 133. *Tab.* 92.
Hypericum Lusitanicum, Linariæ folio.
Hypericum tomentosum, Lusitanicum, minimum.

GENUS II.

Ascyrum.

Tab. 131. ASCYRUM est plantæ genus, flore A rosaceo, plurimis scilicet petalis B in orbem positis constante: ex cujus calice C polyphyllo surgit pistillum D quod deinde abit in fructum pyramidatum E, quinque capsularem F, seminibusque fœtum G ut plurimùm oblongis & exiguis.

Ascyri species sunt

Ascyrum magno flore C. B. Pin. 280. *Prodr.* 130. *Androsæmum flore & thecâ quinquecapsulari, omnium maximis Mor. Hist. Oxon. Part.* 2. 472.
Ascyrum exiguo folio, flore magno. *Hypericon Olympi Montis Vuhel Itin.*
Ascyrum erectum, Salicis folio, magno flore.
Ascyrum à voce Græca σκίρος *asperitas* & particula ἀ, quasi planta minime aspera.

GENUS III.

Pyrola. *Pyrole.*

Tab. 132. PYROLA est plantæ genus, flore A rosaceo, plurimis scilicet petalis B in orbem positis constante: ex cujus calyce C surgit pistillum D in proboscidem E desinens, quod deinde abit in fructum F subrotundum, striatum, plerumque umbilicatum, quinque capsularem G, seminibusque fœtum ut plurimùm exiguis H.

Pyrolæ species sunt

Pyrola rotundifolia, major C. B. Pin. 191. *Pyrola J. B.* 3. 535. *Dod. Pempt.* 138.
Pyrola rotundifolia, minor C. B. Pin. 191. *Pyrola minima, Alpina J. B.* 3. 536. *Pyrola iiij, minima Clus. Hist. cxviij.*
Pyrola folio mucronato, serrato C. B. Pin. 191. *Pyrola folio serrato J. B.* 3. 536. *Pyrola ij, tenerior Clus. Hist. cxvij.*
Pyrola frutescens, Arbuti flore C. B. Pin. 191. *Pyrola fruticans J. B.* 3. 536. *Pyrola iij, fruticans Clus. Hist. cxvij.*
Pyrola à Pyro propter foliorum similitudinem.

GENUS IV.

Damasonium.

DAMASONIUM est plantæ genus, flore A rosaceo, tribus petalis B
Tab. 132. in orbem positis plerumque constante: ex cujus calyce surgit pistillum C quod deinde abit in fructum D stelliformem, multicapsularem E F, seminibusque fœtum ut plurimùm oblongis G.

Damasonii

Damasonii species sunt

Damasonium stellatum Lugd. 1058. *Damasonium stellatum Dalechampii J. B.* 3. 789. *Plantago aquatica, stellata C. B. Pin.* 190.

Damasonium Americanum, maximum, Plantaginis folio, flore flavescente, fructu globoso Plum.

GENUS V.

Ruta. *Ruë.*

RUTA est plantæ genus, flore A rosaceo, quatuor plerumque petalis B cavis & in orbem positis constante: ex cujus calyce C surgit pistillum D quod deinde abit in fructum E subrotundum, ut plurimùm tetragonum, ex quatuor sæpè capsulis F, axi G affixis compositum H, seminibusque fœtum non rarò reniformibus I aut angulatis. *Tab.* 133.

Rutæ species sunt

Ruta hortensis, latifolia C. B. Pin. 336. *Ruta sativa vel hortensis J. B.* 3. 197. *Ruta graveolens, hortensis Dod. Pempt.* 119.

Ruta hortensis, latifolia, arbusculæ similis C. B. Pin. 336.

Ruta hortensis, altera C. B. Pin 336. *Ruta tenuifolia Tabern. Icon.* 133.

Ruta sylvestris, major C. B. Pin. 336. *J. B.* 3. 199. *Ruta sylvestris, graveolens Dod. Pempt.* 119.

Ruta sylvestris, minor C. B. Pin. 336. *J. B.* 3. 200. *Ruta silvestris, minima Dod. Pempt.* 120.

Ruta Chalepensis, latifolia, florum petalis vilis scatentibus H. L. Bat.

Ruta Chalepensis, tenuifolia, florum petalis villis scatentibus Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 508.

Ruta montana, spinosa, Coriandri folio, flore albo Bocc. Mus. Part. 2. 70. *Ruta montana, spinosa, alba Ejusd. Tab.* 59.

Ruta sylvestris, Linifolia, Hispanica Bocc. Mus. Part. 2. 82. Tab. 73.

Ruta, à ῥύω *tueor*, quòd sanitati tuendæ conferat.

Ruta ad Classem florum cruciformium pertineret, nisi sæpe floribus esset pentapetalis: cruciformes enim semper sunt tetrapetali.

GENUS VI.

Harmala.

HARMALA est plantæ genus, flore A rosaceo, plurimus scilicet petalis B in orbem positis constante: ex cujus calyce D surgit pistillum C quod deinde abit in fructum E subrotundum, tricapsularem F, seminibusque fœtum G plerumque oblongis. His notis addenda sunt folia alterno ordine in caule posita. *Tab.* 133.

Harmalæ speciem unicam novi.

Hermala Dod. Pempt. 121. *Ruta sylvestris, flore magno, albo C. B. Pin.* 336. *Ruta quæ dici solet Harmala J. B.* 3. 200.

GENUS VII.

Nigella.

Tab. 134. NIGELLA est plantæ genus, flore A rosaceo, plurimis scilicet petalis B in orbem positis constante, & corollâ Z donato inter petala & stamina X collocatâ, quam efformant corpora quædam corniformia C. Ex floris meditullio surgit pistillum D quod deinde abit in fructum membranaceum subrotundum F G, vel oblongum E supernè multicornem, multicapsularem H I K, seminibusque fœtum L M.

Nigellæ species sunt

Nigella arvensis, cornuta C. B. Pin. 145. *Melanthium sylvestre sive arvense J. B.* 3. 209. *Melanthium sylvestre Dod. Pempt.* 303.

Nigella arvensis, cornuta, flore pleno, subcæruleo.

Nigella arvensis, cornuta, flore albo.

Nigella latifolia, flore majore, simplici, cæruleo C. B. Pin. 145. *Melanthium Hispanicum, majus Eyst.*

Nigella angustifolia, flore majore, simplici, cæruleo C. B. Pin. 145. *Melanthium capite & flore majore J. B.* 3. 207. *Melanthium Damascenum Dod. Pempt.* 304.

Nigella angustifolia, flore majore simplici albo.

Nigella flore majore, pleno, cæruleo C. B. Pin. 145. *Melanthium capite vel calyce & flore majore, pleno J. B.* 3. 208. *Melanthium Damascenum, pleno flore Clus. Hist. ccviij.*

Nigella flore minore, simplici, candido C. B. Pin. 145. *Melanthium calyce & flore minore, semine nigro & luteo J. B.* 3. 208. *Melanthium Dod. Pempt.* 303.

Nigella flore minore, pleno & albo C. B. Pin. 146. *Melanthium capite minore, flore multiplicato J. B.* 3. 209. *Melanthium pleno flore Clus. Hist. ccvij.*

Nigella Cretica C. B. Pin. 146. *& Prodr.* 75.

Nigella Cretica, latifolia, odorata Park. Theat. 1376. *Nigella alba, simplici flore P. Alp. Exot.* 261.

Nigella flore simplici, pallescente Par. Bat.

Nigella, quasi Nigrella, à seminum colore nigro.

GENUS VIII.

Fabago.

Tab. 135. FABAGO est plantæ genus, flore A rosaceo, plurimis scilicet petalis B in orbem positis constante: ex cujus calyce D surgit pistillum C quod deinde abit in fructum E membranaceum, cylindri æmulum, plerumque pentagonum, quinquecapsularem F, quinquefariam dehiscentem G, singulis valvis H septo intergerino I munitis, seminibusque fœtum K ut plurimùm planis. His notis addenda sunt folia bina, è regione in caulium nodis nascentia.

Fabaginis ſpeciem unicam novi.

Fabago Belgarum, ſive Peplus Pariſienſium Lugd. 456. *Morgſani Syrorum Ejuſd. App.* 25. *Capparis Fabaginea ſive Peplios Lutetianorum J. B.* 2. 66. *Capparis Portulacæ folio C. B. Pin.* 480.

Fabago quaſi Planta ad Fabam accedens.

GENUS IX.

Corchorus.

CORCHORUS eſt plantæ genus, flore A roſaceo, plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis conſtante: ex cujus calyce D ſurgit piſtillum C quod deinde abit in fructum E cylindri æmulum, quinquecapſularem F, quinquefariam dehiſcentem G, ſeminibuſque fœtum ut plurimùm angulatis H. His notis addenda ſunt folia alterno ordine in caulium nodis naſcentia. *Tab.* 135.

Corchori ſpecies ſunt

Corchorus ſive Melochia J. B. 2. 982. *Melochia P. Alp. Ægyp.* 39.

Corchorus Americana, Carpini folio, fructu longiore. *Alcea cibaria ſeu Corchorus Americana, Carpini foliis, ſextuplici capſulâ longiore ornata Pluk. Phytog. Tab.* 127.

Corchorus Americana, foliis & fructu anguſtioribus. *Alcea olitoria ſeu Corchorus Americana, anguſto barbato folio, capſulâ ſtrictiori Pluk. Phytog. Tab.* 127.

GENUS X.

Ciſtus.

CISTUS eſt plantæ genus, flore A roſaceo, plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis conſtante: ex cujus calyce C ſurgit piſtillum D quod deinde abit in fructum E ſubrotundum, vel acuminatum F, apice plerumque dehiſcentem G, multicapſularem H I, ſeminibuſque fœtum ut plurimùm exiguis K. *Tab.* 136.

Ciſti ſpecies ſunt

Ciſtus mas, major, folio rotundiore J. B. 2. 2. *Ciſtus mas, folio rotundo, hirſutiſſimo C. B. Pin.* 464. *Ciſtus mas Mathioli Lugd.* 222.

Ciſtus mas, 2, folio longiore J. B. 2. 2. *Ciſtus mas, anguſtifolius C. B. Pin.* 464. *Ciſtus mas, ij. Cluſ. Hiſt.* 69.

Ciſtus mas, folio breviore C. B. Pin. 464. *Ciſtus mas, iij, foliis dilutiùs virentibus J. B.* 2. 3.

Ciſtus mas, Luſitanicus, folio ampliſſimo, incano.

Ciſtus mas, folio oblongo, incano C. B. Pin. 464. *Ciſtus mas iv, Monſpelienſis, folio oblongo, albido J. B.* 2. 3. *Ciſtus mas*, 1. *Cluſ. Hiſt.* 68.

Ciſtus mas, foliis undulatis & criſpis. *Ciſtus mas, foliis Chamædrys C. B. Pin* 464. *Ciſtus mas v, foliis criſpis, & quodammodo ſinuoſis J. B.* 2. 3. *Ciſtus mas, v Cluſ. Hiſt.* 69.

Ciſtus fœmina, folio Salviæ, elatior & rectis virgis C. B. Pin. 464. *Ciſtus fœmina, Monſpeliana, flore albo J. B.* 2. 4. *Ciſtus fœmina Cluſ. Hiſt.* 70.

Cistus fœmina, folia Salviæ, supina, humi sparsa C. B. Pin. 465.

Cistus fœmina, folio Salviæ, flore ochræ colore C. B. Pin. 465. *Cistus fœmina, Hispanica, flore luteo J. B.* 2. 4.

Cistus Ladanifera Monspeliensium C. B. Pin. 467. *Cistus Ladanifera sive Ledon Monspessulanum, angusto folio, nigricans J. B.* 2. 10.

Cistus Ladanifera, Hispanica, Salicis folio, flore candido. *Cistus Ladanifera, Hispanica, incana C. B. Pin.* 467. *Cistus Ledon* 1, *angustifolium, flore omnino interdum albo Clus. Hist.* 77.

Cistus Ladanifera, Hispanica, Salicis folio, flore albo, maculâ punicante insignito. *Cistus Ledon* 1, *angustifolium, flore maculâ ex purpurâ nigricante infecto Clus. Hist.* 77. *Cistus Ledon, flore maculâ nigricante notato J. B.* 2. 8.

Cistus Ledon, foliis Laurinis C. B. Pin. 467. *Cistus Ledon, latiore folio J. B.* 2. 8. *Ledon* 1, *latifolium Clus. Hist.* 77.

Cistus Ledon, foliis Populi nigræ, major C. B. Pin. 467. *Cistus Ledon, Populi nigræ foliis Clusii, major J. B.* 2. 9. *Ledon latifolium, ij, majus Clus. Hist.* 78.

Cistus Ledon, foliis Populi nigræ, minor C. B. Pin. 467. *Cistus Ledon, Populi nigræ foliis Clusii minor J. B.* 2. 9. *Ledon ij, latifolium, minus Clus. Hist.* 78.

Cistus Ledon, latifolium, Creticum J. B. 2. 9. *Cistus Ledon, Cretense C. B. Pin.* 467.

Cistus Ledon, hirsutum C. B. Pin. 467. *Cistus Ledon, iv Clusii, flore candido J. B.* 2. 10. *Ledon iiij Clus. Hist.* 78.

Cistus Ledon, foliis Oleæ, sed angustioribus C. B. Pin. 167. *Ledon v Clus. Hist.* 79.

Cistus Ledon, angustis foliis C. B. Pin. 467. *Cistus Ledon vj, minoribus angustioribusque foliis Clusii J. B.* 2. 11. *Ledon vj Clus. Hist.* 79.

Cistus Ledon, foliis Rorismarini, hispidis C. B. Pin. 467. *Cistus Ledon, foliis colore cinereo J. B.* 2. 11. *Ledon vij. Clus. Hist.* 80.

Cistus Ledon, foliis Rorismarini, sed non incanis C. B. Pin. 467. *Cistus Ledon, ix Clusio J. B.* 2. 12. *Ledon ix Clus. Hist.* 80.

Ab eo genere excludendæ sunt plurimæ species, quas C. Bauhinus ad Cistum revocavit; ego verò easdem ad Helianthemum referri debere existimavi.

GENUS IX.

Nymphæa. *Nenufar.*

Tab. 137. & 138. NYMPHÆA est plantæ genus, flore A B rosaceo, plurimis scilicet petalis C D in orbem positis constante: ex cujus calyce E F surgit pistillum G H quod deinde abit in fructum I fere globosum, vel conicum K, multicapsularem L M seminibusque fœtum N O ut plurimum oblongis.

Nymphææ species sunt

Nymphæa alba, major C. B. Pin. 193. *Nymphæa alba J. B.* 3. 770. *Dod. Pempt.* 585. *Nenuphar, Blanc d'eau.*

Nymphæa Americana, foliis circinatis, maximis, acutè crenatis, subtus purpureis, flore albo Plum.

Nymphæa Americana, foliis circinatis, minoribus, obtusè crenatis, ſubtus viridibus, flore albo Plum.

Nymphæa lutæa, major C. B. Pin. 193. *Nymphæa lutea J. B.* 3. 771. *Dod. Pempt.* 585.

Nymphææ ſpecies, flore fructuque carentes, facilè dignoſcuntur foliis amplis, ſubrotundis, aquis innatantibus.

SECTIO V.

De Herbis flore roſaceo, cujus piſtillum abit in fructum, in quo veluti nidulantur ſemina.

GENUS I.

Nelumbo.

NELUMBO eſt plantæ genus, à Nymphæâ diverſum fructus formâ, neque enim in loculamenta dividitur ut Nymphææ fructus, ſed in eo ſparſim veluti nidulantur ſemina.

Nelumbonis ſpeciem unicam novi.

Nelumbo Zeylanenſium. *Nymphæa Indica, Faba Ægyptia dicta, flore incarnato. Par. Bat.*

GENUS II.

Capparis. *Caprier.*

CAPPARIS eſt plantæ genus, flore A roſaceo, quatuor plerumque petalis B in orbem poſitis conſtante: ex cujus calyce C ſurgit piſtillum D embryone inſtructum, qui deinde abit in fructum E ut plurimùm pyriformem, vel ſiliquoſum, carnoſum, in quo F veluti nidulantur plurima ſemina G non rarò ſubrotunda & quaſi reniformiâ. *Tab.* 139.

Capparis ſpecies ſunt

Capparis ſpinoſa, fructu minore, folio rotundo C. B. Pin. 480. *Capparis ſpinoſa J. B.* 2. 63. *Capparis retuſo folio Lob. Icon.* 635.

Capparis folio acuto C. B. Pin. 480. *Lob. Icon.* 634. *Capparis Dod. Pempt.* 746.

Capparis Sicula, duplicatâ ſpinâ, folio acuto Bocc. Rarior. Plant. 79.

Capparis non ſpinoſa, fructu majore C. B. Pin. 480. *Capparis non ſpinoſa J. B.* 2. 63.

Capparis Americana, arboreſcens, Lauri folio, fructu longiſſimo, flore albo Plum.

Capparis Americana, arboreſcens, Lauri folio, fructu ſubrotundo, flore albo Plum.

Ab eo genere excludi debet. *Capparis Portulacæ folio C. B. Pin.* 480. *quæ ad Fabaginem pertinet.*

SECTIO VI.

De Herbis flore rosaceo, cujus pistillum abit in fructum ex plurimis veluti capsulis compositum.

GENUS I.

Sedum. *Joubarbe.*

Tab. 140. SEDUM est plantæ genus, flore A C rosaceo, plurimis scilicet petalis B D in orbem positis constante: ex cujus calyce F G surgit pistillum E H quod deinde abit in fructum I K ex plurimus veluti capsulis L M vaginarum æmulis, in capitulum quoddam collectis compositum seminibusque fœtum ut plurimùm exiguis N.

Sedi species sunt

Sedum majus, arborescens J. B. 3. 686. *Sempervivum sive Sedum arborescens, majus Dod. Pempt.* 127.

Sedum majus, vulgare C. B. Pin. 283. *J. B.* 3. 687. *Sempervivum majus alterum sive Jovis Barba Dod. Pempt.* 127.

Sedum vulgari magno simile J. B. 3. 688.

Sedum vulgare, maximum H. L. Bat.

Sedum latifolium, floribus magnis, albicantibus J. B. 3. 689. *Sedum majus, montanum, dentatis foliis C. B. Pin.* 283. *Cotyledon altera, secunda Clus. Hist. lxiij.*

Sedum majus, montanum, dentatis foliis, alterum C. B. Pin. 283. *Sedi latifolii, flore albicante minor species magis dentata J. B.* 3. 689. *Cotyledonis alterius altera species Clus. Hist. lxiiij.*

Sedum majus, montanum, foliis non dentatis, floribus rubentibus C. B. Pin. 283. *Sedum montanum, latifolium, flore purpureo J. B.* 3. 688. *Cotyledon altera, iij Clus. Hist. lxiiij.*

Sedum montanum, tomentosum C. B. Pin. 284. *Sempervivum rubrum, montanum, γναφαλῶδες Col. Part.* 1. 291.

Sedum montanum, tomentosum, minus. *Sedum montanum, roseum, reticulatum Barr. Icon.*

Sedum Alpinum, roseum, acuto folio, hæmatodes, majus H. R. Par.

Sedum Alpinum, roseum, medium, aculeo rubente H. R. Par.

Sedum Alpinum, roseum, minus, viride & subhirsutum H. R. Par.

Sedum Alpinum, subhirsutum, folio longiore H. R. Par.

Sedum Alpinum, subhirsutum, coronâ floris purpurascente, disco viridi H. R. Par.

Sedum minus, teretifolium, album C. B. Pin. 283. *Sedum minus, folio longiusculo tereti, flore candido J. B.* 3. 690. *Vermicularis, Crassula minor officinarum, & Illecebra major Lob. Icon.* 377.

Sedum teretifolium majus, flore albo Mor. H. R. Bles.

Sedum minus, teretifolium, alterum C. B. Pin. 283. *J. B.* 3. 681. *Sedum medium, teretifolium sive Sempervivum minus officinarum Lob. Icon.* 376.

Sedum minus, teretifolium, luteum C. B. Pin. 282. *Sedum minus, æstivum luteum J. B.* 3. 693. *Sempervivum minus, æstivum Lob. Icon.* 378.

Sedum minus, folio circinato C. B. Pin. 283. *Sedum parvum, folio circinato, flore albo J. B.* 3. 691. *Aizoon dasyphyllum Dalecampii Lugd.* 1133.

Sedum minus, luteum, folio acuto C. B. Pin. 283. *Sedum minus, flore luteo J. B.* 3. 692. *Aizoon hæmatoides Lob. Icon.* 378.

Sedum minus, lato & crasso caule, Portlandicum Belgarum H. R. Par. *Portlandicum Sedum Lob. Icon.* 380. *Sedum monstrosum, minus vel platycaulon H. R. Monsp.*

Sedum minus, luteum, ramulis inflexis C. B. Pin. 283. *Sedum minus, luteum, flore se circumflectente J. B.* 3. 693. *Aizoon Scorpioides Lob. Icon.* 377.

Sedum longifolium, citrino flore Mor. H. R. Bles.

Sedum arvense, flore rubente C. B. Pin. 283. *Prodr.* 132.

Sedum parvum, acre, flore luteo J. B. 3. 694. *Sempervivum minus, vermiculatum, acre C. B. Pin.* 283. *Sedum minus, viij, causticum Clus. Hist. lxj.*

Sedum minimum, luteum, non acre J. B. 3. 695. *Sempervivum, minus, vermiculatum, insipidum C. B. Pin.* 284.

Sedum minimum, non acre, flore albo Raii Hist. 1041.

Sedum Alpinum, flore pallido C. B. Pin. 284. *Sedum parvum, montanum, luteum J. B.* 3. 693. *Sedum minus, vj sive Alpinum, 1. Clus. Hist. lx.*

Sedum Alpinum, rubro, magno flore C. B. Pin. 284. *Aizoon montanum Lugd.* 1131.

Sedum palustre, subhirsutum, purpureum C. B. Pin. 285. *Sedum purpureum, pratense J. B.* 3. 692. *Sedum minus, iij sive palustre Clus. Hist. lix.*

Sedum echinatum vel stellatum, flore albo J. B. 3. 680. *Cotyledon stellata C. B. Pin.* 285. *Sempervivum tertium Col. Phytob.* 42.

Sedum echinatum, flore luteo J. B. 3 680. Hujus Icon occurrit apud Columnam in eadem Tabulâ cum Sempervivo tertio.

Sedum Cepæa dictum H. L. Bat. *Cepæa J. B.* 3. 679. *Cepæa Mathioli Clus. Hist. lxviij.*

Sedum Cepæa dictum, floribus purpurascentibus. *Cepæa floribus ex purpureo candicantibus C. B. Pin.* 288.

Sedum minimum, montanum, flore purpurascente, parvo, semine stellato Raii Hist. 692.

Sedum Alpinum, Coridis folio.

Sedum Africanum, fruticosum, Ericæ folio Oldenl.

Ab eo genere excludi debent Sedi species foliis laciniatis, quæ ad Saxifragam pertinent, *Sedum minus, fruticosum C. B. Pin.* 284. *Sedum minus, fruticosum, alterum C. B. Pin.* 284. *Sedum Alpinum, Saxifragæ albæ flore, vel grandiflorum C. B. Pin.* 284. *quod Saxifragæ species videtur*

perinde ac sequens. Sedum Alpinum, album, foliolis compactis C. B. Pin. 284. *Sedum Alpinum, hirsutum, lacteo flore C. B. Pin.* 284. *Vide Androsacen. Sedum Alpinum, Gramineo folio, lacteo flore C. B. Pin.* 284. *Androsaces etiam species. Sedum Alpinum, angustissimo folio, flore carneo C. B. Pin.* 284. *Sedum Alpinum, exiguis foliis C. B. Pin.* 284. *Sedum Alpinum, hirsutum, luteum C. B. Pin.* 284. *Alyssi species. Sedum Alpinum, foliis crenatis, asperis C. B. Pin.* 284. *ad Saxifragam cum sequentibus referendum. Sedum Alpinum, Ericoides, purpurascens C. B. Pin.* 284. *Sedum Alpinum, Ericoides, cæruleum C. B.* 284. *&c.*

Sedum à sedendo vel à sedando: ejus enim species humi sedent, & inflammationes sedant.

GENUS II.

Anacampseros. *Orpin.*

Hist. 689. ANACAMPSEROS est plantæ genus, flore & fructu Sedi, à quo differt ex sententia Clariss. Raii quòd à prima statim germinatione excaulescat, cùm folia Sedi in globulos oculi bovilli æmulos congerantur.

Anacampserotis species sunt

Anacampseros vulgò Faba crassa J. B. 3. 681. *Telephium vulgare C. B. Pin.* 287. *Telephium alterum sive Crassula Dod. Pempt.* 130.

Anacampseros purpurea J. B. 3. 682. *Telephium purpureum, majus C. B. Pin.* 287. *Telephium floribus purpureis Lob. Icon.* 389.

Anacampseros minor, purpurea. *Telephium purpureum, minus C. B. Pin.* 287. *J. B.* 3. 682.

Anacampseros maxima J. B. 3. 682. *Telephium latifolium, peregrinum C. B. Pin.* 287. *Telephium primum Dod. Pempt.* 130.

Anacampseros minor, rotundiore folio, sempervirens J. B. 3. 682. *Telephium repens, folio deciduo C. B. Pin.* 287. *Telephium minus, sempervirens Lob. Icon.* 390.

Anacampseros minor, longiore folio, sempervirens.

Anacampseros radice, Rosam spirante, major. *Rhodia radix C. B. Pin.* 286. *J. B.* 3. 683. *Dod. Pempt.* 347.

Anacampseros radice Rosam spirante, minor. *Rhodia radix minor H. R. Par.*

Anacampseros Lusitanica, hæmatodes, maxima. *Telephium Lusitanicum, hæmatodes, maximum H. R. Par.*

Anacampseros Lusitanica, hæmatodes, maxima, flore albido. *Telephium Lusitanicum, hæmatodes, maximum, flore pallido H. R. Par.*

Anacampseros Portulacæ folio. *Telephium Portulacæ folio Mor. H. R. Bles.*

Anacampseros flore purpurascente & foliis rarioribus. *Telephium flore purpurascente & foliis rarioribus C. B. Pin.* 287. *Telephium tertium, purpurascente flore Clus. Hist. lxvj.*

Anacampseros flore albo, supina.

Anacampseros quòd Veneficæ olim πρὸς τὸ ἀνακάμπτειν τὸν ἔρωτα, id est, *ad amorem revocandum*, ea uterentur.

GENUS

GENUS III.

Ulmaria.

ULMARIA eſt plantæ genus, flore A roſaceo, plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis conſtante: ex cujus calyce D ſurgit piſtillum C quod deinde abit in fructum E ex plurimis vaginulis F membranaceis, intortis & in capitulum congeſtis compoſitum, ſemineque fœtum G ut plurimum ſingulari & exiguo. Tab. 141.

Ulmariæ ſpeciem unicam novi.

Ulmaria Cluſ. Hiſt. cxcviij. *J. B.* 3. 488. *Barba Capræ, floribus compactis C. B. Pin.* 164. *Regina prati Dod. Pempt.* 57. *Reine des prez.*

Ulmaria ab Ulmo, propter foliorum neſcio quam ſimilitudinem.

GENUS IV.

Barba Capræ.

BARBA CAPRÆ eſt plantæ genus, flore A roſaceo, plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis conſtante: ex cujus calyce C monophyllo ſurgit piſtilum D quod deinde abit in fructum F E ex multis veluti vaginulis in capitullum quoddam collectis compoſitum, quæ ſingulæ G ſemine turgeſcunt H ut plurimùm oblongo. Tab. 141.

Barbæ Capræ ſpeciem unicam novi.

Barba Capræ, floribus oblongis C. B. Pin. 163. *Barba Capri J. B.* 3. 488. *Drymopogon* 1. *Tabern. Icon.* 777. *Barbe de Chevre.*

Barba Capræ à ſimilitudine, ut aiunt, barbæ Caprillæ.

GENUS V.

Fagonia.

FAGONIA eſt plantæ genus, flore A roſaceo, plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis conſtante: ex cujus meditullio ſurgit piſtillum C quod deinde abit in fructum D è rotundo acuminatum, ſtriatum, multicapſularem E, ex plurimis vaginis compoſitum, quæ ſingulæ F ſemine turgeſcunt ſubrotundo G. Tab. 141.

Fagoniæ ſpecies ſunt

Fagonia Cretica, ſpinoſa. *Trifolium ſpinoſum, Creticum C. B. Pin.* 330. *Prodr.* 142. *Trifolium aculeatum, Creticum J. B.* 2. 388.

Fagonia Hiſpanica, non ſpinoſa.

Fagoniam appellavi ut illuſtriſſimo viro D. D. Fagoni Archiatron Comiti, quæ reddere beneficia nequeo, memori mente perſolverem.

GENUS VI.

Tribulus.

TRIBULUS eſt plantæ genus, flore A roſaceo, plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis conſtante: ex cujus calyce D ſurgit piſtillum C quod deinde abit in fructum quodammodo cruciformem E, vel turbinatum, ex pluribus partibus F plerumque compoſitum, muricatis, in capitulum collectis & ſe- Tab. 141.

minibus fœtis H ut plurimùm oblongis, in loculis G nidulantibus.

Tribuli ſpecies ſunt

Tribulus terreſtris, Ciceris folio, ſeminum integumento aculeato Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 102. *Tribulus terreſtris, Ciceris folio, fructu aculeato C. B. Pin.* 350. *Tribulus terreſtris J. B.* 2. 352. *Dod. Pempt.* 557.

Tribulus terreſtris, major, Curaſſavicus Prodr. Par. Bat. *& Par. Bat. Tribulus terreſtris, Americanus, Chamæciſti flore, fructu ſpinoſo, maximo Breyn. Prodr.* 2. *Hort. Amſtel. fig.* 32.

Tribulus terreſtris, Americanus, fructu turbinato, foliis lanuginoſis Plum.

Tribulus terreſtris, Indiæ Orientalis, foliis Viciæ ſubrotundis & villoſis.

GENUS VII.

Juncago.

Tab. 142. JUNCAGO eſt plantæ genus, flore A roſaceo, plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis conſtante: ex cujus meditullio ſurgit piſtillum C quod deinde abit in fructum oblongum D, in baſi dehiſcentem E, ex tribus vaginulis compoſitum, quæ ſingulæ F ſemen complectuntur ſingulare G, oblongum.

Juncaginis ſpeciem unicam novi.

Juncago paluſtris & vulgaris. *Gramen junceum, ſpicatum ſeu Triglochin C. B. Pin.* 6. *Gramen Triglochin J. B. & Hyacenti parvi facie, Gramen Triglochin J. B.* 2. 508. *Gramen marinum, ſpicatum, alterum Lob. Icon.* 17.

GENUS VIII.

Geranium. *Bec de Gruë.*

Tab. 142. GERANIUM eſt plantæ genus, flore A C roſaceo, plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis conſtante: ex cujus calyce D ſurgit piſtillum E quod deinde abit in fructum roſtratum F, quinque ſtriis per longitudinem inciſum G, quibus totidem adhæreſcunt capſulæ H I K L M, in longam caudam deſinentes, per maturitatem à baſi ad apicem extrorſum ſe revolventes & ſemine fœtæ N P ut plurimùm oblongo O.

Geranii ſpecies ſunt

Geranium Batrachioides, folio Aconiti C. B. Pin. 317. *Geranium Batrachioides aliud, folio Aconiti nitente Cluſii J. B.* 3. 476. *Geranium ij, βατραχιόδες, minus Cluſ. Hiſt. xcix.*

Geranium Batrachioides, folio Aconiti, flore albo, lineis cæruleis variegato C. B. Pin. 317.

Geranium Batrachioides, folio Aconiti, flore albo C. B. Pin. 317.

Geranium Batrachioides, maximum minus laciniatum, folio Aconiti J. B. 3. 477. *Geranii majoris ſpecies, foliis magnis figurâ ferè & magnitudine Aconiti lutei, hirſutis, aſperis Geſn. App.* 292.

Geranium Batrachioides, odoratum C. B. Pin. 318. *Geranium Batrachioides, longiùs radicatum, odoratum J. B.* 3. 477. *Geranium Batrachioides alterum Dod. Pempt.* 63.

Geranium Batrachioides, Gratia Dei Germanorum C. B. Pin. 318. *Gera-*

nium Batrachioides J. B. 3. 475. *Dod. Pempt.* 63.

Geranium Batrachioides, Gratia Dei Germanorum, flore albo C. B. Pin. 318. *Geranium Batrachioides, album J. B.* 3. 476.

Geranium Batrachioides minus, ſive Gratia Dei Germanorum C. B. Pin. 318.

Geranium Batrachioides, flore variegato C. B. Pin. 318. *Geranium Batrachioides ex albo cum cæruleo colore varium J. B.* 3. 476. *Geranium Anglicum, variegatum Eyſt.*

Geranium Batrachioides, Collum Gruis Germanorum C. B. Pin. 318. *Gruinalis Dodonæi Lugd.* 1278.

Geranium annuum, minus, Batrachioides, Bohemicum, purpuro-violaceum Mor. Hiſt. Oxon. 2. Part. 511.

Geranium Batrachioides minus, perenne, verſicolor Mor. H. R. Bleſ.

Geranium phæum ſive fuſcum, petalis reflexis Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 515. *Geranium montanum, fuſcum C. B. Pin,* 318. *Geranium phæum, flore reflexo J. B.* 3. 477.

Geranium phæum ſive fuſcum, petalis reflexis, folio non maculato H. L. Bat.

Geranium phæum ſive fuſcum, petalis rectis ſeu planis Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 515. *Geranium phæo ſive pullo flore Cluſii J. B.* 3. 477.

Geranium phæum ſive fuſcum, petalis rectis ſeu planis, folio maculato H. L. Bat.

Geranium radice grumosâ C. B. Pin. 318. *Geranium Aſphodeli radice J. B.* 3. 475. *Geranium iiij, bulboſum Pennei Cluſ. Hiſt. c.*

Geranium nodoſum C. B. Pin. 318. *Geranium magnum, folio trifido J. B.* 3. 478. *Geranium v, nodoſum Plateau Cluſ. Hiſt. cj.*

Geranium Moſcoviticum, purpureum Park. Theat. 705.

Geranium Romanum, verſicolor, ſive ſtriatum Park. Par. 229.

Geranium ſanguineum, maximo flore C. B. Pin. 318. *Geranium ſanguineum, ſive hæmatodes, craſſâ radice J. B.* 3. 478. *Geranium vij, αἱματῶδες Cluſ. Hſt. cij.*

Geranium hæmatodes, flore variegato Hort. Edind. *Geranium hæmatodes, Lancaſtrenſe, flore eleganter ſtriato Raii Hiſt.* 1061.

Geranium hæmatodes, foliis majoribus pallidioribus & altiùs inciſis Raii Synopſ. 219.

Geranium ſanguineum, cauliculis erectis, flore minore H. L. Bat.

Geranium tuberoſum, majus C. B. Pin. 318. *Geranium tuberoſum J. B.* 3. 474. *Dod. Pempt.* 71.

Geranium argenteum, Alpinum C. B. Pin. 318. *Geranium argenteum, Montis Baldi J. B.* 3. 474. *Geranium Alpinum, longiùs radicatum Pon. Bald. in fol. ccclxij.*

Geranium Pyrenaicum, foliis cineraceis, radice craſſâ, magno flore variegato.

Geranium lucidum, ſaxatile C. B. Pin. 318. *Geranium lucidum J. B.* 3. 481. *Geranium rotundifolium, ſaxatile, montanum Col. Part.* 1. 137.

Geranium parvum, foliis Ranunculi C. B. Pin. 318. *Geranium Salmanticense, rostratum Clus. Hist. cij.*

Geranium folio Malvæ rotundo C. B. Pin. 318. *Geranium folio rotundo multum serrato, sive Columbinum J. B. 3. 473. Pes Columbinus Dod. Pempt. 61.*

Geranium folio Malvæ rotundo, flore majori, cæruleo C. B. Pin. 318.

Geranium Columbinum, majus, flore minore, cæruleo Raii. Hist. 1059.

Geranium Malacoides seu Malvæ folio rotundo, flore albo Mor. H. R. Bles.

Geranium folio Malvæ rotundo, minus C. B. Pin. 318.

Geranium Columbinum, perenne, Pyrenaicum, maximum.

Geranium montanum, rotundifolium, perenne, flore purpureo, majore Bocc. Mus. Part. 2. 81. Tab. 72.

Geranium Columbinum, maximum, foliis dissectis D. Plot. Hist. nat. Oxon. *Geranium Columbinum, majus, foliis imis longis, usque ad pediculum divisis Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 511.*

Geranium Columbinum dissectis foliis, pediculis florum longissimis Raii Hist. 1059. *Geranium Columbinum, annuum, minus, folio tenuiùs laciniato, flore pediculo longissimo insistente Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 512.*

Geranium Columbinum, tenuiùs laciniatum C. B. Pin. 318. *Prodr. 138.*

Geranium Columbinum, tenuiùs laciniatum, flore albo H. R. Par.

Geranium Columbinum, minus, majori flore & foliis florum bifidis Bot. Monsp.

Geranium Columbinum, majus, foliis tenuiter dissectis, foliis florum bifidis Bot. Monsp. *Geranium gruinale, folio tenuiter diviso J. B. 3. 474.*

Geranium folio Althææ C. B. Pin. 318. *Geranium Malvaceum J. B. 3. 272. Geranium Malacoides Lob. Icon. 662.*

Geranium Althææ folio, floribus saturatiùs rubentibus H. L. Bat.

Geranium Malacoides, minus C. B. Pin. 319. *Prodr. 138.*

Geranium Malacoides crasso, rugoso, integro folio Bocc. Mus. Tab. 89. *Geranium Malacoides, supinum lato rotundo, crasso, rugoso, integro folio, acu brevissima Carinense Ejusd. pag. 109.*

Geranium pusillum, supinum, maritimum, Althææ aut Betonicæ folio, nostras Raii Hist. 1056.

Geranium Alceæ vesicariæ foliis Park Theat. 707.

Geranium Robertianum 1, viride C. B. Pin. 319. *Geranium Robertianum, murale J. B. 3. 480. Geranium Robertianum Dod. Pempt. 62.*

Geranium Robertianum 1, rubens C. B. Pin. 319.

Geranium Robertianum, flore albo Mor. H. R. Bles.

Geranium lucidum saxatile, foliis Geranii Robertiani Raii Synops. 218.

Geranium Cicutæ folio, acu longissima C. B. Pin. 319. *Prodr. 138. Geranium Coriandri folio, odorum Ejusd. 319. Geranium Apulum, Coriandri folio, alterum, odorum Col. Part. 1. 135.*

Geranium Cicutæ folio, moschatum C. B. Pin. 319. *Geranium supinum Dod. Pempt. 63.*

Geranium Cicutæ folio, inodorum C. B. Pin. 319.

Geranium Cicutæ folio, minus & ſupinum C. B. Pin. 319. *Geranium moſchatum, folio ad Myrrhidem accedente, minus J. B.* 3. 479. *Geranium minus, Geranium arvenſe Tabern. Icon.* 57.

Geranium Cicutæ folio, minus & ſupinum, flore albo C. B. Pin. 319. *Geranium arvenſe, album Tabern. Icon.* 57.

Geranium Cicutæ folio, erectum, Romanum Bocc. Muſ. Part. 2. 93. Tab. 82.

Geranium Chryſanthemi Cretici folio, Neapolitanum Bocc. Muſ. Part. 2. 93. Tab. 83.

Geranium latifoliium, longiſſimâ acu C. B. Pin. 319. *Geranium ſpecioſum, annuum, longiſſimis roſtris, Creticum J. B.* 3. 479. *Geranium Creticum, annuum, hæmatodes Lob. Icon.* 662.

Geranium maritimum, annuum, laciniatum, acu longiſſimâ *Geranium ſupinum, Botrys folio, acu ſurſum ſpectante Bocc. Muſ. Part.* 2. 145. *Geranium Botrys folio Ejuſd. Tab.* 109.

Geranium craſſo Batrachioides folio Bocc. Muſ. Part. 2. Tab. 128. *Geranium ſupinum, rotundo Batrachioides, craſſo tomentoſo folio, radice rufeſcente longiùs radicata Ejuſd. pag.* 160.

Geranium minimum, Chamædryoides Bocc. Muſ. Part. 2. Tab. 128. *Geranium æſtivum minimum, ſupinum, Alpinum, Chamædryoides, flore albo, variegato Ejuſd.* 160.

Geranium Petræum, Cicutæ folio, radice craſſâ Bot. Monſp. *Geranium fœtidum Park. Theat.* 709. *Lob. Illuſtr.* 134.

Geranium Hiſpanicum, magnâ radice, Cicutæ folio craſſiori Schol. Bot.

Geranium Africanum, arboreſcens, Ibiſci folio rotundo, Carlinæ odore H. L. Bat.

Geranium Africanum, fruteſcens, Malvæ folio laciniato, odorâto H. L. Bat.

Geranium Africanum, Alchimillæ hirſuto folio, floribus albidis H. L. Bat.

Geranium Africanum, Betonicæ folio laciniato & maculato, floribus incarnatis H. L. Bat.

Geranium Africanum, Betonicæ folio procumbens, floribus parvis, elegantèr variegatis Pluk. Almag. Bot.

Geranium Africanum, noctu olens, tuberoſum & nodoſum, Aquilegiæ foliis H. L. Bat. *Geranium Æthiopicum, noctu olens, radice tuberoſa, Aquilegiæ foliis Breyn. Cent.* 1. 127.

Geranium Africanum, noctu olens, Aquilegiæ folio, flore incarnato rubente Pluk. Phytog. Tab. 187. fig. 1.

Geranium Africanum, noctu olens, flore ruberrimo, Anemones folio latiore Pluk. Phytog. Tab. 186. fig. 5.

Geranium Africanum noctu olens, flore rubro Anemones folio anguſtiori Pluk. Phytog. Tab. 186. fig. 6.

Geranium Africanum, Uvæ criſpæ folio, floribus exiguis, rubellis H. L. Bat.

Geranium Africanum, Coriandri folio, floribus incarnatis, majus H. L.

Bat. *Geranium Æthiopicum, Myrrhidis folio, tertium, flore magno striato Breyn. Cent.* 1. 129.

Geranium Africanum, Coriandri folio, floribus incarnatis, minus H. L. Bat.

Geranium triste sive Indicum, noctu olens Park. Theat. 709. *Geranium triste Corn.* 110.

Geranium Africanum, noctu olens, radice tuberosa, foliis Pastinacæ incanis, lanuginosis, latioribus, flore pallidè flavescente H. L. Bat. *Geranium Æthiopicum, noctu olens, radice tuberosa, foliis Myrrhidis latioribus Breyn. Cent.* 1. 126.

Geranium Africanum, noctu olens, radice tuberosa, foliis Pastinacæ incanis, lanuginosis angustioribus H. L. Bat.

Geranium Africanum, Althææ folio, parvo flore.

Lib. 3. *cap.* 131. Geranium à voce Græca γέρανος *Grus*. Geranium enim in summis alis sursum spectantes eminentias quasdam habet (ut ait Dioscorides) veluti gruum capitula cum suis rostris, aut dentes caninos.

GENUS IX.

Thalictrum.

Tab. 143. THALICTRUM est plantæ genus, flore A C rosaceo, plurimis scilicet petalis B D in orbem positis constante: ex cujus meditullio surgit numerosa staminum congeries E pistillum cingens F G, quod deinde abit in fructum in quo velut in capitulum colliguntur capsulæ modò alatæ H I, modò alis carentes K L, seminibus fœtæ singularibus, ut plurimùm oblongis M N.

Thalictri species sunt

Thalictrum majus, siliquâ angulosâ aut striatâ C. B. Pin. 336. *Thalictrum nigrius, caule & semine striato J. B.* 3. 486. *Thalictrum magnum Dod. Pempt.* 58.

Thalictrum flore incarnato Eyst.

Thalictrum flore albo Eyst.

Thalictrum majus, siliquâ seminis striatâ, foliis rugosis, trifidis Mor. Umb. 70. *Thalictrum pratense, maximum, Monspeliensium, asperioribus foliis seu folio rugoso Mor. H. R. Bles. Thalictrum pratense, majus Monspeliensium, foliis rugosis H. R. Par.*

Thalictrum majus, non striatum C. B. Pin. 336. *Thalictrum magnum secundum Dod. Pempt.* 58.

Thalictrum majus, flavum, staminibus luteis vel glauco folio C. B. Pin. 336. *Thalictrum speciosissimum, glaucum, semine & caule striato J. B.* 3. 486. *Thalictrum magnum, tertium Dod. Pempt.* 58.

Thalictrum Alpinum, Aquilegiæ foliis, florum staminibus purpurascentibus. *Thalictrum majus, florum staminibus purpurascentibus C. B. Pin.* 337. *Thalictrum majus, folliculis angulosis, caule lævi J. B.* 3. 487. *Thalictrum magnum, Dod. Pempt.* 58.

Thalictrum Alpinum, majus, Aquilegiæ foliis, florum staminibus albis, caule viridi. *Thalictrum montanum, album, altius C. B. Pin.* 337. *Thalictrum montanum,* 1. *Clus. Hist.* 234.

Thalictrum Alpinum, minus, Aquilegiæ foliis, florum staminibus albis, caule viridi. *Thalictrum montanum*, 2. *Clus. Hist.* 234.

Thalictrum Canadense, caule purpurascente, Aquilegiæ foliis, florum staminibus albis. *Thalictrum Canadense Corn.* 186.

Thalictrum Americanum, minus Park. Theat. 265.

Thalictrum magnum, flore luteo, odorato V. Lusit.

Thalictrum minus, Asphodeli radice, magno flore. *Oenanthe Myconi Lugd.* 785. *J. B.* 3. *Part.* 2. 192.

Thalictrum minus, Asphodeli radice, parvo flore.

Thalictrum montanum, præcox. *Ranunculus præcox ij, Thalictri folio Clus. Hist.* 233.

Thalictrum minus C. B. Pin. 337. *Thalictrum minus sive Rutæ pratensis genus minus, semine striato J. B.* 3. 487. *Thalictrum minus Dod. Pempt.* 58.

Thalictrum pratense, angustifolium C. B. Pin. 337. *J. B.* 3. 487. *Thalictrum vj vel pratense ij. Clus. Hist.* 234.

Thalictrum minus, alterum, Parisiensium, foliis crassioribus & lucidis H. R. Par. *Thalictrum 5 vel pratense*, 1 *Clus. Hist.* 234.

Thalictrum pratense, angustissimo folio C. B. Pin. 337. *Thalictrum angustissimo folio Prodr.* 146.

Thalictrum minimum, fœtidissimum C. B. Pin. 337. *Prodr.* 147. *J. B.* 3. 488.

Thalictrum montanum, minus, foliis latioribus Raii Synopf. 100.

Thalictrum minimum, montanum, atrorubens, foliis splendentibus Raii Synopf. 100.

GENUS X.

Butomus.

BUTOMUS est plantæ genus, flore A rosaceo, plurimis scilicet petalis majoribus B & minoribus C in orbem positis plerumque constante: ex cujus meditullio surgit pistillum D quod deinde abit in fructum E membranaceum, in quo velut in capitulum colliguntur vaginæ F in cornu ut plurimùm desinentes, secundùm longitudinem dehiscentes, seminibus fœtæ G plerumque oblongis *Tab.* 143.

H. Butomi speciem unicam novi, cujus varietates sunt

Butomus flore roseo. *Butomus Cæsalp.* 553. *Juncus floridus, major C. B. Pin.* 12. *Juncus floridus J. B.* 2. 524. *Gladiolus aquatilis Dod. Pempt.* 601.

Butomus flore albo. *Juncus floridus, major, flore albo. H. R. Par.*

GENUS XI.

Helleborus. *Ellebore noir.*

HELLEBORUS est plantæ genus, flore A B rosaceo, plurimis scilicet petalis in orbem positis constante: ex cujus meditullio surgit pistillum D plurimis corniculis C, inter stamina X & petala jacentibus circa basim cinctum *Tab.* 144.

quod deinde abit in fructum E, in quo velut in capitulum colliguntur vaginæ F membranaceæ in cornu plerumque desinentes, secundùm longitudinem dehiscentes G & seminibus fœtæ H plerumque subrotundis vel ovatis I K.

Hellebori species sunt

Helleborus niger, fœtidus C. B. Pin. 185. *Helleborus niger, sylvestris, adulterinus, etiam hyeme virens J. B. 3. App. 880. Veratrum nigrum iij Dod. Pempt. 386.*

Helleborus niger, hortensis, flore viridi C. B. Pin. 185. *Helleborus niger, vulgaris, flore viridi, vel herbaceo, radice diuturna J. B. 3. 636. Veratrum nigrum, ij Dod. Pempt. 385.*

Helleborus niger, hortensis, alter C. B. Pin. 185. *Veratrum nigrum iiij, peregrinum Clus. Hist. 274.*

Helleborus niger, amplioribus foliis. *Veratrum nigrum, Stiriacum Tabern. Icon. 723.*

Helleborus niger, angustioribus foliis. *Helleborus niger, flore roseo C. B. Pin. 186. Elleborus niger, legitimus Clus. Hist. 274.*

Helleborus niger, autumnalis, flore maximo H. R. Par. *Elleborus autumnalis, flore roseo, majore, albo D. de Mauvilain Joncq. Hort.*

Helleborus niger, flore roseo, minor, Belgicus Mor. H. R. Bles.

Helleborus niger, sanguineo folio Bocc. Mus. Part. 2. pag. 26. Tab. 11.

Helleborus niger, foliis dessectis Bocc. Mus. Part. 2. pag. 26. Tab 11.

Helleborus niger, trifoliatus Ald. Hort. Farnes. 92.

Helleborus niger, tuberosus, Ranunculi folio, flore luteo. *Aconitum unifolium, luteum bulbosum C. B. Pin. 183. Ranunculus cum flore in medio folio, radice tuberosa J. B. 3. 414. Aconitum luteum, minus Dod. Pempt. 440.*

Helleborus niger, Ranunculi folio, flore globoso, majore. *Ranunculus montanus, Aconiti folio, flore globoso C. B. Pin. 182. Ranunculus flore globoso, quibusdam Trollius flos J. B. 3. 419. Ranunculus flore globoso Dod Pempt. 430.*

Helleborus niger, Ranunculi folio, flore globoso, minore.

Ab eo genere excludendæ sunt plantæ sequentes. *Helleborus niger, Sanicula folio, major C. B. Pin. 186. Astrantiæ species est. Helleborus Sanicula folio, minor C. B. Pin. 186. Astrantiæ species. Helleborus niger, tenuifolius, Buphthalmi flore C. B. Pin. 186. ad Ranunculum revocandus. Helleborus albus, flore subviridi C. B. Pin. 186. Species Veratri ut & sequens. Helleborus albus, flore atrorubente C. B. Pin. 186.*

Tab. 145. Helleborus dicitur à vocibus Græcis ἕλειν βορά, quod esu interimere credatur.

GENUS XII.

Veratrum. *Ellebore blanc.*

VERATRUM est plantæ genus, flore A rosaceo plurimis scilicet petalis B in orbem positis constante: ex cujus meditullio surgit pistillum C quod deinde abit in fructum D in quo velut in capitulum colliguntur tres plerumque vaginæ

vaginæ membranaceæ F, ſeminibus fœtæ E G, oblongis I, grani Tritici æmulis, marginatis & quaſi alâ foliaceâ cinctis H.

Veratri ſpecies ſunt

Veratrum flore ſubviridi. *Helleborus albus, flore ſubviridi C. B. Pin.* 186. *Helleborus albus, flore ex viridi albeſcente J. B.* 3. 634. *Helleborum album ſive Veratrum Lob. Icon.* 311. *Ellebore blanc, à fleur vert-pâle.*

Veratrum flore atro-rubente. *Helleborus albus, flore atro-rubente C. B. Pin.* 186. *Helleborum album, flore nigro J. B.* 3. 634. *Helleborum album, floribus atro-rubentibus, præcox Lob. Icon.* 311. *Ellebore blanc à fleur rouge-brun.*

Veratrum differt ab Helleboro, quòd corniculis careat & ſemen habeat marginatum: ideoque diverſis nominibus hæc duo genera diſtinguenda ſunt.

GENUS XIII.

Populago.

POPULAGO eſt plantæ genus, flore A roſaceo, plurimis ſcilicet petalis in orbem poſitis conſtante: ex cujus meditullio ſurgit piſtillum B quod deinde abit in fructum C membranaceum, in quo velut in capitulum colliguntur plurimæ vaginæ D plerumque deorſum inflexæ, ſeminibuſque fœtæ ut plurimùm oblongis F. *Tab.* 145.

Populaginis ſpeciem unicam novi, cujus varietates ſunt

Populago flore majore. *Populago major. Tabern. Icon.* 750. *Caltha paluſtris, flore ſimplici C. B. Pin.* 276. *Caltha paluſtris J. B.* 3. 470.

Populago flore minore. *Populago minor Tabern. Icon.* 750.

Populago flore pleno. *Populago multiflora Tabern. Icon.* 751. *Caltha paluſtris, flore pleno C.B. Pin.* 276. *Caltha paluſtris, flore multiplicato J.B.* 3. 470.

Populago à Populo, quòd inter Populos naſcatur.

GENUS XIV.

Pæonia. *Pivoine.*

PÆONIA eſt plantæ genus, flore A roſaceo, plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis conſtante: Ex cujus calice C polyphyllo ſurgit piſtillum D quod deinde abit in fructum E, in quo plurima cornicula velut in capitulum colliguntur deorſum inflexa, lanugine plerumque pubeſcentia, per longitudinem dehiſcentia, & ſeminibus fœta F ferè globoſis G. *Tab.* 146.

Pæoniæ ſpecies ſunt

Pæonia folio nigricante, ſplendido, quæ mas C. B. Pin. 323. *Pæonia mas procerior J. B.* 3. 492. *Pæonia mas Dod. Pempt.* 194. *Pivoine mâle.*

Pæonia mas, flore incarnato Eyſt.

Pæonia mas, flore albo Eyſt.

Pæonia mas, foliorum ſegmentis amplioribus C. B. Pin. 323. *Pæonia mas, major Eyſt.*

Pæonia mas, major, flore incarnato Eyst.

Pæonia mas, altera, tardior J. B. 3. 492.

Pæonia communis vel fœmina C. B. Pin. 323. *Pæonia fœmina, vulgatior J. B. 3. 492. Pæonia fœmina, altera Dod. Pempt. 195.*

Pæonia fœmina, altera C. B. Pin. 323. *Pæonia promiscua, strictiore folio J. B. 3. 493. Pæonia fœmina, prior Dod. Pempt. 194.*

Pæonia promiscua Vormarii, folio latiore J. B. 3. 493.

Pæonia hyemalis, pumila, Rosæ rubræ monoflore H. Cathol.

Pæonia tenuiùs laciniata, subtus pubescens, flore purpureo C. B. Pin. 323. *Pæonia pumila, fœmina Lob. Icon. 683.*

Pæonia folio subtus incano, flore albo vel pallido C. B. Pin. 323. *Pæonia simplex, niveo flore Clus. Hist. 281.*

Pæonia Aquilinæ foliis C. B. Pin. 323. *Pæonia iiij, Aquilinæ foliis Clus. Hist. 280.*

Pæonia Pomi Arantii colore C. B. Pin. 323. *Pæonia iij Clus. Hist. 280.*

Pæonia flore variegato C. B. Pin. 324. *Pæonia v. Clus. Hist. 280.*

Pæonia peregrina, flore saturè rubente C. B. Pin. 324. *Pæonia Byzantina, 1. Clus. Hist. 279.*

Pæonia peregrina, flore dilutè rubente C. B. Pin. 324. *Pæonia Byzantina, altera Clus. Hist. 279.*

Pæonia fœmina, flore pleno, rubro, majore C. B. Pin. 324. *Pæonia flore pleno, rubro J. B. 3. 493. Pæoniæ fœminæ multiplex flos Dod. Pempt. 195.*

Pæonia flore pleno, rubro, minore C. B. Pin. 324. *Pæonia flore pleno, rubro, minor J. B. 3. 494. Pæonia pleno rubro flore, minor Clus. Hist. 280.*

Pæonia fœmina, flore albo, pleno C. B. Pin. 324. *Pæonia albo flore pleno, sive polyanthos alba, fœmina J. B. 3. 494.*

Pæonia flore exalbido, pleno, major C. B. Pin. 324. *Pæonia exalbido pleno flore major Clus. Hist. 280.*

Pæonia flore exalbido, pleno, minor, C. B. Pin. 324. *Pæonia pleno flore albescente, minor Clus. Hist. 280.*

Pæonia à Pæone Medico, qui eâ curasse perhibetur Plutonem ab Hercule vulneratum, ut refert Homerus Odyss. 5.

SECTIO VII.

De Herbis flore rosaceo, cujus pistillum abit in fructum ex plurimis seminibus in capitulum quoddam collectis compositum.

GENUS I.

Anemone. *Anemone.*

ANEMONE est plantæ genus, flore A L rosaceo, plurimis scilicet petalis B. in orbem positis constante: ex cujus meditullio surgit pistillum D quod deinde abit in fructum E oblongum, cujus axi F plurima semina adhærescunt G caliptrâ ut plurimùm lanuginosâ H I obvoluta: figura L Anemonem exhibet flore pleno. His notis addenda sunt foliola quædam M N caulem alias nudum cingentia, plerumque terna. *Tab.* 147.

Anemones species sunt

Anemone Cyclamini seu malvæ folio, lutea C. B. Pin. 173. *Anemone latifolia, flore flavo*, 1 *Clusii J. B.* 3. 401. *Anemone hortensis, latifolia, simplo flavo flore Clus. Hist.* 248. *Anemone latiore folio.*

Anemone latifolia, flava C. B. Pin. 176. *Anemone latifolia, duplo flore flavo* 2. *Clusii J. B.* 3. 402. *Anemone hortensis, latifolia, duplo flore flavo Clus. Hist.* 249.

Anemone latifolia, flore intus luteo, foris rubro & violaceo V. Lusit.

Anemone latifolia, flore simplici, emaculati candoris, H. R. Par.

Anemone latifolia, flore albo, duplici & triplici foliorum serie V. Lusit.

Anemone latifolia, flore intus albo, extrinsecus rubro & violaceo V. Lusit.

Anemone latifolia, flore duplo, foliis albo & amœno violaceo virgatis H. R. Par. *Anemone latifolia seu Pavo minor, foliis amœno violaceo & albo variegatis Joncq. Hort. Sylvie ou Daufine.*

Anemone latifolia, Pavo dicta major, prima C. B. Pin. 176. *Anemone latifolia, pleno flore coccineo, sive Pavo major*, 1 *Clusii J. B.* 3. 405. *Anemone hortensis, latifolia, Pavo major*, 1 *Clus. Hist.* 261.

Anemone latifolia, Pavo dicta major, prolifera C. B. Pin. 176. *Anemone Pavosa latifolia, multiplex, flore miniato Bry.*

Anemone latifolia, Pavo dicta, luxuriantibus solùm foliis infeliciter sylvescens & florens rarò H. R. Par.

Anemone latifolia, Pavo dicta polyphylla, flore suave-rubente H. R. Par. *Pavo major, à fleur double, couleur de chair.*

Anemone latifolia, flore pleno, arboris Persicæ quoad floris colorem æmula H. R. Par. & Joncq. Hort. *Anemone rosée.*

Anemone latifolia, maxima, versicolor C. B. Pin. 175 *Anemone latifolia*

flore pleno, variegato J. B. 3. 404. *Anemone hortensis, latifolia, plena flore*, 1. *Clus. Hist.* 261.

Anemone latifolia, maxima, foliis amœno candore & suavi purpurâ variis H. R. Par.

Anemone Chalcedonica, major, flore viridi pleno, violaceo, rubentibus lineis Suvert.

Anemone latifolia, multiplex, flore violaceo H. R. Par. *Anemone viollette.*

Anemone latifolia, circumfusis foliis obsoletiùs holosericea, mediis glomeratis foliolis virescens, saliente comâ ex purpura nigricante H. R. Par. *La Diablesse.*

Anemone latifolia, flore simplici, croceo-pallescente, vivaci rubore radiato, Pavo minor Herbariorum H. R. Par.

Anemone Geranei rotundo folio purpurascens C. B. Pin. 173. *Anemone Italica, latiusculis spinosis foliis* 3. *Clusii J. B.* 3. 402. *Anemone* 1 *Dod. Pempt.* 434.

Anemone Geranei rotundo folio, dilutè purpurascens C. B. Pin. 173. *Anemone latifolia, ex purpura dilutiore albicante flore*, 4 *Clusii J. B.* 3. 402. *Anemone hortensis, latifolia* 4, *simplici flore Clus. Hist.* 250.

Anemone Geranei rotundo folio, dilutè rubens C. B. Pin. 173. *Anemone latifolia, flore ad carneum colorem tendente, albicantibus unguibus*, 5 *Clusii J. B.* 3. 402. *Anemone hortensis, latifolia*, 5 *simplici flore Clus. Hist.* 250.

Anemone latifolia, simplici carneo flore C. B. Pin. 173. *Anemone latifolia, purpurei ferè coloris, unguibus albicantibus, Byzantina*, 6 *Clusii J. B.* 3. 403. *Anemone hortensis, latifolia*, 6, *simplici flore Clus. Hist.* 250. *Anemone lierrée.*

Anemone latifolia, flore purpuro-saturo C. B. Pin. 173. *Anemone latifolia, flore coloris purpurei, saturi, unguibus magnis, albis, infima parte purpureis*, 8 *Clusio J. B.* 3. 403. *Anemone hortensis, latifolia* 8, *simplici flore Clus. Hist.* 251.

Anemone latifolia, purpuro-violaceo flore C. B. Pin. 173. *Anemone latifolia, violacea, unguibus argenteis.* 12 *Clusii J. B.* 3. 403. *Anemone hortensis, latifolia* 12, *simplici flore Clus. Hist.* 251.

Anemone latifolia, flore purpuro-violaceo, altera C. B. Pin. 173. *Anemone latifolia, flore ampliore, duodenis foliis violaceo purpureis, unguibus albis*, 13 *Clusii J. B.* 3. 403. *Anemone hortensis, latifolia*, 13, *simplici flore Clus. Hist.* 252.

Anemone latifolia, violaceo flore C. B. Pin. 173. *Anemone latifolia, flore ex purpura violaceo, ad umbilicum albicante orbe*, 9 *Clusii J. B.* 3. 403. *Anemone hortensis, latifolia*, 9, *simplici flore Clus. Hist.* 251.

Anemone latifolia, flore violaceo, saturo colore C. B. Pin. 173. *Anemone latifolia, flore violaceo, unguibus magnis, candidis, Byzantina*, ij *Clusii J. B.* 3. 403. *Anemone hortensis, latifolia, ij, simplici flore Clus. Hist.* 251.

Anemone latifolia, flore variegato C. B. Pin. 173 *Anemone colore saturatiùs ex purpureo rubens, oris coccineis, unguibus albis, magnis, Byzantina, 7 Clusii J. B. 3. 403. Anemone hortensis, latifolia, 7, simplici flore Clus. Hist. 250.*

Anemone latifolia, punctato flore. C. B. Pin. 173. *Anemone latifolia, violacea, maculis albis notata, 10 Clusii J. B. 3. 403. Anemone hortensis, latifolia, 10, simplici flore Clus. Hist. 251. Sylvie à fleur simple.*

Anemone latifolia, flore carneo C. B. Pin. 173. *Anemone latifolia, flore veluti carneo, unguibus albis, 14 Clusii J. B. 3. 403. Anemone hortensis, latifolia, 14, simplici flore Clus. Hist. 252.*

Anemone latifolia, Saniculæ folio C. B. Pin. 173. *Anemone simplex, latifolia, dilutè purpurascens Eyst.*

Anemone latifolia, flore Orangei coloris C. B. Pin. 174. *Anemone latifolia, colore Orengens dicto, 15 Clusii J. B. 3. 403. Anemone hortensis, latifolia, 15, simplici flore Clus. Hist. 252.*

Anemone latifolia, flore coccineo C. B. Pin. 174. *Anemone latifolia, flore coccineo, itemque unguibus, 16 Clusii J. B. 3. 404. Anemone hortensis, latifolia, 16, simplici flore Clus. Hist. 252.*

Anemone latifolia, flore magno, coccineo C. B. Pin. 174, *Anemone latifolia, coccinea, sine unguibus, Byzantia, 17. Clusii J. B. 3. 404. Anemone hortensis, latifolia, 17 simplici flore Clus. Hist. 253.*
diculo I insidentia; foliorum enim numero differt à Fragaria.

Quinquefolii species sunt

Quinquefolium Alpinum, argenteum, erectum, foliis in apice incisis. *Pentaphyllum argenteum, Alpinum, flore albo Raii Hist.* 614.

Quinquefolium album, majus, caulescens C. B. Pin. 325. *Quinquefolium album, majus Prodr.* 139.

Quinquefolium album, majus, alterum C. B. Pin. 325. *Pentaphyllon album J. B.* 2. 598. *Quinquefolium* 1, *majus, albo flore Clus. Hist. cv.*

Quinquefolium album, minus C. B. Pin. 325. *Prodr.* 139.

Quinquefolium album, minus, alterum C. B. Pin. 325. *Quinquefolium ij, minus, albo flore Clus. Hist. cv.*

Quinquefolium majus, repens C. B. Pin. 325. *Pentaphyllum sive Quinquefolium vulgare, repens J. B.* 2. 397. *Quinquefolium majus Dod. Pempt.* 116.

Quinquefolium minus, repens, luteum C. B. Pin. 325. *Pentaphyllon parvum, hirsutum J. B.* 2. 598. *Quinquefolii iiij, flavo flore, ij species Clus. Hist. cvj.*

Quinquefolium minus, folio subtus albicante. *Pentaphyllum minus, folio subtus albicante J. B.* 2. 598. *Pentaphyllon minus, luteum Anv.* 307.

Quinquefolium minus, repens, lanuginosum, luteum C.B. Pin. 325. *Quinquefolii iiij, flavo flore,* 1 *species Clus. Hist. cvj. Pentaphyllum minus, molli lanugine pubescens, flore luteo J. B.* 2. 598.

Quinquefolium minus, repens, Alpinum, aureum C. B. Pin. 325. *Pentaphyllum Alpinum, splendens, aureo flore J. B.* 2. 598. *Quinquefolium iij, aureo flore Clus. Hist. cvj.*

Quinquefolium folio argenteo C. B. Pin. 325. *Pentaphyllum rectum, foliis profundè sectis, subtus argenteis, flore luteo J. B.* 2. 398. *Quinquefolium petræum, majus Tabern. Icon.* 122.

Quinquefolium rectum, luteum C. B. Pin. 325. *Quinquefolium rectum, majus J. B.* 2. 397. *Quinquefolium alterum, vulgare Dod. Pempt.* 116.

Quinquefolium rectum, album C. B. Pin. 325. *Quinquefolium Theophrasti album Tabern. Icon.* 120.

Quinquefolium rectum, majus, tenuius & villosius. *Pentaphyllon rectum, majus, tenuius, villosius, Pannonicum J. B.* 2. 398.

Quinquefolium minus, flore pallidè luteo. *Pentaphyllon seu Heptaphyllum albo pallidum seu flore ochroleuco, petalis singulis cordatis Mor. Hist. Oxon. Part.* 2. 188.

Quinquefolium Canadense, humilius Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 188.

Quinquefolium montanum, erectum, hirsutum, luteum C. B. Pin. 325. *Prodr.* 139.

Quinquefolium Alpinum, repens, serotinum Mor. H. R. Bles.

Quinquefolium Pyrenaicum, folio subtus argenteo.

Quinquefolium, quasi diceres plantam foliis quinis.

GENUS IX.

Tormentilla. *Tormentille.*

Tab. 153. TORMENTILLA eſt plantæ genus, flore A roſaceo, quatuor ſcilicet petalis B in orbem poſitis conſtante: ex cujus calyce C monophyllo, multifido & pelviformi ſurgit piſtillum D quod deinde abit in fructum E ferè globoſum, in quo multa ſemina G in capitulum quoddam colliguntur, ipſo calyce involuta F. His notis addenda ſunt folia plura quàm terna, ſummo pediculo inſidentia.

Tormentillæ ſpecies ſunt

Tormentilla ſylveſtris C. B. Pin. 326. *Tormentilla J. B.* 2. 598. *Tormentilla Dod. Pempt.* 118.

Tormentilla Alpina, vulgaris, major C. B. Pin. 326. *Tormentilla montana Cam. Epit.* 685.

Tormentilla radice repente. *Pentaphyllum minus, viride, flore aureo, tetrapetalo, radiculas in terram è geniculis demittens Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 2. 190.

Tormentilla Caſſubica, major. *Pentaphyllum Caſſubicum, foliis viridibus, profundè ſectis & majus Par. Bat. Pentaphyllum foliis viridibus & majus Flor. Bat.*

Tormentilla Caſſubica, minor. *Pentaphyllum Caſſubicum, foliorum ſegmentis profundè inciſis, ſerratis, & minus Flor. Bat. Pentaphyllum Caſſubicum, minus Par. Bat.*

Ab eo genere excludenda eſt *Tormentilla Alpina, folio ſericeo C. B. Pin.* 326. *ad Alchimillam revocanda.*

GENUS X.

Pentaphylloides.

PENTAPHYLLOIDES eſt plantæ genus, à Quinquefolio diverſum foliorum ſitu, quæ ſcilicet ſummo pediculo nequaquam inſident radiorum ordine, ſed alio quovis modo diſponuntur.

Pentaphylloidis ſpecies ſunt

Pentaphylloides erectum J. B. 2. 398. *Quinquefolium fragiferum C. B. Pin.* 326. *Quinquefolium v, fragiferum Cluſ. Hiſt. cvij.*

Pentaphylloides ſupinum J. B. 2. 398. *Quinquefolio fragifero affinis C.B.Pin.* 326. *Petaphyllon ſupinum quorumdam, Potentillæ facie Cluſ. Hiſt. cvij.*

Pentaphylloides argenteum, alatum, ſeu Potentilla. *Potentilla ſeu Argentina J. B.* 2. 398. *Argentina Dod. Pempt.* 600.

Pentaphylloides rectum, fruticoſum, Eboracenſe Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 193. *Pentaphylloides fruticoſum Raii Cat. Plant. Angl. Edit.* 1677.

Pentaphylloides paluſtre, rubrum. *Quinquefolium paluſtre, rubrum C. B. Pin.* 326. *Pentaphyllon vel potius Heptaphyllum flore rubro J. B.* 2. 398. *Quinquefolium paluſtre ſive aquaticum Tabern. Icon.* 122.

Pentaphylloides paluſtre, rubrum, foliis craſſioribus & villoſis. *Pentaphyl-*

tum paluſtre, rubrum, craſſis & villoſis foliis, Suecicum & Hybernicum Pluk. Phytogr. 212. fig. 2.

Pentaphylloides, quaſi planta ad Pentaphyllum, ſive Quinquefolium accedens.

SECTIO VIII.

De Herbis flore roſaceo, cujus piſtillum vel calyx abit in fructum mollem.

GENUS I.

Chriſtophoriana.

CHRISTOPHORIANA eſt plantæ genus, flore A roſaceo, plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis conſtante: ex cujus meditullio ſurgit piſtillum C, quod deinde abit in fructum mollem D, ſeu baccam ut plurimùm ovatam ſeminibuſque fœtam F gemino ordine non rarò ſibi adhæreſcentibus E. Tab. 154.

Chriſtophorianæ ſpecies ſunt

Chriſtophoriana vulgaris, noſtras, racemoſa & ramoſa Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 8. *Aconitum racemoſum, an Actæa Plinio C. B. Pin. 183. Chriſtophoriana Dod. Pempt. 402.*

Chriſtophoriana Americana, racemoſa, baccis niveis Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 8. *Aconitum baccis niveis Corn. 77.*

Chriſtophoriana Americana, racemoſa, baccis rubris Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 8. *Aconitum baccis rubris Corn. 77.*

Chriſtophoriana Americana, racemoſa, baccis rubris, longo pediculo inſidentibus Sarrac.

Ab eo genere excludenda eſt, *Chriſtophoriana Canadenſis, racemoſa & ramoſa Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 8. Panaces κάρπιμον, ſive racemoſa Canadenſis Corn. 74.*

Chriſtophoriana, quaſi Planta Sancti Chriſtophori.

GENUS II.

Phytolacca.

PHYTOLACCA eſt plantæ genus, flore A roſaceo, plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis conſtante: ex cujus meditullio ſurgit piſtillum C, quod deinde abit in fructum D ſeu baccam ferè globoſam, mollem, ſeminibuſque fœtam F in orbem poſitis E. Tab. 154.

Phytolaccæ ſpecies ſunt

Phytolacca Americana, majori fructu. *Solanum racemoſum, Indicum H. R. Par. Solanum magnum, Virginianum, rubrum Park. Theat. 347.*

Phytolacca Americana, minori fructu.

Phytolacca à vocibus φύτον, *Planta* & *Lacca*, quasi diceres Plantam ex qua color ad Laccam accedens extrahitur.

GENUS III.

Aralia.

Tab. 154. ARALIA est plantæ genus, flore A rosaceo, plurimis scilicet petalis C in orbem positis constante, calyci B insidentibus, qui deinde abit in fructum mollem seu baccam D ferè globosam, succulentam, seminibus fœtam plerumque oblongis E.

Araliæ species unicam novi.

Aralia Canadensis. *Panaces κάρπιμον, sive racemosa Canadensis Corn.* 74.

GENUS IV.

Asparagus. *Asperges.*

Tab. 154. ASPARAGUS est plantæ genus, flore A rosaceo, senis plerumque petalis B in orbem positis constante: ex cujus meditullio surgit pistillum C quod deinde abit in fructum mollem, seu baccam D ferè globosam, seminibusque fœtam ut plurimùm duris E. His notis addenda sunt folia tenuia.

Asparagi species sunt

Asparagus sativa C.B.Pin.489. *Asparagus hortensis, & pratensis J.B.* 3. 725. *Asparagus hortensis Dod. Pempt.* 703.

Asparagus sylvestris, tenuissimo folio C. B. Pin. 490. *Asparagus sylvestris Math.* 478.

Asparagus maritimus, crassiore folio C. B. Pin. 490. *Asparagus marinus Clus. Hist. clxxix J. B.* 3. 726.

Asparagus foliis acutis C. B. Pin. 490. *Corruda J. B.* 3. 726. *Corruda prior Clus. Hist. clxxvij.*

Asparagus aculeatus, alter, tribus aut quatuor spinis ad eundem exortum C. B. Pin. 490. *Corruda altera Clus. Hist. clxxviij.*

Asparagus aculeatus, spinis horridus C. B. Pin. 490. *Corruda tertia Clus. Hist. clxxviij.*

Asparagus aculeatus, Africanus H. L. Bat.

Asparagus aculeatus, maximus, sarmentosus, Zeylanicus H. L. Bat.

Asparagus Hispanicus, aculeis crassioribus horridus.

SECTIO IX.

De Herbis flore rosaceo, cujus calyx abit in fructum siccum.

GENUS I.

Cuminoides.

Tab. 155. CUMINOIDES est plantæ genus, flore A rosaceo, plurimis scilicet petalis B ut plurimùm fimbriatis in orbem positis & calyci C insidenti-

bus constante, qui calyx deinde abit in semen plerumque oblongum D.

Cuminoidis speciem unicam novi.

Cuminoides vulgare. *Cuminum sylvestre, capitulis globosis C. B. Pin.* 146. *Cuminum sylvestre, primum, valde odoratum, globulosum J. B.* 5. *Part.* 2. 23. *Cuminum sylvestre Dod. Pempt.* 300.

Cuminoides, quasi Planta ad Cuminum accedens.

GENUS II.

Circæa.

CIRCÆA est plantæ genus, flore A ex duobus petalis B calyci C etiam bifolio insidentibus constante: calyx autem abit in fructum D pyriformem, in duo loculamenta E plerumque divisum, semine fœta F ut plurimùm oblongo. Tab. 155.

Circææ species sunt

Circæa Lutetiana Lob. Icon. 266. *Solanifolia Circæa dicta, major C. B. Pin.* 168. *Ocimastrum verrucarium J. B.* 2. 977.

Circæa Canadensis, latifolia, flore albo.

Circæa minima Col. Part. 280. *Solanifolia Circæa Alpina C. B. Pin.* 168.

GENUS III.

Agrimonia. *Aigremoine.*

AGRIMONIA est plantæ genus, flore A rosaceo, plurimis scilicet petalis B in orbem positis constante, calyci C insidentibus. Calyx autem abit in fructum D plerumque oblongum, veluti echinatum, uno vel altero semine G oblongo ut plurimùm fœtum E F. Tab. 155.

Agrimoniæ species sunt

Agrimonia officinarum. *Agrimonia seu Eupatorium J. B.* 2. 398. *Eupatorium veterum sive Agrimonia C. B. Pin.* 321. *Agrimonia sive Eupatorium Dod. Pempt.* 28.

Agrimonia odorata Cam. Hort. *Eupatorium odoratum C. B. Pin.* 321.

Agrimonia Santonensis, odorata. *Eupatorium odoratum, Santonense seu Blesense, Agrimonia medio modo odorata Mor. Hist. Oxon. Part.* 2. 614.

GENUS VI.

Agrimonoides.

AGRIMONOIDES est plantæ genus, flore A rosaceo, plurimis scilicet petalis B in orbem positis constante è divisuris calycis C prodeuntibus. Flos autem D simul & calyx alio calyce E F infundibuliformi & veluti fimbriato excipiuntur; ac deinde calyx C abit in fructum G ovato, acuminatum altero calyce F involutum, semine fœtum H plerumque singulari I. Tab. 155.

Agrimonoidis speciem unicam novi.

Agrimonoides Col. Part. 1. 145. *Agrimoniæ similis C. B. Pin.* 321.

Agrimonoides, quasi Planta ad agrimoniam accedens.

GENUS V.

Onagra.

Tab. 156. ONAGRA est plantæ genus, flore A rosaceo, quatuor plerumque petalis B in orbem positis constante, calyci C insidentibus, è cujus superiori parte quæ fistulosa est, surgit pistillum D, inferiori E in fructum abeunte, cylindraceum F, in quatuor partes G dehiscentem, & in quatuor loculamenta H divisum, seminibus fœtum K ut plurimùm angulatis, placentæ I affixis.

Onagræ species sunt

Onagra latifolia. *Lysimachia lutea, corniculata C. B. Pin.* 245.

Onagra latifolia, flore dilutiore. *Lysimachia corniculata non papposa, Virginiana, major, flore sulphureo H. L. Bat.*

Onagra latifolia, floribus amplis. *Lysimachia Virginiana, altera, foliis latioribus, floribus luteis, majoribus Cat. Altdorf.*

Onagra angustifolia. *Lysimachia angustifolia, Canadensis, corniculata H. R. Par. Lysimachia corniculata, lutea, Canadensis, minor, seu angustifolia Mor. H. R. Bles.*

Onagra angustifolia, caule rubro, flore minori.

Onagra Americana, folio Betonicæ, fructu hispido Plum.

Onagra Americana, foliis Persicariæ amplioribus, parvo flore luteo Plum.

Onagra Americana, foliis Persicariæ angustioribus, magno flore luteo Plum.

Onagra Americana, frutescens, Nerii folio, magno flore luteo Plum.

GENUS VI.

Chamænerion.

Tab. 157. CHAMÆNERION est plantæ genus, flore A B rosaceo, quatuor plerumque petalis C in orbem positis constante: Ex cujus meditullio surgit pistillum H non rarò quadrifariam dehiscens I K. Calyx autem D E cylindriformis quatuor foliis F G ut plurimùm instructus abit in fructum L in quatuor loculamenta M divisum, quadrifariam etiam apice dehiscentem N, multo semine fœtum P pappis instructo Q, placentæ O affixo quatuor alis seu dissepimentis donatæ.

Chamænerii species sunt

Chamænerion latifolium, vulgare. *Lysimachia Chamænerion dicta, latifolia C. B. Pin.* 235. *Lysimachia speciosa quibusdam, Onagra dicta siliquosa J. B.* 2. 906. *Onagra Lugd.* 865.

Chamænerion latifolium, vulgare, flore albo. *Lysimachia Chamænerion dicta latifolia, flore albo C. B. Pin.* 245.

Chamænerion latifolium, Alpinum. *Lysimachia Camænerion dicta, Alpina C. B. Pin.* 245.

Chamænerion angustifolium, Alpinum, flore purpureo. *Lysimachia Camænerion dicta, angustifolia C. B. Pin.* 245. *Pseudolysimachium purpureum, minus Dod. Pempt.* 85. *Lysimachia siliquosa, speciosa, angustifolia J. B.* 2. 907.

Chamænerion anguſtifolium, Alpinum, flore albo. *Lyſimachia Chamænerion dicta anguſtifolia, flore albo C. B. Pin.* 245.

Chamænerion anguſtifolium, Alpinum, flore variegato. *Lyſimachia Alpina, anguſtifolia, flore albo, ſtriato lineis purpureis H. R. Par.*

Chamænerion villoſum, magno flore violaceo. *Lyſimachia ſiliquoſa, hirſuta, magno flore C. B. Pin.* 245. *Lyſimachia ſiliquoſa* 1 *Tabern. Icon.* 855.

Chamænerion villoſum, magno flore purpureo. *Lyſimachia ſiliquoſa, hirſuta, magno flore purpureo C. B. Pin.* 245. *Lyſimachia ſiliquoſa, hirſuta, majore flore purpureo J. B.* 905.

Chamænerion villoſum, majus, parvo flore. *Lyſimachia ſiliquoſa, hirſuta, major, parvo flore C. B. Pin.* 245. *Lyſimachia ſiliquoſa, hirſuta, flore minore J. B.* 2. 906. *Lyſimachia ſiliquoſa, ij Tabern. Icon.* 855.

Chamænerion villoſum, minus, parvo flore. *Lyſimachia ſiliquoſa, hirſuta, minor, parvo flore C.* B. *Pin.* 245.

Chamænerion Alpinum, foliis ad nodos ternis. *Lyſimachia ſiliquoſa, purpurea, Alpina, trifoliata Bocc. Muſ. Part.* 2. 22. *Tab.* 5.

Chamænerion Alpinum, foliis ſplendentibus, denticulatis. *Lyſimachia Alpina, glabra, ramoſa, Violæ ſurrectæ foliis ſplendentibus Bocc. Muſ. Part.* 2. 32. *Tab.* 16.

Chamænerion Alpinum, minus, Brunellæ foliis. *Lyſimachia ſiliquoſa, nana, Prunellæ foliis acutis Bocc. Muſ. Part.* 2. 161. *Lyſimachia Prunellæ foliis Ejuſd. Tab.* 108.

Chamænerion glabrum, majus. *Lyſimachia ſiliquoſa, glabra, major C. B. Pin.* 245. *Pſeudolyſimachium purpureum*, 1 *Dod. Pempt.* 85.

Chamænerion glabrum, majus, flore albo. *Lyſimachia ſiliquoſa, glabra, major, flore albo C. B. Pin.* 245.

Chamænerion Siculum, glabrum, majus & nitidum, Amygdali folio. *Lyſimachia pulchra, Amygdali folio nitido, rubente caule, flore magno, purpureo H. Cathol.*

Chamænerion glabrum, minus. *Lyſimachia ſiliquoſa, glabra, minor C. B. Pin.* 245. *Lyſimachia minor Tabern. Icon.* 854.

Chamænerion glabrum, minus, flore albo. *Lyſimachia ſiliquoſa, glabra minor, flore albo C. B. Pin.* 245.

Chamænerion anguſtifolium, glabrum. *Lyſimachia ſiliquoſa, glabra, anguſtifolia C. B. Pin.* 245. *Lyſimachia ſiliquoſa, minor Tabern. Icon.* 856.

Chamænerion Origani folio. *Lyſimachia ſiliquoſa, glabra, minor, latifolia, noſtras Raii Hiſt.* 862.

Chamænerion à vocibus Græcis χαμαὶ *humi*, & νήριον *Nerion*, quaſi *Nerion humile.*

CLASSIS VII.

DE HERBIS ET SUFFRUTICIBUS,

Flore polypetalo, rosaceo, umbellato.

Tab. 158. FLOS polypetalos, rosaceus A qui plurimis petalis B in orbem positis constat, UMBELLATUS dicitur, si ejus calyx C abeat in fructum E ex duobus seminibus D D compositum, sibi invicem adhærescentibus cùm viridia sunt, sed disjunctis cùm ad maturitatem pervenerint. His floribus ex Cæsalpino, J. Bauhino, cæterisque proprium est ut singuli pediculo G insideant & in capitula quædam H colligantur, pediculis longioribus I innixa, quæ demum ex eodem orta fastigio, quadam veluti circinatione Corymbi vel Umbellæ (qua mulieres solem à vultu arcere solent) adinstar disponantur K. Figuræ M & L semina quæ his floribus succedunt, eodem
Hist. 406. ordine digesta exhibent. Clariss. Raius, in cujus sum opinione, circinationem hanc in umbelliferis non requirit, nec profectò necessaria videtur. Nota igitur propria floris umbellati ponitur in ipso flore rosaceo, sive circinato, sive aliter disposito, modo ejus calyx abeat in duo semina.

SECTIO I.

De Herbis floribus umbellatis, circinatò dispositis, quorum calyx abit in duo semina exigua & striata.

GENUS I.

Ammi.

Tab. 159. AMMI est plantæ genus, flore A rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis B constante, cordiformibus, inæqualibus, in orbem positis & calyci C insidentibus. Is autem abit in fructum D ex duobus seminibus E E compositum, exiguis I, hinc gibbis & striatis, inde verò planis. His notis addenda sunt folia F oblonga & angusta, costæ G per conjugationes innascentia, ultimo impari claudente.

Ammeos species sunt

Ammi majus C. B. Pin. 159. *Ammi vulgare, majus, latioribus foliis, semine minus odorato J. B. 3. Part. 2. 27. Ammi vulgare Dod. Pempt.* 301.

Ammi

Ammi majus, foliis plurimùm incisis & nonnihil cripsis C. B. Pin. 159.

Ammi perenne Mor. Umb. *Ammi quorundam Dalechampii Lugd. 696. Eryngium arvense, foliis serræ similibus C. B. Pin. 386. Crithmum quartum Mathioli, umbelliferum J. B. 3. Part. 2. 195. Eryngium quartum Dod. Pempt. 732.*

GENUS II.

Apium. *Persil.*

APIUM est plantæ genus, flore A, B rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis D constante æqualibus, in orbem positis & calyci C insidentibus. Is autem abit in fructum E ex duobus seminibus F compositum, exiguis G, hinc gibbis & striatis, inde verò planis. His notis addenda sunt folia in alas divisa seu costæ ramosæ innascentia. *Tab. 160.*

Apii species sunt

Apium hortense seu Petroselinum vulgo C. B. Pin. 153. *Apium hortense multis quod vulgo Petroselinum, palato gratum, planum J. B. 3. Part. 2. 97. Apium hortense Dod. Pempt. 694.*

Apium vel Petroselinum crispum C. B. Pin. 153. *Apium hortense multis, quod vulgo Petroselinum, palato gratum, crispum J. B. 3. Part. 2. 97. Apium crispum, Apium multifolium Tabern. Icon. 90.*

Apium hortense, latifolium C. B. Pin. 153. *Apium hortense, magnum, vulgari hortensi sive Petroselino vocato, sapore idem, sive Anglicanum quibusdam J. B. 3. Part. 2. 99.*

Apium Macedonicum C. B. Pin. 154. *Apium sive Petroselinum Macedonicum multis J. B. 3. Part. 2. 102. Petroselinum Macedonicum ex Lobelio Dod. Pempt. 697. Persil de Macedoine.*

Apium Lusitanicum, rotundifolium.

Apium Pyrenaicum, Thapsiæ facie. *Seseli Pyrenaicum, Thapsiæ facie D. Fagon Schol. Bot. Par. Bat.*

Apium Anisum dictum, semine suaveolente, majori. *Anisum Herbariis, semine majori C.B.Pin. 159. Anisum veteribus J. B. 3. Part. 2. 92. Anisum vulgare Clus. Hist. ccij. Anis.*

Apium Anisum dictum, semine suaveolente, minori. *Anisum Herbariis, semine minori C. B. Pin. 159.*

Apium palustre & Apium officinarum C. B. Pin. 154. *Apium vulgare, ingratius J. B. 3. Part. 1. 100. Eleoselinum Dod. Pempt. 695. Ache.*

Apium dulce, Celeri Italorum H. R. Par. *Selinum sive Apium dulce Park. Theat. 926. Celeri.*

Apium palustre minus, cauliculis procumbentibus, ad alas floridum H. L. Bat.

Apium ab Apibus, quæ Apio seu Petroselino delectantur.

GENUS III.

Cicuta. *Cigue*..

Tab. 160. CICUTA est plantæ genus, flore A rosaceo, & umbellato, plurimis scilicet petalis B constante, cordiformibus, inæqualibus, in orbem positis & calyci D insidentibus. Is autem abit in fructum E ferè globosum, ex duobus seminibus F compositum exiguis, hinc gibbis & striatis, inde verò planis.

Cicutæ species sunt

Cicuta major C. B. Pin. 160. *Cicuta Dod. Pempt.* 461. *J. B.* 3. *Part.* 2. 175.

Cicuta major, foliis tenuioribus C. B. Pin. 160.

Cicuta minor, Petroselino similis C. B. Pin. 160. *Cicutaria Apii folio J. B.* 3. *Part.* 2. 179. *Cicutaria fatua Lob. Icon.* 280.

Cicuta dicitur quòd internodiis sit cavis & fistulosis: nam (ut docet Servius) in Cannis Calamisve quod interceptum est inter duos nodos, Cicuta appellatur.

GENUS IV.

Carvi.

Tab. 160. CARVI est plantæ genus, flore A, B rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis C constante, cordiformibus, inæqualibus, in orbem positis & calyci D insidentibus. Is autem abit in fructum E ex duobus seminibus F compositum exiguis, longiusculis, hinc gibbis & striatis, inde verò planis. His notis addenda sunt folia G tenuiter laciniata, costæ H per conjugationes innascentia.

Carvi species sunt

Carvi Cæsalp. 291. *Cuminum pratense, Carvi officinarum C. B. Pin.* 158. *Caros J. B.* 3. *Part.* 2. 69. *Carum Dod. Pempt.* 299.

Carvi foliis tenuissimis, Asphodeli radice. *Daucus pratensis, Millefolii palustris folio C. B. Pin.* 150. *Daucus pratensis Dalechampii, folio Millefolii J. B.* 3 *Part.* 2. 9. *Daucus pratensis Dalechampii Lugd.* 718.

Lib. 19. cap. 8. Carvi à Cariâ Asiæ regione. Peregrinum & Careum (inquit Plinius) gentis suæ nomine appellatum, culinis principale.

GENUS V.

Phellandrium.

Tab. 161. PHELLANDRIUM est plantæ genus, flore A rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis B constante, cordiformibus, in orbem positis & calyci C insidentibus. Is autem abit in fructum D ex duobus seminibus E compositum exiguis, hinc gibbis F, leviter striatis, inde verò planis G.

Phellandrii species sunt

Phellandrium Dod. Pempt. 591. *Cicutaria palustris tenuifolia C. B. Pin.* 161. *Phellandrium vel Cicutaria aquatica quorundam J. B.* 3. *Part.* 2. 183.

Phellandrium Alpinum, umbellâ purpurascente. *Meum Alpinum, umbellâ purpurascente C. B. Pin.* 148. *Muttelina Cam. Epit.* 8. *J. B.* 3. *Part.* 2. 66.

GENUS VI.

Bulbocastanum. *Terre-noix.*

BULBOCASTANUM est plantæ genus, flore A rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis B constante in orbem positis & calyci C insidentibus. Is autem abit in fructum D ex duobus seminibus E compositum exiguis, oblongis, nunc lævibus, nunc striatis F, hinc gibbis, inde verò planis. His notis addenda est radix carnosa & tuberosa G, H. *Tab.* 161.

Bulbocastani species sunt

Bulbocastanum majus, folio Apii C. B. Pin. 162. *Bulbocastanum J. B.* 3. *Part.* 2. 30. *Bolbocastanon Dod. Pempt.* 334.

Bulbocastanum minus, saxatile, Peucedani folio. *Ciminum bulbosum Col. Part.* 2. 20.

Bulbocastanum majus, Alpinum, Pastinacæ folio.

Bulbocastanum tenuiter inciso folio, Lusitanum V. Lusit.

Bulbocastanum, quasi diceres bulbum ad Castaneam accedentem.

GENUS VII.

Daucus.

DAUCUS est plantæ genus, flore A rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis B C constante, cordiformibus, inæqualibus, in orbem positis, & calici D insidentibus. Is autem abit in fructum E subrotundum ex duobus seminibus F compositum, villis ciliorum æmulis instructum & cinctum G. *Tab.* 161.

Dauci species sunt

Daucus sativus, radice lutea. *Pastinaca tenuifolia, sativa, radice luteâ C. B. Pin.* 151. *Pastinaca sativa sive Carota lutea J. B.* 3. *Part.* 2. 64. *Pastinaca tenuifolia, sativa Dod. Pempt.* 678.

Daucus radice & umbellâ luteis. *Pastinaca tenuifolia, radice & umbellâ luteâ Mor. H. R. Bles.*

Daucus sativus, radice Aurantii coloris. *Pastinaca tenuifolia, sativa, radice Mali Aurantii coloris H. Edinb.*

Daucus sativus, radice albâ. *Pastinaca tenuifolia, sativa, radice albâ C. B. Pin.* 151. *Pastinaca sativa sive Carota alba J. B.* 3. *Part.* 2. 64.

Daucus sativus, radice atro-rubente. *Pastinaca tenuifolia, sativa, radice atro-rubente C. B. Pin.* 151. *Pastinaca sativa sive Carota rubra J. B.* 3. *Part.* 2. 64. *Pastinaca sativa, rubens Dod. Pempt.* 678.

Daucus vulgaris Clus. Hist. cxcviij. *Pastinaca tenuifolia, sylvestris Dioscoridis, vel Daucus officinarum C. B. Pin.* 151. *Pastinaca sylvestris, sive Staphylinus Græcorum J. B.* 3. *Part.* 2. 62.

Daucus maritimus, lucidus. *Pastinaca tenuifolia, marina, foliis obscurè virentibus & quasi lucidis. Bot. Monsp.*

Daucus tenuifolius, lucidus, gummifer. *Pastinaca tenuifolia, lucida, gummi manans Bocc. Mus. Part. 2. 30. Tab. 20.*

Daucus Americanus, lucidus H. R. Par. App.

Daucus Hispanicus, umbellâ maximâ.

Daucus tenuifolius, Creticus, radiis umbellæ longioribus. *Pastinaca tenuifolia, Cretica, umbellæ radiis Gingidii longioribus Mor. Umb. Tab. iv.*

Daucus annuus, ad nodos floridus. *Caucalis nodoso echinato semine C.B. Pin. 153. Prodr. 80. in Math. 404. Caucalis nodoso echinato semine; Anthrisco hispido affinis, si non ejus varietas J. B. 3. Part. 2. 83.*

Daucus annuus, minor, floribus rubentibus. *Caucalis semine aspero, flosculis rubentibus C. B. Pin. 153. Prodr. 80. Anthriscus quorundam, semine aspero, hispido J. B. 3. Part. 2. 83.*

Daucus annuus, minor, floribus albis *Anthriscus quorundam, semine aspero, hispido, umbellis albicantibus J. B. 3. Part. 2. 83.*

GENUS VIII.

Sium. *Berle.*

Tab. 162. SIUM est plantæ genus, flore A rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis B constante plerumque æqualibus, in orbem positis & calici C insidentibus. Is autem abit in fructum D subrotundum, ex duobus seminibus E compositum, hinc gibbis & striatis F, inde verò planis. His notis addenda sunt folia G per conjugationes costæ H innascentia, ultimo impari claudente I.

Sii species sunt

Sium sive Apium palustre, foliis oblongis C. B. Pin. 154. *Sion umbelliferum J. B. 3. 172. Sium Dod. Pempt. 589.*

Sium palustre, alterum, foliis serratis.

Sium latifolium C. B. Pin. 154. *Sium medium, Pastinaca palustris Tabern. Icon. 78. Sium maximum, latifolium J. B. 2. 175.*

Sium foliorum conjugationibus laciniatis.

Sium umbellatum, repens Ger. Emac. 258.

Sium aquaticum, ad alas floridum Mor. Umb. 63.

Sium arvense sive segetum. *Selinum Sii foliis Ger. Emac. 1018. Selinum segetale Park. Theat. 932.*

Sium aromaticum, Sison officinarum. *Sison sive officinarum Amomum J.B. 3. Part. 2. 107. Sison quod Amomum officinis nostris C. B. Pin. 154. Petroselinum Macedonicum Fuchsii Dod. Pempt. 697.*

GENUS IX.

Sisarum. *Chervi.*

Tab. 163. SISARUM est plante genus, flore A rosaceo, & umbellato, plurimis scilicet petalis B constante, in orbem positis & calyci C insidentibus. Is autem abit in fructum D ex duobus seminibus compositum, angustis E, hinc gibbis F & striatis, inde verò planis. His notis addendæ sunt radices H N apiformes ab uno capite G pendentes.

Sisari speciem unicam novi.

Sisarum Germanorum C. B. Pin. 155. *Sisarum multis J. B. 3. Part. 2. 153. Sisarum Dod. Pempt. 681.*

Sisarum radicis formâ differt à Bulbocastano, Sio & Tragoselino.

GENUS X.

Tragoselinum. *Boucage.*

TRAGOSELINUM est plantæ genus, flore A rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis B constante inæqualibus, cordiformibus, in orbem positis, & calyci C insidentibus. Is autem abit in fructum ex duobus seminibus D, E compositum oblongis, hinc gibbis & striatis G, inde verò planis F. *Tab. 163.*

Tragoselini species sunt

Tragoselinum majus, umbellâ candidâ. *Pimpinella Saxifraga, major, umbellâ candidâ C. B. Pin. 159. Saxifraga Hircina, major J. B. 3. Part. 2. 109. Tragoselinum majus. Pimpinella major Tabern. Icon. 88.*

Tragoselinum majus, umbellâ rubente. *Pimpinella Saxifraga, major, umbellâ rubente C. B. Pin. 159.*

Tragoselinum alterum, majus. *Pimpinella Saxifraga, major, altera C. B. Pin. 159. Saxifraga Hircina, minor, foliis Sanguisorbæ J. B. 3. Part. 2. 111. Tragoselinum minus. Pimpinella minor Tabern. Icon. 88.*

Tragoselinum minus. *Pimpinella Saxifraga, minor C. B. Pin. 160. Saxifragia Hircina, minima. Pimpinella crispa Tragi J. B. 3. Part. 2. 113. Saxifraga parva Dod. Pempt. 315.*

Tragoselinum Africanum, altissimum. *Pimpinella Saxifraga, maxima, Africana Bot. Monsp. App.*

Tragoselinum à vocibus Græcis τράγος *Hircus*, & σελίνον *Selinum*: quasi diceres Selinum Hircinum.

GENUS XI.

Buplevrum.

BUPLEVRUM est plantæ genus, flore A rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis B constante in orbem positis & calyci C insidentibus. Is autem abit in fructum D ex duobus seminibus E, F compositum oblongis, hinc gibbis & striatis G, inde verò planis. His notis addenda sunt folia simplicia, alternè in caulibus posita. *Tab. 163.*

Buplevri species sunt

Buplevrum folio rigido C. B. Pin. 278. *Auricula Leporis altera sive rigidior J. B. 3. Part. 2. 200. Buplevrum alterum, latifolium Dod. Pempt. 633.*

Buplevrum folio subrotundo, sive vulgatissimum C. B. Pin. 278. *Auricula Leporis umbellâ luteâ J. B. 3. Part. 2. 200. Buplevrum angustifolium Tabern. Icon. 872.*

Buplevrum annuum, angustifolium Bot. Monsp. *Buplevrum angustifolium Dod. Pempt. 633. Auricula Leporis Gesn. Hist. Anim. Cap. de Lepo-*

re 630. Buplevrum minus, angustifolium, Monspeliense Raii Hist. 474.

Buplevrum annuum, minimum, angustifolium H. R. Monsp. *Perfoliata minor, angustifolia, Buplevri folio C.B. Pin. 277. Perfoliatum angustifolium, montanum Col. Part. 1. 257. Auriculæ Leporis affinis Odontitis lutea Valerandi & Dalechampii J. B. 3. Part. 2. 201.*

Buplevrum angustissimo folio C. B. Pin. 278. *Auricula Leporis minima J.B. 3. Part. 2. 201. Buplevrum minimum Col. Part. 1. 247.*

Buplevrum angustissimo folio, alterum H. R. Par.

Buplevrum perfoliatum, rotundifolium, annuum. *Perfoliata vulgatissima sive arvensis C. B. Pin. 277. Perfoliata simpliciter dicta, annua vulgaris J. B. 3. Part. 2. 198. Perfoliata Dod. Pempt. 104. Perce-feuille.*

Buplevrum perfoliatum, rotundifolium, annuum, flore multiplici. *Perfoliata crispa seu muscosa Cam. Hort. Icon. xxxvij.*

Buplevrum perfoliatum, longifolium, annuum. *Perfoliata annua, longioribus foliis J. B. 3. 198. Perfoliata minor, ramis inflexis C. B. Pin. 277. Prod. 130.*

Buplevrum montanum, latifolium. *Perfoliata montana, latifolia C. B. Pin. 277. Perfoliata montana Cam. Hort. Icon. xxxviij.*

Buplevrum montanum, flosculis exiguis. *Perfoliata montana, flosculis parvis C. B. Pin. 277.*

Buplevrum Alpinum, latifolium minus. *Perfoliata Alpina, latifolia, minor C. Pin. 277. Prodr. 129.*

Buplevrum Alpinum, angustifolium, majus. *Perfoliata Alpina, angustifolia major, sive folio anguloso C. B. Pin. 277. Prodr. 129.*

Buplevrum Alpinum, angustifolium, medium. *Perfoliata Alpina, angustifolia, media C. B. Pin. 277. Prodr. 129. Perfoliata Alpina, magna, longifolia J. B. 3. Part. 2. 198.*

Buplevrum Alpinum, angustifolium, minus. *Perfoliata Alpina, angustifolia, minor C. B. Pin. 277. Prodr. 129.*

Buplevrum montanum, Gramineo folio. *Perfoliata Alpina, angustifolia, minima vel Buplevrum angustifolium, Pyrenaicum C. B. Pin. 277. Prodr. Perfoliata minor, foliis Grammeis J. B. 3. 199.*

Buplevrum arborescens, Salicis folio. *Seseli Æthiopicum, Salycis folio C. B. Pin. 161. Seseli Æthiopicum, fruticosum, folio Periclymeni J. B. 3. Part. 2. 197. Seseli Æthiopicum frutex Dod. Pempt. 312.*

Buplevrum Hispanicum, arborescens, Gramineo folio. *Buplevrum fruticans, angustifolium, Hispanicum Barr. Icon.*

Buplevrum Hispanicum, fructicosum, aculeatum, Gramineo folio.

Buplevrum Lusitanicum, Gramineo, longiori & rigidissimo folio.

Buplevrum à vocibus Græcis Βοῦς *Bos* & πλευρὸν *Costa, latus*; quòd Boves eâ comestâ rumpi existimarint: unde Buplevron à Bupresti apud Plinium non differre videtur, *& ipsum nomen*, inquit Plinius, *indicio est Boum certè venenum esse, quòd dissilire degustata fatentur.* Alii tamen volunt Plinii Buprestim infectum esse non plantam.

lib. 22. cap. 22

SECTIO II.

De Herbis, floribus umbellatis, circinatò dispositis, quorum calyx abit in duo semina angusta, oblonga & satis crassa.

GENUS I.

Fœniculum. *Fenouil.*

FŒNICULUM est plantæ genus, flore A rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis B constante, in orbem positis & calyci C insidentibus. Is autem abit in fructum D ex duobus seminibus E compositum oblongis, crassiusculis, hinc gibbis & striatis, inde verò planis F. His notis addenda sunt folia G in lacinias capillaceas divisa, costæ H innascentia. *Tab. 164.*

Fœniculi species sunt

Fœniculum vulgare, minus, acriori & nigriori semine J. B. 3. Part. 2. 2. *Fœniculum vulgare, Italicum, semine oblongo, gustu acuto C. B. Pin.* 147. *Fœniculum sive Maratrum vulgatius Adv.* 347.

Fœniculum vulgare, Germanicum C. B. Pin. 147. *Fœniculum Dod. Pempt.* 297.

Fœniculum foliis atrovirentibus H. Edinb.

Fœniculum dulce, majore & albo semine J. B. 3. Part. 2. 4. *Fœniculum dulce C. B. Pin.* 147. *Fœniculum sive Maratrum vulgatius, dulce Lob. Icon.* 775.

Fœniculum dulce, Azoricum Pluk. Almag. Bot.

Fœniculum semine rotundo, minore C. B. Pin. 147. *Fœniculum rotundum, flore albo J. B. 3. Part. 2. 5. Fœniculum rotundum Tabern. Icon.* 67.

Fœniculum tortuosum J. B. 3. Part. 2. 16. *Seseli Massiliense, Fœniculi folio, quod Dioscoridis censetur C. B. Pin.* 161. *Seseli Massiliense, folio Fœniculi crassiore Lob. Icon.* 785.

Fœniculum sylvestre, perenne, Ferulæ folio breviori. *Meum latifolium, adulterinum C. B. Pin.* 148. *Meum alterum, Italicum quibusdam J. B. 3. Part. 2. 15. Spurium Meum, alterum, Italicum Lob. Icon.* 778.

Fœniculum sylvestre, elatius, Ferulæ folio longiori. *Saxifraga Mathioli tenuifolia & umbellifera J. B. 3. Part. 2. 18.*

Fœniculum sylvestre, humilius, Peucedani folio. *Caucalis folio Peucedani C. B. Pin.* 153. *Caucalis Anglica Tabern. Icon.* 97.

Fœniculum sylvestre, glauco folio. *Daucus glauco folio, similis Fœniculo tortuoso J. B. 3. Part. 2. 16.*

Fœniculum annuum, umbellâ contractâ oblongâ. *Gingidium umbellâ oblongâ C. B. Pin.* 151. *Visnaga J. B. 3. Part. 2. 31. Gingidium alterum Dod. Pempt.* 702.

Fœniculum altissimum, sphærocephalon. *Hippomarathrum sphærocephalon P. Alp. Exot.* 198.

Fœniculum Orientale, Cuminum dictum. *Cuminum semine longiore C. B. Pin.* 146. *Cuminum sive Cyminum sativum J. B.* 3. 22. *Cuminum Dioscoridis Lob. Icon.* 742.

Fœniculum Orientale, Cuminum dictum, semine villoso. *Cyminum sive Cuminum, seminibus villosis Raii Hist.* 433.

Fœniculum annuum, Origani odore. *Ammi parvum, foliis Fœniculi C. B. Pin.* 159. *Ammi semine tenuissimo & odoratissimo J. B.* 3. *Part.* 2. 25. *Ammi perpusillum Lob. Icon.* 7 5.

Fœniculum Lusitanicum, minus, annuum, Anethi odore. *Anethum segetum V. Lusit.*

Fœniculum Lusitanicum, minimum, acre. *Ammoides C. B. Pin.* 159. *Ammi pusillum Cæsalp.* 286.

Fœniculum minimum, patulum. *Daucus montanus, multifido folio, Selini semine C. B. Pin.* 150. *Selinum montanum, pumilum Clus. Hist. cc.*

Fœniculum palustre, nimium. *Sium minimum, umbellatum Par. Bat.*

Fœniculum, ut ait C. Bauhinus, dicitur quòd satum magno cum fœnore semen reddat: vel potiùs Græcorum more, quòd quasi Fœnum in hyemes arefactum ac marcidum reponatur.

GENUS II.

Meum.

Tab. 165. MEUM est plantæ genus, flore A rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis B constante in orbem positis & calici C insidentibus. Is autem abit in fructum D ex duobus seminibus E compositum, oblongis, hinc gibbis & striatis F, inde verò planis. His notis addenda sunt folia G tenuissimè laciniata, costæ H innascentia: qua in re non differt à Fœniculo, & *Fœniculum Alpinum, perenne, capillaceo, folio, odore medicato* lubens ipsum appellarem, nisi Mei nomen longo usu comprobatum esset.

Mei speciem unicam novi.

Meum foliis Anethi C. B. Pin. 148. *Meum vulgare sive radix Ursina J. B.* 3. *Part.* 2. 11. *Meum Dod. Pempt.* 305.

GENUS III.

Oenanthe.

Tab. 166. OENANTHE est plantæ genus flore A rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis BC constante inæqualibus, cordiformibus, in orbem positis & calyci D insidentibus. Is autem abit in fructum E,L ex duobus seminibus compositum oblongis, hinc gibbis & striatis G M, inde verò planis I, in aliquos veluti aculeos desinentibus, quorum medius F, H, K, N, cæteris validior.

Oenanthes species sunt

Oenanthe Apii folio C.B. Pin. 162. *Oenanthe sive Filipendula Monspessulana, folio Apii J. B.* 3. *Part.* 2. 190. *Filipendula tenuifolia Tabern. Icon.* 141.

Oenanthe maritima, Apii nigriore & crassiore folio H. R. Monsp.

Oenanthe

Oenanthe Lusitanica, Apii folio & odore.

Oenanthe Chærophyli foliis C. B. Pin. 162. *Oenanthe succo viroso, Cicutæ facie Lobelio J. B. 3. Part. 2. 193. Oenanthe Cicutæ facie, succo viroso, croceo Lob. Icon. 730.*

Oenanthe Chærophyli folio H. R. Monsp.

Oenanthe Staphylini folio aliquatenus accedens J. B. 3. Part. 2. 191.

Oenanthe aquatica C. B. Pin. 162. *Filipendula aquatica Tabern. Icon. 142. Oenanthe sive Filipendula aquatica J. B. 3. Part. 2. 191.*

Oenanthe sive Filipendula aquatica, altera J. B. 3. Part. 2. 192. *Oenanthe sive Filipendula folio Rutæ Ejusd. ibid. Filipendula palustris, Ruta palustris Tabern. Icon. 142.*

Oenanthe prolifera, Apula C. B. Pin. 163. *Enanthe Cretica Pon. Bald. Ital. 213.*

Oenanthe nodulis radicum longioribus & nigrioribus H. R. Par.

Oenanthe Lusitanica, semine crassiore, globoso.

Oenanthe, à vocibus Græcis, οἴνη *Vitis*, & ἄνθος *Flos*, quod floreat cum Vite, vel quòd ejus flos odore & colore florem vitis æmuletur.

GENUS IV.

Angelica. *Angelique.*

ANGELICA est plantæ genus, flore A rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis B constante, in orbem positis & calyci C insidentibus. *Tab. 167.* Is autem abit in fructum D ex duobus seminibus E compositum oblongis, crassiusculis, Apii semine majoribus, hinc gibbis & striatis F, inde verò planis. His notis addenda sunt folia G H alata, in partes satis amplas divisa.

Angelicæ species sunt

Angelica sylvestris, minor sive erratica C. B. Pin. 155. *Angelica sylvestris, repens, J. B. 3. Part. 2. 145. Ægopodium, Herba Gerardi Tabern. Icon. 83.*

Angelica Acadiensis, flore luteo H. R. Par. 55.

Angelica Alpina, ad nodos florida. *An Ligusticum quorundam, foliis Angelicæ J. B. 3. Part. 2. 147?*

Angelica montana, perennis, Paludapii folio. *Ligusticum vulgare, an Libanotis fertilis Theophrasti C. B. Pin. 157? Ligusticum vulgare, foliis Apii J. B. 3. Part. 2. 122. Levisticum vulgare Dod. Pempt. 311. Laserpitium Ang. Ache de montagne.*

Angelica pratensis, Apii folio. *Seseli pratense, Silaus fortè Plinio. C. B. Pin. 162. Silaum quibusdam, flore luteolo J. B. 3. Part. 2. 170. Siler alterum, pratense Dod. Pempt. 310.*

Angelica pratensis, altera, Apii folio.

Angelica montana, perennis, Aquilegiæ folio. *Libanotis latifolia, Aquilegiæ folio C. B. Pin. 157. Ligusticum Rauvolfii, foliis Aquilegiæ J. B. 3. Part. 2. 148.*

Angelica Canadensis, tenuifolia, Asphodeli radice.

Angelica Canadensis, foliis quasi præmorsis & in tenue Capillamentum abeuntibus, foliolo donatum.

Angelica, à viribus eximiis, & ut ita dicam Angelicis.

GENUS V.

Astrantia.

Tab. 166. ASTRANTIA est plantæ genus, flore A rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis B constante, apice plerumque reflexo, in orbem positis & calyci C insidentibus. Is autem abit in fructum E ex duobus seminibus H compositum, quæ singula calyptrâ F, G, I striatâ crispâque involvuntur. Flores verò in capitulum quoddam K colliguntur, coronâ cinctum L foliaceâ. Figura D calycem exhibet quorundam florum, qui steriles sunt.

Astrantiæ species sunt

Astrantia major, coronâ floris purpurascente. *Astrantia major Mor. Umb.* 7. *Helleborus niger, Saniculæ folio, major C. B. Pin.* 186. *Sanicula fœmina, quibusdam, aliis Elleborus niger J. B.* 3. 638. *Veratrum nigrum Dioscoridis Dod. Pempt.* 387.

Astrantia major, coronâ floris candidâ. *Helleborus niger, Saniculæ folio, major, flore albo, montis aurei H. R. Par.*

Astrantia minor, Mor. Umb. 7. *Helleborus Saniculæ folio, minor C. B. Pin.* 286. *Helleborus minimus, Alpinus, Astrantiæ flore Bocc. Rarior. Plant.* 9.

GENUS VI.

Chærophyllum. *Cerfeuil.*

Tab. 166. CHÆROPHYLLUM est plantæ genus, flore A rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis B, C constante, inæqualibus & calyci D insidentibus. Is autem abit in fructum E H, ex duobus seminibus compositum F I rostri avium æmulis, non striatis, nunc lævibus G, nunc asperis K L, hinc gibbis, inde verò planis.

Chærophylli species sunt

Chærophyllum sativum C. B. Pin. 152. *Chærophyllon J. B.* 3. *Part.* 2. 75. *Chærefolium Dod. Pempt.* 700.

Chærophyllum sylvestre, perenne, Cicutæ folio. *Myrrhis sylvestris, seminibus lævibus C. B. Pin.* 160. *Myrrhis Fuchs. Hist.* 525.

Chærophyllum syllvestre, seminibus brevibus, hirsutis. *Myrrhis sylvestris, seminibus asperis C. B. Pin.* 160. *Myrrhis, sylvestris, nova, Æquicolorum Col. Part.* 1. 112.

Chærophyllum Siculum, Sophiæ foliis, semine villoso. *Dauco secondo, Siciliano, con foglio di Sophia Zan.* 80.

Chærophyllum sylvestre, alterum geniculis tumentibus H. R. Par. *Myrrhis nodosa, annua, semine aspero Mor. H. R. Bles.*

Chærophyllum à vocibus Græcis φυλλον *gaudeo*, & χαίρω *folium*, quasi planta foliis gaudens.

GENUS VII.

Myrrhis.

MYRRHIS est plantæ genus, flore A rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis B, C constante, inæqualibus, in orbem positis & calyci D insidentibus. Is autem abit in fructum ex duobus seminibus compositum E, H, I, rostri avium æmulis, striatis, hinc gibbis F, G, K, inde verò planis. *Tab. 166.*

Myrrhidis species sunt

Myrrhis major vel Cicutaria odorata C. B. Pin. 160. *Myrrhis magno semine longo, sulcato J. B. 3. Part. 2. 77. Myrrhis Dod. Pempt. 701.*

Myrrhis, annua, semine striato, lævi Mor. Umb. 44. *Chærophyllum sylvestre C.B.Pin.152. Anthriscus Plinii quibusdam, semine longo Cicutariæ vel Chærephylli J.B.3.Part.2.70. Cerefolium sylvestre, Onoselinum Tabern.Icon.94.*

Myrrhis perennis, alba, minor, foliis hirsutis, semine aureo Mor.Umb.66.

Myrrhis perennis, lutea, Daucoides Mor. Umb. 67.

Myrrhis tuberosa, nodosa, Conyophillon Mor. Umb. 67. *Cicutaria bulbosa C. B. Pin. 161. Myrrhis odorata, bulbosa J. B. 3. Part.2. 183. Myrrhis Cicutaria Tabern. Icon. 98.*

Myrrhis annua, semine striato, villoso, incana Mor. Umb. 67. *Daucus foliis Fœniculi tenuissimis C. B. Pin. 150. Daucus Creticus, semine hirsuto J. B. 3. Part. 2. 56. Daucus Creticus Tabern. Icon. 75.*

Myrrhis palustris, latifolia, alba. *Cicutaria palustris, latifolia, alba C. B. Pin. 161. Cicutaria alba Lugd. 789.*

Myrrhis palustris, latifolia, rubra. *Cicutaria palustris, latifolia, rubra C. B. Pin. 161. Cicutaria latifolia, hirsuta J. B. 3. Part. 2. 182. Cicutaria rubra Lugd. 789.*

Myrrhis montana, Daucoides, semine longiori.

Myrrhis annua, Lusitanica, semine villoso, Pastinacæ sativæ folio.

Myrrhis trifolia, Canadensis, Angelicæ facie. *Angelica Canadensis, trifolia quorundam.*

Myrrhis, ut aiunt, à Myrrhâ, quòd ejus odorem spiret.

SECTIO III.

De Herbis, floribus umbellatis, circinatò dispositis, quorum calyx abit in duo semina subrotunda & crassiuscula.

GENUS I.

Smyrnium. *Maceron.*

SMYRNIUM est plantæ genus, flore A, B rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis C constante in orbem positis & calici D insidentibus. *Tab. 168.*

Is autem abit in fructum E I ferè globosum, compositum ex duobus seminibus F, K crassiusculis quandoque lunatis G, H hinc gibbis, & striatis L M, inde verò planis.

Smyrnii species sunt

Smyrnium Math. 773. *Hipposelinum Theophrasti vel Smyrnium Dioscoridis C. B. Pin.* 154. *Macerone quibusdam, Smyrnium semine magno, nigro J. B.* 3. *Part.* 2. 126.

Smyrnium peregrinum, rotundo folio C. B. Pin. 154. *Smyrnium Creticum, perfoliatum J. B.* 3. *Part.* 2. 125. *Smyrnium Amani montis Dod. Pempt.* 698.

Smyrnium Lusitanicum, minus, Apii foliis, *Apium Macedonicum, Lusitanicum, Lusitanorum V. Lusit. an Ligusticum alterum Belgicum, foliis ferè Absinthii, semine rotundo J. B.* 3. *Part.* 2. 147?

Smyrnium, à voce Græcâ σμύρνα, *Myrrha*, quòd odorem Myrrhæ referat.

GENUS II.

Coriandrum. *Coriandre.*

Tab. 168. CORIANDRUM est plantæ genus, flore A, C rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis B inæqualibus & cordiformibus constante, quandoque verò æqualibus, in orbem positis & calyci D E insidentibus. Is autem abit in fructum F, I, ex duobus seminibus compositum G nunc semisphæricis, nunc sphæricis K.

Coriandri species sunt

Coriandrum majus C. B. Pin. 158. *Coriandrum Lob. Icon.* 705. *J. B.* 3. *Part.* 2. 89.

Coriandrum minus, testiculatum C. B. Pin. 158. *Coriandrum minus, odorum J. B.* 3. *Part.* 2. 91. *Coriandrum alterum, minus, odorum Lob. Icon.* 706.

Coriandrum, Græcis *Corion* seu *Coriannon*, à voce κόρις *Cimex*, cujus odorem æmulatur Coriandrum.

SECTIO IX.

De Herbis floribus umbellatis, circinatò dispositis, quorum calyx abit in duo semina plana, ovata, satis ampla.

GENUS I.

Imperatoria. *Imperatoire.*

Tab. 168. IMPERATORIA est plantæ genus, flore A, D rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis B constante, nunc cordiformibus, nunc integris in orbem positis & calyci C insidentibus. Is autem abit in fructum E compositum ex duobus seminibus F, H, G planis, ferè ovatis, leviter striatis &

marginatis, involucrum plerumque deponentibus, I, K. His notis addenda sunt folia alata, satis ampla.

Imperatoriæ species sunt

Imperatoria major C. B. Pin. 156. *Imperatoria J. B. 3. Part. 2. 137. Astrantia Dod. Pempt. 320.*

Imperatoria Alpina, maxima.

Imperatoria sativa. *Angelica sativa C. B. Pin. 155. J. B. 3. Part. 2. 140. Angelica major Dod. Pempt. 318. Angelique*

Imperatoria Archangelica dicta. *Archangelica J. B. 3. Part. 2. 143. Clus. Hist. cxiv. Dod. Pempt. 318.*

Imperatoria pratensis, major. *Angelica sylvestris major C. B. Pin. 155. Angelica sylvestris, magna, vulgatior J. B. 3. Part. 2. 144. Angelica sylvestris Dod. Pempt. 318.*

Imperatoria lucida, Canadensis. *Angelica lucida, Canadensis Corn. 197.*

Imperatoria Pyrenaica, tenuifolia.

Imperatoria, à summis viribus, quasi Planta Imperatore digna.

GENUS II.

Crithmum. *Bacille.*

CRITHMUM est plantæ genus, flore A rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis B constante in orbem positis & calyci C insidentibus. Is autem abit in fructum D compositum ex duobus seminibus E planis, leviter striatis, involucrum plerumque deponentibus F, G. His notis addenda sunt folia H carnosa, angusta, trifariam divisa. *Tab. 169.*

Crithmi species sunt

Chrithmum sive Fœniculum maritimum, majus, odore Apii C. B. Pin. 288. *Chrithmum sive Fœniculum marinum, grandius, cui succus luteus J. B. 3. Part. 2. 195. Crithmum Siculum, Baticulæ alterum genus Cæsalpini Bocc. Rarior. Plant. 53. & 54.*

Crithmum sive Fœniculum maritimum, minus C. B. Pin. 288. *Crithmum multis sive Fœniculum marinum J. B. 3. Part. 2. 194. Crithmum marinum Dod. Pempt. 705.*

Ab eo genere excludi debent *Crithmum maritimum, flore Asteris Attici C. B. Pin. 288. Asteris species. Crithmum maritimum, spinosum C. B. Pin. 288.*

GENUS III.

Anethum. *Aneth.*

ANETHUM est plantæ genus, flore A rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis B constante in orbem positis & calycis C insidentibus. Is autem abit in fructum D compositum ex duobus seminibus E ovatis, planis, striatis & marginatis F. His notis addenda sunt ex [a] Morisono & [b] Raio folia Fœniculacea. *Tab. 169.*

[a] *Umb. 36.*
[b] *Hist. 415.*

Anethi ſpeciem unicam novi.

Anethum hortenſe C. B. Pin. 147. *Anethum J. B. 3. Part. 2. 6. Dod. Pempt. 298.*

GENUS IV.

Peucedanum.

PEUCEDANUM eſt plantæ genus, flore A roſaceo & umbellato, plurimis ſcilicet petalis B conſtante in orbem poſitis & calyci C inſidentibus. Is autem abit in fructum D compoſitum ex duobus ſeminibus E planis ferè, ovatis, leviter ſtriatis F, & marginatis. His notis addenda ſunt folia alata, anguſta, graminea, trifariam diviſa.

Peucedani ſpecies ſunt

Peucedanum majus, Italicum C. B. Pin. 149. *J. B. 3. Part. 2. 36. Lob. Icon. 782.*

Peucedanum Germanicum C. B. Pin. 149. *Peucedanum minus, Germanicum J. B. 3. Part. 2. 36. Peucedanum, Fœniculum porcinum Lob. Icon. 781.*

Peucedanum Gallicum, rarioribus & brevioribus foliis H. R. Par.

Peucedanum Gallicum, rarioribus & brevioribus foliis, flore purpureo.

SECTIO V.

De Herbis, floribus umbellatis, circinatò diſpoſitis, quorum calyx abit in duo ſemina ovata, plana, ampla.

GENUS I.

Oreoſelinum. *Perſil de montagne.*

Tab. 169. OREOSELINUM eſt plantæ genus, flore A roſaceo & umbellato, plurimis ſcilicet petalis B conſtante in orbem poſitis & calyci C inſidentibus. Is autem abit in fructum D compoſitum ex duobus ſeminibus E ovatis, planis, amplis, ſtriatis, marginatis, involucrum quandoque deponentibus F. His notis addenda ſunt folia Apii vel Cicutæ.

Oreoſelini ſpecies ſunt

Oreoſelinum Apii folio, majus. *Daucus montanus, Apii folio, major C. B. Pin. 150. Libanotis altera quorundam, aliis dicta Cervaria nigra J. B. 3. Part. 2. 165. Daucus ſecundus, Selinoides Lob. Icon. 720.*

Oreoſelinum Apii folio, minus. *Apium montanum, nigrum C.B. Pin. 153. & Apium montanum, folio ampliore Ejuſd. ibid. Apium montanum Dalechampii J. B. 3. Part. 2. 103. & Apium montanum, nigrum Ejuſd. 104. Oreoſelinum ſive Veelgutta Dod. Pempt. 696.*

Oreoſelinum pratenſe, Cicutæ folio. *Daucus Alſaticus C. B. Prodr. 77. Umbellifera Alſatica, magna, umbellâ parvâ, ſubluteâ J. B. 3. Part. 2. 106.*

Oreoselinum Africanum, Galbaniferum, frutescens, Anisi folio. *Oreoselinum Anisoides, arborescens, Ligustici foliis & facie, flore luteo, Capitis Bonæ Spei Breyn. Prodr. 2. Anisum Africanum, fruticescens, folio & caule rore cœruleo tinctis Pluk. Phytog. Tab. xij. Ferula fruticosa, sempervirens, foliis Anisi Prodr. Par. Bat. Ferula Galbanifera Par. Bat.*

Oreoselinum à vocibus Græcis ὄρος *Mons* & σελίνον *Selinum*; quasi diceres Selinum montanum.

GENUS II.

Thysselinum.

THYSSELINUM est plantæ genus ab Oreoselino diversum succo lacteo. Thysselini species sunt

Thysselinum Plinii Lob. Icon. 711. *Apium sylvestre, lacteo succo turgens C. B. Pin. 153. Apium sylvestre Dodonæi, Thysselinum quorundam, Plantæ lacteo succo turgens, locis humidis proveniens J. B. 3. Part. 2. 188.*

Thysselinum palustre. *Seseli palustre, lactescens C. B. Pin. 162. Seseli palustre, lactescens, acris, foliis ferulaceis, flore albo, semine lato J. B. 3. Part. 2. 188.*

GENUS III.

Pastinaca. *Panais.*

PASTINACA est plantæ genus, flore A rosaceo & umbellato, plurimis scilicet petalis B constante in orbem positis & calyci C insidentibus. Is autem abit in fructum D compositum ex duobus seminibus E ovatis, amplis, tenuibus, marginatis, involucrum plerumque deponentibus F. His notis addenda sunt folia alata & ampla. *Tab. 170.*

Pastinacæ species sunt

Pastinaca sativa, latifolia C. B. Pin. 155. *Pastinaca sativa, latifolia, Germanica, luteo flore J. B. 3. Part. 2. 150. Elaphoboscum sativum Tabern. Icon. 76.*

Ornithogalum Eriophorum, Peruvianum. *Bulbus Eriophorus, Peruanus C.B. Pin.* 47. *Eriophorus Peruanus Cluſ. Hiſt.* 173.

Ornithogalum Eriophorum, Orientale. *Bulbus Eriophorus, Orientalis, C.B. Pin.* 47. *Bulbus Eriophorus Cluſ. Hiſt.* 172. *J. B.* 2. 621.

Ornithogalum maritimum, ſeu Scilla radice rubrâ. *Scilla vulgaris, radice rubrâ C. B. Pin.* 73. *Scilla rufa, magna, vulgaris J. B.* 2. 615. *Pancratium Dod. Pempt.* 691.

Ornithogalum maritimum, ſeu Scilla radice albâ. *Scilla radice albâ C. B. Pin.* 73. *Scilla Dod. Pempt.* 690. *Scillæ magnæ, albæ J. B.* 2. 618.

Ornithogalum maritimum, radice eſculentâ. *Scilla eſculenta C. B. Pin.* 73. *Scilla vera & legitima Ang.* 119.

Diosc. Lib. 4. cap. 174. Ornithogalum à vocibus Græcis ὄρνις *avis*, & γάλα *lac*. Floribus enim est foris quidem herbaceis, at ubi expansi sunt, lacteis, ut ait Dioscorides, quasi color lacteus in alis plurimarum avium occurrit.

GENUS X.

Porrum. *Poireau.*

Tab. 204. PORRUM est plantæ genus, flore A liliaceo, ex petalis sex B composito & quasi campaniformi, cujus meditullium occupat pistillum C quod deinde abit in fructum D subrotundum, in tria loculamenta divisum E, seminibus fœtum subrotundis. His notis addi possunt stamina G, quæ plerumque lata sunt, plana, in tria capillamenta desinentia, quorum medium apice donatur, tum & flores qui in fasciculos ferè globosos colliguntur, demum radices I longæ, cylindraceæ H, tunicatæ; tunicis in folia plana K & quandoque carinata abeuntibus.

Porri species sunt

Porrum commune, capitatum C. B. Pin. 72. *Porrum Dod. Pempt.* 688. *J. B.* 2. 551. *Poireau.*

Porrum foliis eleganter variegatis, adinstar Graminis striati H. Edinb.

Porrum sectivum, latifolium C.B.Pin.72. *Porrum sectivum Dod.Pempt.*688.

Porrum sylvestre, vinearum C. B. Pin. 72. *Ampeloprasum Matth.*552.

Porrum sylvestre, gemino capite C. B. Pin. 72.

Porrum sylvestre, Vitigineum Ger. emac. 176.

Porrum, ut volunt, à voce Græca πράσο, quæ eandem plantam significat.

GENUS XI.

Cepa. *Oignon.*

Tab. 205. CEPA est plantæ genus, flore A liliaceo, ex petalis sex C composito, quorum meditullium occupat pistillum D, quod deinde abit in fructum E subrotundum, in tria loculamenta divisum F, seminibusque fœtum subrotundis G. His notis addi debent flores in fasciculum sphæricum B collecti, tum & folia I, caulisque H tubulatus.

Cepæ species sunt

Cepa vulgaris, floribus & tunicis purpurascentibus C. B. Pin. 71. *Cepe sive Cepa rubra, rotunda J. B.* 2. 547. *Cepa rotunda Dod. Pempt.* 687.

Cepa vulgaris, floribus & tunicis candidis C. B. Pin. 71. *Cepe sive Cepa alba, rotunda J. B.* 2. 547. *Cepa alba Tabern. Icon.* 483.

Cepa turbinatâ radice C. B. Pin. 71.

Cepa oblonga Dod. Pempt. 687. *Cepe sive Cepa longa J. B.* 2. 547.

Cepa Ascalonica Matth. 556. *Cepa Ascalonica sive fissilis J. B.* 2. 551. *Echalottes.*

Cepa fissilis Mathioli Lugd. 1539. *Ciboule.*

Cepa Africana, maxima, bulbo lagenario, dulci H. R. Par.

Cepa sectilis, juncifolia, perennis Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 383. *Porrum sectivum, Juncifolium C. B. Pin.* 72. *Porrum sectivum & Schænoprason quibusdam J. B.* 2. 553. *Schænoprasum Dod. Pempt.* 689.

Cepa Alpina, palustris, tenuifolia.

Cepa Lusitancia, foliis capillaceis, minima, purpurascente flore.

Cepa bicornis, tenuifolia, flore obsoleto. *Allium bicorne, proliferum, flore intus albescente, cum stria purpurascente, externè J. B.* 2. 560. *Allium sylvestre, bicorne, flore obsoleto C. B. Pin.* 74.

Cepa Juncifolia, minor purpurascens. *Allium campestre, Juncifolium, capitatum, purpurascens, majus C. B. Pin.* 74. *Allium sylvestre, tenuifolium Lob. Icon.* 156.

Cepa tenuifolia, sphærocephalos, purpurascens. *Allium sphærocephalon, purpurascens Raii Hist.* 1118.

GENUS XII.

Allium. *Ail.*

ALLIUM est plantæ genus, flore A liliaceo, ex petalis sex B composito, quorum meditullium occupat pistillum C quod deinde abit in fructum D subrotundum, in tria loculamenta divisum E, seminibusque fœtum etiam subrotundis F. His notis addi debent flores in fasciculum globosum collecti, tum & radices G tunicatæ ex pluribus nucleis plerumque constantes H, I, K: demum & folia nequaquam tubulata. *Tab. 206.*

Alii species sunt

Allium sativum C. B. Pin. 73. *Allium vulgare & sativum J. B.* 2. 554. *Allium Dod. Pempt.* 682.

Allium sativum, alterum, sive Allioprasum caulis summo circumvoluto C. B. Pin. 73. *Scorodoprasum ij. Clus. Hist.* 191. *Allii genus Ophioscordon dictum quibusdam J. B.* 2. 559. *Rocambole.*

Allium sphæriceo capite, folio latiore sive Scorodoprasum alterum C. B. Pin. 74. *Scorodoprasum dictum J. B.* 2. 558. *Scorodoprasum* 1. *Clus. Hist.* 190.

Allium sylvestre, amphicarpon, foliis Porraceis, floribus & nucleis purpureis Raii Synopf. 230.

Allium sphæriceo capite, folio angustiore C. B. Pin. 74. *Allii genus, fortè Scorodoprason alterum Lobelio J. B.* 2. 564. *Scorodoprasum alterum Lob. Icon.* 157.

Allium sylvestre, latifolium C. B. Pin. 74. *Allium Ursinum, latifolium, vernum sylvaticum J. B.* 2. 565. *Allium Ursinum, latifolium Lob. Icon.* 159.

Allium montanum, latifolium, maculatum C. B. Pin. 74. *Allium Alpinum J. B.* 2. 566. *Victorialis longa Clus. Hist.* 189.

Allium montanum, latifolium, minus Montis aurei H. R. Par.

Allium montanum, angustioribus foliis, maculatum C. B. Pin. 74.

Allium floribus è luteo virescentibus. *Moly flore subviridi Bocc.* 63.

Allium montanum, bicorne, angustifolium, flore purpurascente C.B.Pin. 74.

Allium ſylveſtre, bicorne, purpureum, proliferum J. B. 2. 561. Ampeloprasum proliferum Lob. Icon. 156.

Allium montanum, bicorne, purpureum, proliferum Raii Synopſ. 229.

Allium ſylveſtre, bicorne, flore ex herbaceo albicante, cum triplici in ſingulis petalis ſtria atro-purpurea Raii Synopſ. 229.

Allium montanum, bicorne, flore obſoletiore C. B. Pin. 75. *Allii montani iiij. ſpecies altera Cluſ. Hiſt. 194.*

Allium montanum, bicorne, flore pallidè odoro C. B. Pin. 75. *Allium flore luteo, ſive pallido J. B. 2. 561. Allii montani iiij. ſpecies 1. Cluſ. Hiſt. 194.*

Allium Juncifolium, bicorne, luteum C. B. Pin. 75. *Prodr. 27.*

Allium montanum, capite rotundo C. B. Pin. 75. *Allium ſphærocephalum, purpureum, ſylveſtre J. B. 2. 562. Allium ſeu Moly montanum, v Cluſ. Hiſt. 195.*

Allium Pyrenæum C. B. Pin. 75. *Moly Pyrenæum, purpureo flore Cluſ. Hiſt. App. alt.*

Allium montanum, foliis Narciſſi, majus C. B. Pin. 75. *Allium umbelliferum, pratenſe J. B. 2. 564. Allium ſive Moly Narciſſinis foliis, 1. Cluſ. Hiſt. 195.*

Allium montanum, foliis Narciſſi mollioribus, & floribus dilutioribus C. B. Pin. 75. *Moly Narciſſinis foliis 1. altera ſpecies Cluſ. Hiſt. 195.*

Allium montanum, foliis Narciſſi, minus C. B. Pin. 75. *Allium petræum, umbelliferum J. B. 2. 564. Allium ſive Moly Narciſſinis foliis ij. Cluſ. Hiſt. 196.*

Allium montanum, foliis Narciſſi anguſtioribus & floribus dilutioribus C. B. Pin. 75. *Noly Narciſſinis foliis ij. altera ſpecies Cluſ. Hiſt. 196.*

Allium montanum, radice oblongâ C. B. Pin. 75. *Prodr. 27.*

Allium ſaxatile Acori radice, flore purpureo Bocc. Muſ. Part. 2. 84. Tab. 79. *Videtur varietas prioris.*

Allium montanum, minus C. B. Pin. 75. *Prodr. 27.*

Allium latifolium, Liliflorum. *Moly latifolium, Liliflorum C. B. Pin. 75. Moly Theophraſti Cluſ. Hiſt. 191.*

Allium latifolium, Liliflorum, flore ſubrubente. *Moly latifolium, Liliflorum, flore ſubrubente C. B. Pin. 75. Moly Theophraſti magnum J. B. 2. 568.*

Allium latifolium, Hiſpanicum. *Allium latifolium, Hiſpanicum C. B. Pin. 75. Moly latifolium Eyſt.*

Allium latifolium, luteum. *Moly latifolium, luteum, odore Allii, primum C. B. Pin. 75. Moly luteum Botanicorum, latifolium, Allii odore J. B. 2. 562. Moly montanum, latifolium, flavo flore Cluſ. App. alt.*

Allium latifolium, luteum, alterum. *Moly latifolium, luteum, odore Allii, ſecundum C. B. Pin. 75. Moly latifolium, flore flavo Eyſt.*

Allium Africanum, flore purpuraſcente. *Moly Africanum, umbellâ purpuraſcente C. B. Pin. 75. Prodr. 27.*

Allium peregrinum, floribus albo-viridibus. *Moly exoticum, floribus albo-viridibus*

viridibus C. B. Pin. 75. Moly flore albo, lineis viridis coloris Suvert.

Allium ſylveſtre, ſive Moly minus, roſeo amplo flore Bot. Monſp.

Allium anguſtifolium, umbellatum, flore albo. *Moly anguſtifolium, umbellatum C. B. Pin. 75. Moly Dioſcoridis Cluſ. Hiſt. 192. Moly Dioſcoridis, parvum quibuſdam J. B. 2. 568.*

Allium anguſtifolium, umbellatum, flore carneo. *Moly anguſtifolium, umbellatum, flore carneo H. L. Bat.*

Allium humilius, folio Gramineo. *Moly humile, folio Gramineo C. B. Pin 75. Chamæmoly Col. Part. 1. 326. Varietas Moly Dioſc. Cluſii.*

Allium caule triangulo. *Moly parvum, caule triangulo C. B. Pin. 75. Moly picciolo di Peſaro Pon. Bald. Ital. 22.*

Allium anguſtifolium, floribus majoribus. *Moly anguſtifolium, floribus majoribus C. B. Pin. 76. Moly minus, flore orbiculato, majore J. B. 2. 568. Moly minus Cluſ. Hiſt. 192.*

Allium anguſtifolium, foliis intortis. *Moly anguſtifolium, floribus reflexis C. B. Pin. 75. Moly ſerpentinum vocatum Lob. Icon. 160.*

Allium ſylveſtre, perpuſillum, Juncifolium, moſchatum J. B. 2. 565. *Moly moſchatum, capillaceo folio C. B. Pin. 76. Prodr. 28. Moly Zibethinum Richier. Recher.*

Allium differt ab Ornithogalo florum ſitu, à Cepâ foliorum formâ à Porro verò radice.

SECTIO V.

De Herbis, flore liliaceo, ex petalis ſex compoſito, cujus calyx abit in fructum.

GENUS I.

Lilio-Narciſſus. *Lis-Narciſſe.*

LILIO-NARCISSUS eſt plantæ genus, flore A, B liliaceo, ex petalis ſex C compoſito, Lilii æmulo. Hujus autem calyx D ſeu embryo E abit in fructum Narciſſi fructus formâ. His notis addenda eſt radix bulboſa, tunicata, qua differt à Lilio, à Narciſſo verò flore polypetalo. *Tab. 207.*

Lilio-Narciſſi ſpecies ſunt

Lilio-Narciſſus Jacobæus, latifolius, Indicus, rubro flore Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 366. *Narciſſus Indicus, latifolius, rubro flore J. B. 2. 909. Narciſſus latifolius, Indicus, rubro flore Cluſ. Hiſt. 157.*

Lilio-Narciſſus Indicus, ſaturato colore purpuraſcens Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 367. *Narciſſus Indicus, Liliaceus, ſaturo colore purpuraſcens Ferr. Flor. 119.*

Lilio-Narciſſus Indicus, maximus, ſphæricus, floribus plurimis, rubris, Lilia-

ceis Mor. Hist. Oxon. Part. 2.368. *Narcissus Indicus, flore Liliaceo, sphæricus Ferr. Flor.* 129.

Lilio-Narcissus Indicus, flore albo, exteriùs rubente. *Narcissus à D. Gareto, flore albo, exteriori parte rubicundus Suvert.* 28.

Lilio-Narcissus Japonicus, rutilo flore Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 367. *Narcissus Japonicus, rutilo flore, Corn.* 158.

Lilio-Narcissus Indicus, pumilus, polyanthos Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 368. *Narcissus Indicus, pumilus, polyanthos Corn.* 154.

Lilio-Narcissus Africanus, pumilus, polyanthos. *Lilium Africanum, humile, longissimis foliis, polyanthos, saturato colore purpurascens H. L Bat. App. & Par. Bat.*

Lilio-Narcissus polyanthos, flore incarnato, fundo ex luteo albescente Sloane Cat. Plant. Jam. 115. *Lilium Americanum, puniceo flore Belladona dictum H. L. Bat. & Par. Bat. Lys rouge du Tertre* 110.

Lilio-Narcissus Zeylanicus, latifolius, flore niveo, externè lineâ purpureâ striato H. Amstel. in fol. 73.

Lilio-Narcissus folio latissimo, floribus niveis inodoris. *Narcissus Amboinensis, folio latissimo, rotundo, floribus niveis, inodoris H. Amstel. in fol.* 77.

Lilio-Narcissus Americanus, flore intus aureo, extus coccineo, foliis Lilio Convallium Plum.

Lilio - Narcissus seu Narcissus Liliflorus Carolinianus flore albo, singulari, rubente diluto Pluk. Phytog. Tab. 42. fig. 3.

Lilio-Narcissus Indicus, pumilus, monanthos, albus Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 266. *Narcissus Virgineus Park. Par.* 86.

Lilio-Narcissus Indicus, Narcissus Liliflorus, aureus, striis argenteis pictus, floribus amplis, cernuis, gemellis, caule magno Cepæ fistuloso H. R. H. Pluk. Phytog. Tab. 246. fig. 2.

Lilio-Narcissus luteus, vernus. *Colchicum luteum, vernum C. B. Pin.* 69. *Colchicum vernum, flavo flore J. B.* 2. 662. *Narcissus vernus, flore luteo Suvert.*

Lilio-Narcissus luteus, autumnalis, major. *Colchicum luteum, 1. majus C. B. Pin.* 69. *Colchicum flore luteo quorundam J. B.* 2. 661. *Narcissus autumnalis, major Clus. Hist.* 164.

Lilio-Narcissus luteus, multiplex, autumnalis. *Narcissus autumnalis, flore luteo, multiplex Eyst.*

Lilio-Narcissus luteus, autumnalis, minor. *Narcissus serotinus Clus. Hist.* 162. *Narcissus autumnalis, minor J. B.* 2. 662.

Lilio-Narcissus autumnalis, melino flore. *Colchicum melino flore C. B. Pin.* 69. *Narcissus Persicus, Croci flore, Colchicis affinis J. B.* 2. 661. *Narcissus Persicus Clus. Hist.* 163.

Lilio-Narcissus Bæticus, luteus, minor, odoratissimus.

Lilio-Narcissus, quasi Planta ad Lilium ad Narcissum accedens.

GENUS II.

Narcisso-Leucoium. *Perce-nege.*

NARCISSO-LEUCOIUM est plantæ genus, flore A, B liliaceo, ex petalis sex, nunc æqualibus, nunc inæqualibus composito, & veluti campaniformi, pendulo. Hujus autem calyx C abit deinde in fructum D subrotundum, in tria loculamenta divisum E, seminibusque fœtum F etiam subrotundis. His notis addenda est radix bulbosa. *Tab.* 208.

Narcisso-Leucoii species sunt

Narcisso Leucoium vulgare. *Leucoium bulbosum, vulgare C. B. Pin.* 55. *Leucoium bulbosum, hexaphyllon, cum unico flore, rariùs bino J. B.* 2. 590. *Leucoium bulbosum, hexaphillon Dod. Pempt.* 230.

Narcisso-Leucoium flore patulo. *Leucoium bulbosum flore patulo C. B. Pin.* 55. *Leucoium bulbosum, hexaphillum, majus Eyst.*

Narcisso-Leucoium pratense, multiflorum. *Leucoium bulbosum, majus, sive multiflorum, quod aliqui Acrocorion Plinii statuunt C. B. Pin.* 55. *Leucoium bulbosum, polyanthemum, tardiùs florens, floribus minoribus J. B.* 2. 592. *Leucoium bulbosum, polyanthemum Dod. Pempt.* 230.

Narcisso-Leucoium pratense, multiflorum, flore pleno. *Leucoium bulbosum serotinum, majus, multiflorum, floribus plenis H. L. Bat.*

Narcisso-Leucoium trifolium, majus. *Leucoium bulbosum, trifolium, majus C. B. Pin.* 56. *Leucoium bulbosum, præcox, Byzantinum J. B.* 2. 591. *Leucoium bulbosum, triphyllum, majus, Byzantinum Eyst.*

Narcisso-Leucoium trifolium, minus. *Leucoium bulbosum, trifolium, minus C. B. Pin.* 56. *Leucoium bulbosum, minus, triphyllon J. B.* 2. 591. *Leucoium bulbosum, triphyllon Dod. Pempt.* 230.

Narcisso-Leucoium trifolium, cæruleum. *Leucoium bulbosum, trifolium, cæruleum C. B. Pin.* 56. *Leucoium oriphyllum, flore cæruleo Someri Lob. Adv. Part.* 2. 492. *J. B.* 2. 592.

Narcisso-Leucoium autumnale, latifolium. *Leucoium bulbosum, autumnale, latifolium C. B. Pin.* 56. *Leucoium autumnale, tenuifolium Suvert.* 20.

Narcisso-Leucoium autumnale, capillaceo folio, *Leucoium bulbosum, autumnale C.B.Pin.*56. *Leucoium bulbosum, autumnale, minus, tenuifolium J.B.* 2. 593. *Leucoium bulbosum, autumnale, minimum Dod. Pempt.* 230.

Narcisso-Leucoium vernum, capillaceo folio. *Leucoium bulbosum, tenuifolium, vernum C. B. Pin.* 56. *Leucoium bulbosum, vernum, minimum Clus. Cur. post. in fol.* 15.

Narcisso-Leucoium, quasi planta ad Narcissum & ad Leucoium accedens.

GENUS III.

Bermudiana.

BERMUDIANA est plantæ genus, flore A liliaceo, ex petalis sex B composito, cujus calyx C deinde abit in fructum D trigonum, trifariam dehis- *Tab.* 209.

centem E, in tria loculamenta divisum F, seminibusque fœtum subrotundis G.

Bermudianæ species sunt

Bermudiana Iridis folio, fibrosâ radice. *Iris Phalangoides, Bermudiana, flore parvo, ex cæruleo & aureo versicolore Pluk. Almag. Bot. Sisyrinchium Bermudense, floribus parvis, ex cæruleo & aureo mixtis. Iris Phalangoides quorundam Ejusd. Phytogr. Tab. 61. fig. 2.*

Bermudiana Palmæ folio, radice bulbosa D. Lign. *Sisyrinchium Americanum, radice phœnicea, foliis plicatis & nervosis, flore albo H. R. Monsp.*

Bermudiana, ab Insulis Bermudis, ex quibus semen primæ speciei primùm allatum fuit.

CLASSIS X.

DE

HERBIS ET SUFFRUTICIBUS,

Flore polypetalo, Papilionaceo.

Hist. lib. 2. cap. 162. Tab. 209.

FLOREM leguminosum à Papilionis formâ PAPILIONACEUM appellavit Cordus. Flos autem Papilionaceus A quatuor petalis dissimilibus componitur, ex calyce unifolio B K, cavo, cucullum papyraceum ferente & multifido, simul cum pistillo C L exurgentibus. Petalum superius D, quòd signi cujusdam militaris adinstar explicetur, VEXILLUM audit; inferius E H cymbæ modo concavum, CARINA; quæ verò medium locum occupant F, ALÆ solent appellari, ad exortum auritæ G, perinde ac carina I quæ plerumque in duas partes per longitudinem dehiscit: unde flos leguminosus propriè loquendo pentapetalos anomalos dicendus est. Huic flori proprium est ut pistillum ejus L excipiatur à vagina quadam M fimbriata, seu potius in stamina divisâ N & deinde abeat in fructum qui siliqua vocatur (Gallis *Gousse.*)

Siliqua vel unicapsularis est, vel bicapsularis, vel articulosa. Unicapsularis O in duas valvas (quas Galli appellant *Cosses*) dehiscere solet, & semina complecti reniformia 11, cylindracea 9, sphærica 10, plana, rhomboidea aut quadrangula, introrsum emarginata 8, vel alterius formæ. His alimentum subministratur à vasis V per longitudinem partis crassioris siliquæ protensis, quorum ramuli T in placentam S influunt tenero fructui adhærescentem.

Siliqua bicapsularis X in seipsam introrsum revolvitur, ac in duo loculamenta 12 dividitur seminibus fœta 4.

Demum ſiliqua articuloſa Z ex pluribus partibus 5 conſtat articulatione quadam conjunctis, quæ ſingulæ 6 ſemine turgeſcunt 7. Loti ſiliquæ articulatione carent, ſed lamellis quibuſdam ut plurimùm intercipiuntur & in loculos diſtinguuntur. *Tab. 227.*

SECTIO I.

De Herbis, flore Papilionaceo, cujus piſtillum abit in ſiliquam unicapſularem & brevem.

GENUS I.

Glycyrrhiza. *Regliſſe.*

GLYCYRRHIZA eſt plantæ genus, flore A papilionaceo, ex cujus calyce B ſurgit piſtillum C quod deinde abit in ſiliquam D brevem, ſeminibus fœtam E ut plurimùm reniformibus F. His notis addenda ſunt folia bina, conjugata, coſtæ adhærentia, cui ſummæ folium impar innaſcitur. *Tab. 210.*

Glycyrrhizæ ſpecies ſunt

Glycyrrhiza capite echinato C. B. Pin. 352. *Glycyrrhiza Dioſcoridis echinata, non repens J.B.2.327. Glycyrrhiza vera Dioſcoridis Dod. Pempt.*341.

Glycyrrhiza ſiliquoſa vel Germanica C. B. Pin. 352. *Glycyrrhiza radice repente, vulgaris, Germanica J. B. 2. 328. Glycyrrhiza vulgaris Dod. Pempt.* 341. *Regliſſe ordinaire.*

Glycyrrhiza, à vocibus Græcis γλυκὺς *dulcis*, & ῥίζα *radix*, quaſi diceretur Radix dulcis.

GENUS II.

Cicer. *Pois chiche.*

CICER eſt plantæ genus, flore A papilionaceo, ex cujus calyce B ſurgit piſtillum C, quod deinde abit in ſiliquam D brevem, veſicæ inflatæ æmulam, ſeminibuſque fœtam E caput Arietinum F quodammodo referentibus. *Tab. 210.*

Ciceris ſpecies ſunt

Cicer ſativum, flore candido C. B. Pin. 347. *Cicer Arietinum J. B. 2.292. Dod. Pempt.* 525.

Cicer ſativum, flore ex purpurâ rubeſcente, ſemine rubro C. B. Pin. 347.

Cicer ſativum, ſemine rufo C. B. Pin. 347.

Cicer ſativum, ſemine ex ſaturo rubente C. B. Pin. 347.

Cicer ſativum, ſemine nigro C. B. Pin. 347. *Cicer Arietinum, fructu nigro Mor. H. R. Bleſ.*

GENUS III.

Lens. *Lentille.*

Tab. 210. LENS est plantæ genus, flore A papilionaceo, ex cujus calyce K surgit pistillum B quod deinde abit in siliquam C brevem, seminibus fœtam D orbiculatis E, utrinque convexis, hoc est ad centrum crassioribus quàm ad marginem.

Lentis species sunt

Lens vulgaris, semine subrufo C. B. Pin. 346. *Lens. J. B.* 2. 317. *Lens minor Dod. Pempt.* 526.

Lens vulgaris, semine ex luteo pallido C. B. Pin. 346.

Lens vulgaris, semine nigricante C. B. Pin. 346.

Lens maculata Park.

Lens major C. B. Pin. 346. *J. B.* 2. 317. *Lens Dod. Pempt.* 526.

Lens Hungarica, major, perennis Hort. Leyd. Raii Hist. 905.

Lens monanthos H. L. Bat.

GENUS IV.

Onobrychis. *Sain-foin.*

ONOBRYCHIS est plantæ genus, flore A papilionaceo, ex cujus calyce C surgit pistillum B quod deinde abit in siliquam D E veluti cristatam, quandoque echinatam, semine fœtam F reniformi G. His addendum est flores in spicam densam nasci.

Onobrychidis species sunt

Onobrychis foliis Viciæ, fructu echinato, major, floribus dilutè rubentibus C. B. Pin. 350. *Polygalon Gesneri J. B.* 2. 335. *Onobrychis Dod. Pempt.* 548.

Onobrychis foliis Viciæ, fructu echinato, major, floribus eleganter rubentibus C. B. Pin. 350.

Onobrychis foliis Viciæ, fructu echinato, major, floribus albis C. B. Pin. 350.

Onobrychis saxatilis, foliis Viciæ angustioribus & longioribus, Aquisextiensis.

Onobrychis fructu echinato, minor C. B. Pin. 350. *Caput Gallinaceum, minus C. B. Prodr.* 149.

Onobrychis seu Caput Gallinaceum, minus, fructu maximo, insigniter echinato Lælii Triumf. apud fratrem 65.

Ab eo genere excludendæ sunt plantæ sequentes. *Onobrychis semine clypeato, aspero, major C. B. Pin.* 350. *Onobrychis semine clypeato, aspero, minor C. B. Pin.* 350. *Onobrychis semine clypeato, lævi C. B. Pin.* 350. *quæ ad Hedysarum revocari debent. Onobrychis incana, foliis longioribus C.B.Pin.* 350. *ad Astragalum referenda, &c.*

Onobrychis à vocibus Græcis ὄνος *asinus*, & βρύχω *rudo*; quod eâ depastâ Asini rudere soleant.

GENUS V.

Vulneraria. *Vulneraire.*

VULNERARIA est plantæ genus, flore A liliaceo, ex cujus calyce B tubulato, turgidulo, surgit pistillum C quod deinde in siliquam E brevem semine fœtam G subrotundo F. His addendum est siliquam E in vesica membranacea D, quæ calyx floris fuit, recondi. *Tab. 211.*

Vulnerariæ species sunt

Vulneraria rustica J. B. 2. 362. *Loto affinis, Vulneraria pratensis C. B. Pin. 332. Anthyllis Lenti similis Dod. Pempt. 552.*

Vulneraria rustica, flore albo. *Lagopodium flore albo Tabern. Icon. 524.*

Vulneraria flore purpurascente. *An Lotus latifolia Dalechampii Lugd. 509?*

Vulneraria pentaphyllos. *Lotus pentaphyllos, vesicaria C. B. Pin. 322. Trifolium halicacabum, sive vesicarium J. B. 2. 361. Trifolium halicacabum Cam. Hort. Icon. xlvij.*

Vulneraria, à sanandorum vulnerum facultate, quâ pollere existimatur.

GENUS VI.

Dorycnium.

DORYCNIUM est plantæ genus, flore A papilionaceo, ex cujus calyce B surgit pistillum C, quod deinde abit in siliquam D brevem, semine fœtam E subrotundo F. His addenda sunt folia G ad exortum usque multifida. *Tab. 211.*

Dorycnii species sunt

Dorycnium Monspeliensium Lob. Icon. 51. *Trifolium album, angustifolium floribus velut in capitulum congestis C. B. Pin. 329. Dorycnium Monspessulanum, fruticosum J. B. 2. 388.*

Dorycnium majus. *Dorycnio Hispanico affinis, alia planta Lob. Illustr. 159.*

SECTIO II.

De Herbis, flore Papilionaceo, cujus pistillum abit in siliquam unicapsularem, longam.

GENUS I.

Faba. *Féve.*

FABA est plantæ genus, flore A papilionaceo, vexillo nempe B, alis C, & carinâ D constante. Ex calyce autem E surgit pistillum F quod deinde abit in siliquam G longam, seminibus fœtam H, I, planis & quasi reniformibus K. His notis addendi sunt stipites firmi, tum & folia bina, veluti conjugata, costæ innascentia in mucronem abeunti. *Tab. 212.*

Fabæ species sunt

Faba flore candido, lituris nigris conspicuo C. B. Pin. 338. *Faba Cyamos*

J. B. 2. 278. *Faba major recentiorum Lob. Icon.* 57.

Faba flore ex purpurâ nigrescente C. B. Pin. 338.

Faba lobo longissimo ac crassissimo, semine medio extuberante H. Cathol.

Faba lobo & semine medio, plano, arctè colligato, utrinque frontato H. Cathol.

Faba brevissimo lobo, amplissimo & crassissimo semine H. Cathol.

Faba rotunda, oblonga seu Cylindracea, minor, seu Equina, alba Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 85. *Faba minor sive Equina C. B. Pin.* 338.

Faba rotunda, oblonga seu Cylindracea, minor, seu Equina, nigra Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 85. *Faba minor, fructu nigro C. B. Pin.* 338.

Faba rotunda, oblonga seu Cylindracea, minima pluribus, quinis, senis siliquis uno pediculo exortis seu Hattoniana Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 86.

Faba, à voce Græca φάγω *edo*: fructus enim edulis est.

GENUS II.

Lupinus. *Lupin.*

Tab. 213. LUPINUS est plantæ genus, flore A papilionaceo, ex cujus calyce B surgit pistillum C quod deinde abit in siliquam D, F seminibus fœtum E H, nunc planis L, nunc sphæricis I. His notis addenda sunt folia flabelliformia K G, seu digitatim pediculo innascentia.

Lupini species sunt

Lupinus sativus, flore albo C. B. Pin. 347. *Lupinus vulgaris, semine & flore albo, sativus J. B.* 2. 388. *Lupinus sativus Dod. Pempt.* 529.

Lupinus peregrinus, major vel villosus, cæruleus, major C. B. Pin. 348. *Lupinus cæruleus, major, villosus Prodr.* 148. *Lupinus exoticus, hirsutissimus J. B.* 2. 289. *Lupinus Indicus Corn.* 207.

Lupinus flore purpurascente, latifolius, hirsutus seu sylvestris Dioscoridis C. B. in Math. emac. 345.

Lupinus sylvestris, latifolius, flore albo, sativum in omnibus æmulans, edulis H. Cathol.

Lupinus latifolius, humilis, hirsutus, flore albo H. Cathol.

Lupinus Americanus, arborescens, triphyllus, flore albo, fructu variegato Plum.

Lupinus obsoleto colore, Lusitanicus, latifolius.

Lupinus peregrinus, major, flore incarnato H. L. Bat.

Lupinus sylvestris, purpureo flore, semine rotundo, vario, majore Bot. Monsp. App. *Lupinus sylvestris, purpureo flore, semine rotundo, vario J. B.* 2. 290. *Lupinus sylvestris, flore cæruleo C. B. Pin.* 348. *Lupinus minor Tabern. Icon.* 494.

Lupinus sylvestris, purpureo flore, semine rotundo, vario, minore Bot. Monsp. App.

Lupinus sylvestris, flore subrubente C. B. Pin. 348.

Lupinus sylvestris, flore roseo colore rufescente C. B. Pin. 348.

Lupinus angustifolius, cæruleus, elatior Raii Hist. 908. *An Lupinus minor, cæruleus,*

cæruleus, Tingitanus Mor. Hist. Oxon. Part. 2.

Lupinus cæruleus, minor, Gadensis dictus Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 87.

Lupinus cæruleus, minor, perennis, Virginianus, repens Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 87.

Lupinus Indicus, minor H. R. Par.

Lupinus sylvestris, flore luteo C. B. Pin. 348. *Lupinus luteo flore, semine compresso, vario, J. B. 2. 290. Lupinus luteus Tabern. Icon. 495.*

GENUS III.

Orobus. *Orobe.*

OROBUS est plantæ genus, flore A papilionaceo, vexillo nempe A, carina C, & alis B constante: ex calyce autem K surgit pistillum E membrana D obvolutum, quod deinde abit in siliquam F teretem, seminibus fœtam G plerumque ovatis H. His notis addenda sunt folia bina, conjugata, costæ innascentia in mucronem abeunti. *Tab. 214.*

Orobi species sunt

Orobus sylvaticus, purpureus, vernus C. B. Pin. 351. *Galega nemorensis, verna J. B. 2. 343. Orobus Pannonicus, I. Clus. Hist. ccxxx.*

Orobus sylvaticus, pallido flore C. B. Pin. 351. *Galega montana Dalechampii J. B. 2. 343. Galega montana Lugd. 1139. Orobus Pannonicus, IV. Clus. Hist. ccxxxj.*

Orobus latifolius, parvo flore purpureo C. B. Pin. 351. *Galegæ nemorensi vernæ similis, multiflora, flore purpureo J. B. 2. 345. Orobus Venetus Clus. Hist. ccxxxij.*

Orobus latifolius, parvo flore, prorsus albo C. B. Pin. 351. *Galegæ nemorensi vernæ similis, multifloras, flore albo J. B. 2. 345.*

Orobus sylvestris, angustifolius, Asphodeli radice C. B. Pin. 351. *Orobus quorundam, radice bulbosâ, flore albo J. B. 2. 326. Orobus Pannonicus, iij. Clus. Hist. ccxxxj.*

Orobus sylvaticus, Viciæ foliis C. B. Pin. 352. *Astragalus major Fuchsio J. B. 2. 334. Probus Pannonicus, ij. Clus. Hist. ccxxx.*

Orobus sylvaticus, Viciæ foliis, caulibus rubentibus H. L. Bat.

Orobus angustifolius, Italicus, flore vario. *Astragalus quibusdam Aracho Tossani Caroli similis J. B. 2. 326.*

Orobus sylvaticus, foliis oblongis, glabris. *Astragalus sylvaticus, foliis oblongis, glabris C. B. Pin. 351. Astragaloides sive Astragalus sylvaticus, Astragalo magno Fuchsii vel Chamæbalano leguminosæ affinis planta J. B. 2. 334. Astragalus sylvaticus Thal. Tab. 1.*

Orobus sylvaticus, nostras Raii Synops. 191.

Orobus Pyrenaicus, foliis nervosis.

Orobus Americanus, fructu coccineo, nigrâ maculâ notato. *Pisum Indicum, minus, coccineum C. B. Pin. 343. Phasiolus ruber, Abrus vocatus P. Alp. Ægypt. 31.*

Orbus, à vocibus Græcis ἐρεπτω *Edo*, & βοῦς *Bos*: Antiqui enim Orobis Boves saginare solebant.

GENUS IV.

Pisum. *Pois.*

Tab. 215. PISUM est plantæ genus, flore A papilionaceo, ex cujus calyce B surgit pistillum C quod deinde abit in siliquam longam D, seminibus fœtam E subrotundis F. His notis addendi sunt caules fistulosi, ut plurimùm infirmi K, quos ita complectuntur folia G ut ab iis transadigi videantur. Gætera autem folia I bina, veluti conjugata costæ innascuntur in claviculas H abeunti.

Pisi species sunt

Pisum majus, quadratum, fructu cinerei coloris C. B. Pin. 342. *Pisum quadratum Plinii Lob. Icon. 66.*

Pisum majus, quadratum, fructu candido C. B. Pin. 342.

Pisum majus, quadratum, fructu subflavo C. B. Pin. 342.

Pisum umbellatum C. B. Pin. 342. *Pisum erectius, comosum J. B. 2. 299. Pisum proliferum Tabern. Icon. 495. Pois à bouquets.*

Pisum hortense, majus, flore fructuque albo C. B. Pin. 342. *Pisum vulgatius, majus Lob. Icon. 65.*

Pisum hortense, majus, flore purpureo C. B. Pin. 342.

Pisum hortense, majus, flore fructuque variegato C. B. Pin. 342.

Pisum hortense, siliquâ maximâ H. R. Par.

Pisum maximum, fructu nigrâ lineâ maculato H. R. Par.

Pisum cortice eduli. *Pisa sine cortice duriore C. B. Pin. 343. Pisa leptoloba, quæ simul cum folliculis comeduntur Cam. Hort. Pisa sine tunicis duriori-bus, in siliquâ magnâ, albâ J. B. 2. 300. Pois goulus.*

Pisum humile, caule firmo. *Pisa nana, rotunda, sine adminiculis recta H. R. Par. Pisa nana, rotunda Mor. H. R. Bles. Pois nains.*

Pisum folio anguloso. *Pisi pulchra species, folio anguloso J. B. 2. 297.*

Pisum siliquâ carnosâ, seu falcatâ, eduli Raii Hist. 891.

Pisum flore rubente striato, pro coccineo misso Raii Hist. 891.

Pisum arvense, fructu è luteo virente C. B. Pin. 342. *Pisum minus, è luteo virescens Lob. Icon. 66.*

Pisum arvense, fructu albo C. B. Pin. 343. *Pisa potissimum vulgaria, parva, alba sive arvensia J. B. 2. 297.*

Pisum arvense, fructu viridi C. B. Pin. 343. *Pisa parva, viridia J. B. 2. 298.*

Pisum arvense, fructu cinereo C. B. Pin. 343.

Pisum arvense, fructu cæruleo C. B. Pin. 343.

Pisum arvense, fructu nigro C. B. Pin. 343. *Pisum nigrum Tabern. Icon. 398.*

Pisum arvense, flore roseo, fructu variegato Raii Synopf. 186.

Pisum spontaneum, maritimum, Anglicum Park. Theat. 1060.

GENUS V.

Lathyrus. *Gesse*

Tab. 216. & 217. LATHYRUS est plantæ genus, flore A papilionaceo, ex cujus calyce B sur-

git piſtillum D vaginâ membranaceâ C obvolutum, quod deinde abit in ſiliquam nunc teretem E, nunc compreſſam H, ſeminibus fœtam F, I, modò Cylindraceis G, modò angulatis K. His notis addendum eſt caules N Lathyri compreſſos eſſe cum coſta O elata & margine foliato: Folia verò bina tantùm conjugata P Q nervo R innaſcentia in claviculas S abeunti.

Lathyri ſpecies ſunt

Lathyrus ſativus, flore fructuque albo C. B. Pin. 343. *Lathyrus anguloſo ſemine J. B. 2. 306. Lathyrus ſive Cicercula Dod. Pempt. 522.*

Lathyrus ſativus, flore purpureo C. B. Pin. 344. *Lathyrus flore rubro J.B. 2. 307. Aracus ſive Cicera Dod. Pempt. 523.*

Lathyrus ſylveſtris, major C. B. Pin. 344. *Lathyri majoris ſpecies, flore rubente & albido minori dumetorum ſive Germanicum J.B. 2. 302. Lathyrus ſylveſtris Dod. Pempt. 523.*

Lathyrus ſylveſtris, major flore atro-purpureo.

Lathyrus latifolius C. B. Pin. 344. *Lathyrus major, latifolia, flore majore, purpureo, ſpecioſior J. B. 2. 303. Lathyrus latiore folio Lob. Icon. 68.*

Lathyrus latifolius, flore albo.

Lathyrus major, Narbonenſis, anguſtifolius J. B. 3. 304. *Lathyrus anguſtifolius, alter Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 51. Lathyrus ſylveſtris, alius, anguſtifolius Cam. Hort.*

Lathyrus anguſtifolius, ſemine maculoſo C. B. Pin. 344. *Lathyrus quædam, quibuſdam Ægyptia Aracus J. B. 2. 308. Cicercula Ægyptiaca Cluſ. Hiſt. ccxxxvj.*

Lathyrus Tingitanus, ſiliquis Orobi, flore amplo, ruberrimo Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 55.

Lathyrus anguſtiſſimo folio, Americanus, variegatus C. B. Pin. 344. *Lathyrus peregrinus, è cæruleo purpuraſcente flore & ſuaviter rubeſcens Eyſt.*

Lathyrus arvenſis, repens, tuberoſus C. B. Pin. 344. *Chamæbalanus leguminoſa J. B. 2. 324. Terræ glandes Dod. Pempt. 550.*

Lathyrus ſylveſtris, luteus, foliis Viciæ C. B. Pin. 344. *Lathyrus luteus, ſylveſtris, dumetorum J. B. 2. 304.*

Lathyrus annuus, flore cæruleo, Ochri ſiliquâ H. L. Bat.

Lathyrus Bœticus, flore luteo Park. Theat. 1064.

Lathyrus Hiſpanicus, flore luteo H. L. Bat.

Lathyrus luteus, latifolius Bot. Monſp. *Lathyri ſpecies lutea J. B. 2. 304.*

Lathyrus anguſtifolius, ſiliquâ hirſutâ C. B. Pin. 344. *Lathyrus ſiliquâ hirſutâ J. B. 2. 305.*

Lathyrus latifolius, annuus, ſiliquâ articulatâ, hirſutiore H. R. Par.

Lathyrus anguſtiſſimo folio, ſemine rotundo H. R. Par. *Lathyrus anguſtifolius, λεπτόλοβος, ſemine rotundo, flore rubello Mor. H. R. Bleſ.*

Lathyrus anguſtiſſimo folio, ſemine anguloſo H. R. Par. *Lathyrus anguſtifolius λεπτόλοβος, ſemine hexedro, flore cæruleo Mor. H. R. Bleſ.*

Lathyrus folio tenuiore, floribus rubris J. B. 2. 308. *Lathyris angustissimo sive capillaceo folio C. B. Prodr.* 148.

Lathyrus foliis Gramineis, floribus coccineis Raii Syllog. 160.

GENUS VI.

Clymenum.

Tabl 218. CLYMENUM est plantæ genus, floribus, fructibus C, D, E, F, caulibusque Lathyri: foliis verò A multiplici conjugatione costæ innascentibus in claviculas B abeunti.

Clymeni species sunt

Clymenum Hispanicum, flore vario, siliquâ planâ. *Lathyrus Viciaoides, vexillo rubro, labialibus petalis rostrum ambientibus, cæruleis Mor. Hist. Oxon. Part.* 2. 58.

Clymenum Hispanicum, flore vario, siliquâ articulatâ. *Lathyrus Viciaoides, floris vexillo phœniceo, foliis labialibus, subalbescentibus, siliquis Orobi Mor. Hist. Oxon. Part.* 2. 55.

Clymenum Parisiense, flore cæruleo. *Cicercula sylvestris Tabern. Icon.* 500. *Lathyrus Viciæformis seu Vicia Lathyroides, nostras Raii Hist.* 899. *Pluk. Phytog. Tab.* 71. *fig.* 2.

GENUS VII.

Ochrus.

Tab. 219. & 220. OCHRUS est plantæ genus, flore papilionaceo A B: ex cujus calyce D surgit pistillum C quod deinde abit in siliquam E ut plurimùm teretem & Cylindraceam, seminibus fœtam F subrotundis G. His notis addenda sunt folia K modò simplicia, modò conjugata H I, in claviculas L M abeuntia.

Ochri species sunt

Ochrus folio integro, capreolos emittente, semine subluteo C. B. Pin. 343. *Lathyri species, quæ Ervilia sylvestris Dodonæi J. B.* 2. 305. *Ervilia sylvestris Dod. Pempt.* 522.

Ochrus folio integro, capreolos emittente, semine pullo C. B. Pin. 343.

Ochrus folio integro, capreolos emittente, semine atro C. B. Pin. 343.

Ochrus Americanus, tomentosus, floribus luteis Plum.

GENUS VIII.

Vicia. *Vesse.*

Tab. 221. VICIA est plantæ genus, flore A papilionaceo: ex cujus calyce B surgit pistillum C, quod deinde abit in siliquam D seminibus fœtam E F subrotundis G aut angulatis. His notis addenda sunt folia H bina, quasi conjugata, costæ innascentia in claviculas I abeunti.

Viciæ species sunt

Vicia sativa, vulgaris, semine nigro C. B. Pin. 344. *Vicia vulgaris, sativa J. B.* 2. 310. *Vicia Cam. Epit.* 320.

Vicia sativa, vulgaris, semine cinereo C. B. Pin. 344.

Vicia ſativa, alba C. B. Pin. 344. *Vicia albo ſemine J. B.* 2. 311. *Ervum candidum vel Faba veterum Trag.* 626.

Vicia maxima, dumetorum C. B. Pin. 345. *Vicia ſepium perennis J. B.* 2. 313. *Cracca major Tabern. Icon.* 506.

Vicia ſepium, folio rotundiore, acuto, ſemine nigro C. B. Pin. 345. *Vicia Dod. Pempt.* 531.

Vicia ſepium, folio rotundiore, acuto, ſemine maculato C. B. Pin. 345.

Vicia vulgaris, acutiore folio, ſemine parvo, nigro C. B. Pin. 345. *Vicia vulgaris, ſylveſtris, ſemine parvo & nigro frugum J. B.* 2. 312. *Aphaca vera, Vicia Mathiolo Lugd.* 478.

Vicia multiflora C. B. Pin. 345. *Vicia multiflora, perennis, nemorenſis ſive dumetorum J. B.* 2. 314. *Aracus Tabern. Icon.* 506.

Vicia perennis, incana, multiflora Bot. Monſp.

Vicia perennis multiflora, majori flore cæruleo, ex albo mixto Bot. Monſp. App.

Vicia perennis, multiflora, incana, Inſularum Stœchadum. *Vicia Benghalenſis, hirſuta & incana, ſiliquis Piſi H. L. Bat.*

Vicia ſylveſtris, hirſuta, incana C. B. Pin. 345. *Vicia ſylveſtris, quaſi incana, flore albo J. B.* 2. 312. *Vicia ſylveſtris, albo flore Cluſ. Hiſt. cccxxxv.*

Vicia ſylveſtris, incana, major & præcox, Pariſienſis, flore ſuaverubente.

Vicia folio ſubrotundo brevi, obtusè mucronato, pediculo brevi inſidente, flore Viciæ ſepium ſeu dumetorum vulgaris Raii Synopſ. 188.

Vicia ſegetum, cum ſiliquis plurimis, hirſutis C. B. Pin. 345. *Vicia parva ſive Cracca minor, cum multis ſiliquis hirſutis J. B.* 2. 315. *Cracca alterum genus Dod. Pempt.* 542.

Vicia ſegetum, ſingularibus ſiliquis glabris C. B. Pin. 345.

Vicia minima, cum ſiliquis glabris. *Viciæ ſive Craccæ minimæ ſpecies, cum ſiliquis glabris J. B.* 2. 315.

Vicia ſive Cracca foliis & ſiliquis longioribus Bot. Monſp. *Viciæ parvum genus, folio longo J. B.* 2. 316.

Vicia anguſtifolia, purpuro-violacea, ſiliquâ latâ glabrâ Bot. Monſp.

Vicia multifolia, cum ſiliquis latis J. B. 2. 314.

Vicia ſiliquas ſupra infraque terram edens. *Viciæ ſimilis ſupra infraque terram fructum edens C. B. Pin.* 345. *Arachidna aut potius Aracoides Honorii Belli J. B.* 2. 323. *Arachidna di Candia Pon. Bald. Ital.* 77.

Vicia minima, præcox, Pariſienſium H. R. Par. *Vicia minima, præcox, Soloniensis Joncq. Hort. Vicia præcox, verna, minima, Soloniensis, ſemine, hexedro Mor. H. R. Bleſ.*

Vicia ſupina, latiſſimo folio non ſerrato. *Faba ſylveſtris, fructu rotundo, atro C. B. Pin.* 338. *Aracus Fabaceus & Faba Kairina, cui ſemina minora J. B.* 2. 286. *Sylveſtris Græcorum Faba Lob. Icon.* 58.

Vicia ſupina, latiſſimo folio, flore & fructu ferrugineis. *Faba ſylveſtris, Italica, flore & fructu ferrugineis H. R. Par.*

Vicia ſupina, latiſſimo folio ſerrato. *Aracus Fabaceus, ſerratus J. B.* 2. 287.

Vicia ſylvatica, maxima, Piſo ſylveſtri ſimilis J. B. 2. 315. *Piſum ſylveſtre, minus Tabern. Icon.* 498.

Vicia ſylveſtris, lutea, ſiliquâ hirſutâ C. B. Pin. 345. *Vicia luteo flore, ſylveſtris J. B.* 2. 313.

Vicia ſerotina, perennis, flore luteo, ſiliquâ hirſutâ.

Vicia ſerotina, perennis, flore luteo, ſiliqua glabrâ.

Vicia ſylveſtris, lutea, cum galea fuſca J. B. 2. 314.

De Re Ruſtica. Lib. I. *cap.* 31. Vicia *dicta à vinciendo* (ut ait Varro) *quòd item capreolos habet ut Vitis, quibus ſurſum vorſum ſerpit ad ſcapum Lupini aliumve calamum ad quem ut hæreat, eum ſolet vincire.*

Vicia flore fructuque carens facilè dignoſcitur foliis binis quaſi conjugatis ſeu per plures conjugationes coſtæ innaſcentibus in claviculas abeunti, caulibuſque alatis nec compreſſis.

GENUS IX.

Ervum. *Ers.*

Tab. 221. ERVUM eſt plantæ genus, flore A papilionaceo: ex cujus calyce B ſurgit piſtillum C, quod deinde abit in ſiliquam D utrinque undulatam E, veluti nodoſam, ſeminibus fœtam G ſubrotundis F. His notis addenda ſunt folia bina, quaſi conjugata, coſtæ innaſcentia.

Ervi ſpecies ſunt

Ervum verum Cam. Hort. *Orobus ſiliquis articulatis, ſemine majore C. B. Pin.* 346. *Orobus ſive Ervum multis J. B.* 2. 321. *Mochus ſive Cicer ſativum Dod. Pempt.* 524.

Ervum verum, flore ſubpurpuraſcente. *Orobus ſiliquis articulatis, ſemine majore, flore ſubpurpuraſcente C. B. Pin.* 346.

Ervum ſemine minore. *Orobus ſemine minore C. B. Pin.* 346. *Orobus Creticus Lugd.* 469.

Ervum ſemine obtuſo, triangulo. *Orobus ſemine obtuſo, triangulo C. B. Pin.* 346. *Orobæum Cicer Lobelii J. B.* 2. 322. *Cicer Orobæum Theophraſti Lob. Icon.* 72.

GENUS X.

Galega.

Tab. 222. GALEGA eſt plantæ genus, flore papilionaceo A: vexillo nempe B alis C & carina D conſtante: ex calyce autem F ſurgit piſtillum E quod deinde abit in ſiliquam G teretem & quaſi Cylindraceam, ſeminibus fœtam H I ut plurimùm oblongis L & veluti reniformibus. His notis addenda ſunt folia bina M, conjugata, coſtæ N affixa, cui ſummæ impar folium O innaſcitur.

Galegæ ſpecies ſunt

Galega vulgaris, floribus cæruleis C. B. Pin. 352. *Galega J. B.* 2. 342. *Dod. Pempt.* 548.

Galega vulgaris, floribus ex cæruleo purpureis C. B. Pin. 352.

Galega vulgaris, floribus penitus candicantibus C. B. Pin. 352.
Galega Africana, floribus majoribus & ſiliquis craſſioribus.
Galega Americana, fruteſcens, flore purpureo, foliis Sericeis Plum.

GENUS XI.

Aſtragaloides.

ASTRAGALOIDES eſt plantæ genus, flore A papilionaceo, ex cujus calyce B ſurgit piſtillum C quod deinde abit in ſiliquam D, cymbæ ut ita dicam æmulam, ſeminibus fœtam E reniformibus. *Tab. 223.*

Aſtragaloides ſpeciem unicam novi.

Aſtragaloides Luſitanica. *Aſtragalus Bæticus Cluſ. Hiſt. ccxxxiiij. Aſtragalus Bæticus, lanuginoſus, radice ampliſſima C. B. Pin. 351. Aſtragalus fortè lanuginoſus, Bæticus J. B. 2. 340.*

Aſtragaloides, quaſi planta ad Aſtragalum accedens.

GENUS XII.

Aphaca.

APHACA eſt plantæ genus, flore A papilionaceo, ex cujus calyce B D ſurgit piſtillum C quod deinde abit in ſiliquamE ſeminibus fœtam F G ſubrotundis H. His notis addendum eſt folia bina tantùm I K ad caulium nodos naſci, ex quorum alis prodeunt claviculæ I. *Tab. 223.*

Aphacæ ſpeciem unicam novi.

Aphaca Lob. Icon. 70. *Vicia lutea, foliis Convolvuli minoris C. B. Pin. 345. Vicia quæ Pitine Anguillaræ, latâ ſiliquâ, flore luteo J. B. 2. 316.*

SECTIO III.

De Herbis, flore papilionaceo, cujus piſtillum abit in ſiliquam articuloſam.

GENUS I.

Securidaca.

SECURIDACA eſt plantæ genus, flore A papilionaceo, ex cujus calyce B ſurgit piſtillum C quod deinde abit in ſiliquam D rectam, planam anulatam, articuloſam, in ſingulis articulis E ſemine fœtam F rhomboideo G, introrſum emarginato. *Tab. 224.*

Securidacæ ſpeciem unicam novi.

Securidaca lutea, major C. B. Pin. 348. *Securidaca flore luteo, ſiliquâ latâ, oblongâ J. B. 2. 345. Securidaca vera Cluſ. Hiſt. ccxxxvj.*

Securidaca, à *Securi*, ob ſeminis formam: nullius enim ſemen, inquit Cluſius, aptiùs veterum ſecurim meo judicio refert. *Hiſt. ccxxxvij.*

GENUS II.

Ornithopodium. *Pié-d'Oiseau.*

Tab. 224. ORNITHOPODIUM est plantæ genus, flore A papilionaceo, ex cujus calyce B surgit pistillum C quod deinde abit in siliquam D, H falcatam, articulosam, plerumque undulutam, in singulis articulis E, F, I, K semine fœtam H, L subrotundo. His notis addendum est siliquas Ornithopodii plures simul nasci aviumque pedes quodammodo æmulari.

Ornithopodii species sunt

Ornithopodium majus C. B. Pin. 350. *Ornithopodium flore flavescente J. B.* 2. 350. *Ornithopodium Dod. Pempt.* 544.

Ornithopodium minus C. B. Pin. 350. *Perpusillum Ornithopodium Lob. Icon.* 82.

Ornithopodium radice tuberculis nodosâ C. B. Pin. 350. *Ornithopodium tuberosum Dalechampii Lugd.* 486. *J. B.* 2. 351.

Ornithopodium Scorpioides, siliquâ compressâ. *Ornithopodio affinis hirsuta, Scorpioides C. B. Pin* 350. *Scorpioides leguminosa J. B.* 2. 349. *Lob. Icon.* 83.

Ornithopodium Scorpioides, siliquâ non compressâ. *Scorpioides leguminosa, altera J. B.* 2. 350.

Ornithopodium Scorpioides, Lusitanicum, siliquâ undulatâ.

Ornithopodium Portulacæ folio. *Scorpioides Portulacæ folio C. B. Pin.* 387. *Telephium Dioscoridis seu Scorpioides ob siliquarum similitudinem C. B. Pin. ibid. Telephium Scorpioides J. B.* 2. 889. *Scorpioides Lob. Icon.* 391.

Ornithopodium à vocibus Græcis ὄρνις *Avis*, & πούς *Pes*, quasi diceretur *Pes Avis*.

GENUS III.

Ferrum Equinum. *Fer de Cheval.*

Tab. 225. FERRUM EQUINUM est plantæ genus, flore A papilionaceo, ex cujus calyce B surgit pistillum C quod deinde abit in siliquam D, G, K compressam, articulis distinctam lunatis H, aut ferri Equini æmulis E, L semine fœtis ejusdem formæ I, F, M.

Ferri Equini species sunt

Ferrum Equinum siliquâ singulari C. B. Pin. 349. *Solea Equina J. B.* 2. 347. *Ferrum Equinum, vulgare Col. Part.* 1. 300. *Ferrum Equinum Lob. Icon.* 82.

Ferrum Equinum siliquâ multiplici C. B. Pin. 349. *Ferrum Equinum, alterum* πολυκέρατον *Col. Part.* 1. 300.

Ferrum equinum Germanicum, siliquis in summitate C. B. Pin. 349. *Ferrum Equinum capitatum Col. Part.* 1. 301. *Ornithopodio affinis sive potius Soleæ vel ferro Equino herbæ J. B.* 2. 348.

Ferrum Equinum, à fructus formâ.

GENUS

GENUS IV.

Hedysarum.

HEDYSARUM est plantæ genus, flore A papilionaceo, ex cujus calyce B surgit pistillum C, quod deinde abit in siliquam D, H articulosam, undulatam, semine fœtam in singulis articulis E, K, F, L ut plurimùm reniformi I, G. His notis addendi sunt flores in spicam vel in capitulum collecti. Tab. 225.

Hedysari species sunt

Hedysarum clypeatum, flore suaviter rubente Eyst. *Onobrychis semine clypeato, aspero, major C. B. Pin.* 350. *Astragalus Romanus sive Hedysarum clypeatum, siliquâ asperâ J. B.* 2. 333. *Onobrychis altera Dod. Pempt.* 549.

Hedysarum clypeatum, flore albido. *Hedysarum clypeatum, flore albo Raii Syllog.* 140.

Hedysarum clypeatum, minus, flore purpureo Raii Hist. 929. *Onobrychis semine clypeato, aspero, minor C. B. Pin.* 350. *Onobrychis clypeata, aspera, minor Prodr.* 149. *Polygalo Gesneri affine, Caput Gallinaceum J. B.* 2. 350.

Hedysarum annuum, siliquâ asperâ, undulatâ, intortâ. *Onobrychis major, annua, siliculis articulatis, asperis, clypeatis, undulatim (id est antrorsum & retrorsum) junctis, flore purpuro-rubente Mor. Hist. Oxon. Part.* 2. 130.

Hedysarum Alpinum, siliquâ lævi, flore purpuro-cæruleo. *Onobrychis semine clypeato, lævi C. B. Pin.* 354. *Onobrychis clypeata, lævis C. B. Prodr.* 149.

Hedysarum Alpinum, siliquâ lævi, flore albido.

Hedysarum triphyllum, Canadense Corn. 44. *Onobrychis major, perennis, Canadensis, triphylla, siliculis articulatis, asperis triangularibus Mor. Hist. Oxon. Part.* 2. 130.

Hedysarum Indicum, folio singulari, acuminato. *Onobrychis Gangetica, monophyllos, siliculis singularibus, lævibus, falcatim per intermedia discriminatis Pluk. Phytog. Tab.* 50. *fig.* 3.

Hedysarum Indicum, folio singulari, subrotundo. *Scorpioides Bisnagarica, folio singulari, rigido, siliquis articulatis, erectis Pluk. Phytog. Tab.* 59. *fig.* 3.

Hedysarum minus, diphyllum, flore luteo Sloane Cat. Plant. Jam. 73. *Onobrychis Maderaspatana, diphyllos, siliculis asperis Pluk. Phytog. Tab.* 102. *fig.* 1.

Hedysarum triphyllum, fruticosum, flore purpureo, siliquâ variè distorta Sloane Cat. Plant. Jam. 73.

Hedysarum triphyllum, fruticosum, minus Sloane Cat. Plant. Jam. 73.

Hedysarum triphyllum, fruticosum, supinum, flore purpureo Sloane Cat. Plant. Jam. 73.

Hedysarum Americanum, humi fusum, hispidum Plum.

Hedysarum annuum, majus, Zeylanicum Mimosæ foliis. *Onobrychis annua Zeylanica, Mimosæ foliis, siliquis articulatis, asperis major H. L. Bat. Mimosa non spinosa, major, Zeylanica Domino Hermans Excellentissimi Domini Syen. Breyn. Cent.* 1. 52.

Hedysarum annuum, minus, Zeylanicum, Mimosæ foliis. *Onobrychis annua, Zeylanica, Mimosæ foliis, siliquis articulatis, asperis, minor H. L. Bat.*

Hedysarum differt à Securidaca, fructus & seminis formâ: ab Ornithopodio siliquarum dispositione.

GENUS V.

Scorpioides. *Chenille.*

SCORPIOIDES est plantæ genus, flore A papilionaceo: ex cujus calyce
Tab. 226. B surgit pistillum C quod deinde abit in siliquam D articulosam, Cochleæ aut Erucæ adinstar in se convolutam, in singulis articulis E, F semine fœtam G ut plurimùm ovato H.

Scorpioidis species sunt

Scorpioides Buplevri folio C. B. Pin. 287. *Scorpioides prius Dod. Pempt.* 71.

Scorpioides Buplevri folio, corniculis asperis, magis in se contortis & convolutis Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 127. *Scorpioides siliquâ Campoide, hispidâ J. B.* 2. 898.

Scorpioides siliquâ crassâ Boëlii Ger. Emac. App. 1627.

Scorpioides Buplevri folio, siliquis lenibus Park. Theat. 1117.

Scorpioides siliquâ cochleatâ & striatâ, Olyssiponensis H. R. Par. *Scorpioides siliquâ striatâ, minus hirsutâ Joncq. Hort.*

Scorpioides, à Scorpio, cujus caudam æmulari videtur fructus Scorpioidis.

SECTIO IV.

De Herbis, flore Papilionaceo, & foliis ternis.

GENUS I.

Lotus. *Lotier.*

LOTUS est plantæ genus, flore A papilionaceo, ex cujus calyce B surgit
Tab. 227. pistillum C quod deinde abit in siliquam D, E, F, G interdum septis transversâ positis velut in loculamenta distinctam, seminibusque fœtam H, I, K ut plurimùm subrotundis L, M, O. His notis addenda sunt folia terna quidem, sed ad pediculi exortum duabus alis N ceu foliolis stipata.

Loti species sunt

Lotus sive Melilotus pentaphyllos, minor, glabra C. B. Pin. 332. *Lotus corniculata, glabra, minor J. B.* 2. 356. *Trifolium corniculatum*, 1. *Dod. Pempt.* 573.

Lotus pentaphyllos, minor, glabra, foliis longioribus & angustioribus H. Edinb.

Lotus corniculata, hirſuta, minor J. B. 2. 356.

Lotus pentaphyllos, minor, hirſutus, ſiliquâ anguſtiſſima C. B. Pin. 332. *Lotus corniculata, ſiliquis ſingularibus, vel binis, tenuis J. B. 2. 356.*

Lotus pentaphyllos, flore majore, luteo ſplendente C. B. Pin. 332. *Loti corniculatæ major ſpecies J. B. 2. 355. Trifolium corniculatum, tertium Dod. Pempt. 574.*

Lotus pentaphyllos, major, hirſutie candicans C. B. Pin. 332. *Melilotus alia in ſylveſtribus Cæſalp. 244.*

Lotus pentaphyllos, major, alter C. B. Pin. 332. *Lotus pentaphyllos, major & erectus Geſn.*

Lotus Pentaphyllos, fruteſcens, tenuiſſimis glabris foliis C. B. Pin. 332.

Lotus Hiſpanica, foliis maculatis C. B. Pin. 332.

Lotus πολυκέρατος, fruticoſa, Cretica, argentea, ſiliquis longiſſimis, propendentibus, rectis Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 176.

Lotus ὀλιγοκέρατος Cretica, lutea, ſiliquis longis, erectis Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 175. *Melilotus quædam Cretica P. Alp. Exot. 272.*

Lotus pentaphyllos, ſiliquoſus, villoſus C. B. Pin. 332. *Trifolium album, rectum hirſutum valde J. B. 2. 360. Oxytriphyllum alterum Scribonii Herbariorum Lob. Icon. 31.*

Lotus hæmorrhoidalis, humilior & candidior.

Lotus villoſus, altiſſimus, flore glomerato. *Trifolium rectum, Monſpeſſulanum J. B. 2. 359. Lotus Lybica Dalechampii Lugd. 509.*

Lotus pratenſis, ſiliquoſus, luteus, major & durior C. B. Pin. 332. *Lotus pratenſis, ſiliquoſus Cluſ. Hiſt. ccxliiij.*

Lotus pratenſis, ſiliquoſus, luteus, minor & mollior C. B. Pin. 332. *Lotus ſiliquoſa, lutea, Monſpelienſis J. B. 2. 359. Lotus trifolia, pratenſis, ſiliquoſa Monſpelienſium Lob. Icon. 42.*

Lotus maritima, lutea, ſiliquoſa, folio pingui, glabro Bot. Monſp. *Lotus ſiliquoſa, lutea, ſiliquis pinnatis, ſtrictioribus & longioribus Raii Hiſt. 967.*

Lotus ruber, ſiliquâ anguloſâ C. B. Pin. 332. *Lotus ſiliquoſa, flore fuſco, tetragonolobus J. B. 2. 358. Lotus ſiliquoſus, rubello flore Cluſ. Hiſt. ccxliiij.*

Lotus pentaphyllos, ſiliquâ cornutâ C. B. Pin. 332. *Trifolium ſive Lotus Hierazune, edulis, ſiliquoſa J. B. 2. 365. Trifolium corniculatum, Creticum P. Alp. Exot. 268.*

Lotus ſiliquis Ornithopodii C. B. Pin. 332. *Lotus Ornithopodii ſiliquis J. B. 2. 358. Lotus peculiaris, ſiliquis Ornithopodii Cam. Hort. Tab. xxv.*

Lotus pentaphyllos, ſiliquis recurvis, pedes Corvinos referentibus C. B. Pin. 332. *Loto ſiliquoſæ aliquo modo ſimilis, Coronopus ex Codice Cæſareo J. B. 2. 358. Coronopus ex Codice Cæſareo Dod. Pempt. 109.*

Lotus maximus, Luſitanicus, luteus.

Lotus flore luteo, corniculis articulatis, Sicula Raii Hiſt. 970.

Ab eo genere excludendæ ſunt plantæ ſequentes. *Lotus hortenſis, odora C. B.*

Pin. 331. *quæ Meliloti ſpecies eſt. Lotus fruticoſus, incanus, ſiliquoſus C. B. Pin.* 332. *ad Cytiſum referendus. Lotus pentaphyllos, veſicaria C. B. Pin.* 332. *ad Vulnerariam ſpectans.*

GENUS II.

Trifolium. *Trefle.*

Tab. 228. TRIFOLIUM eſt plantæ genus, flore papilionaceo, vel papilionacei æmulo. Flos A papilionaceus eſt, conſtat enim vexillo B, alis C, & carina D ex calyce E emergentibus, ſimul cum piſtillo G vaginâ ſuâ fimbriatâ F obvoluto. Illud autem deinde abit in capſulam I in calyce ipſo H reconditam & ſemine fœtam K ut plurimùm reniformi L, per maturitatem arctè capſulæ adhærente.

Flos M monopetalos eſt papilionacei æmulus: ex cujus calyce N ſurgit piſtillum O quod deinde abit in capſulam Q membranaceam V, in calyce P T reconditam, ſemine fœtam R Z ut plurimùm oblongo vel reniformi S Y. His notis addenda ſunt folia terna * rarò quaterna aut quina, niſi in Quadrifolio, eidem pediculo inſidentia.

Trifolii ſpecies ſunt

Trifolium bitumen redolens C. B. Pin. 327. *Trifolium Aſphaltites ſive bituminoſum, odoratum J. B.* 2. 366. *Trifolium bituminoſum Dod. Pempt.* 566.

Trifolium pratenſe, flore monopetalo. *Trifolium pratenſe, purpureum C. B. Pin.* 327. *Trifolium purpureum, vulgare J. B.* 2. 374. *Trifolium pratenſe Tabern. Icon.* 523.

Trifolium purpureum, majus, foliis longioribus & anguſtioribus, floribus ſaturatioribus Raii Synopſ. 194.

Trifolium pratenſe, album C. B. Pin. 327. *Tabern. Icon.* 522. *Trifolium pratenſe, album, à Fuchſio depictum, ſive mas J. B.* 2. 379.

Trifolium pratenſe, flore albo, minus & femina glabrum J. B. 2. 380.

Trifolium pratenſe, album, ſiliquâ bivalvi, caule fiſtuloſo, folio ſubtus purpuro-nigris maculis notato Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 137.

Trifolium pratenſe, folliculatum C. B. Pin. 329. *Trifolium folliculaceum ſeu veſicarium, minus, purpureum J. B.* 2. 379. *Trifolium pratenſe, Salmanticum Cluſ. Hiſt. ccxlvij.*

Trifolium pratenſe, luteum, capitulo Lupuli vel agrarium C. B. Pin. 328. *Trifolium pratenſe, luteum, fœmina, flore pulchriore ſive Lupulino J. B.* 2. 381.

Trifolium luteum, Lupulinum, minimum Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 142.

Trifolium montanum, Lupulinum C. B. Pin. 328. *Prodr.* 140.

Trifolium montanum, purpureum, majus C. B. Pin. 328. *Trifolium majus Cluſii* 2, *non album, ſed rubrum J. B.* 2. 375. *Trifolium majus, ij Cluſ. Hiſt. ccxlv.*

Trifolium montanum, purpureum, folio acuto, crenato C. B. Pin. 328. *Prodr.* 140.

Trifolium montanum, purpurascens, folio obtuso, crenato C. B. Pin. 328. *Prodr.* 140.

Trifolium montanum, purpureum, minus C. B. Pin. 328.

Trifolium montanum, album C. B. Pin. 328. *Trifolium majus, albo flore, incanum Clusii J. B.* 2. 380. *Trifolium majus*, 1 *Clus. Hist. ccxlv.*

Trifolium spicâ rotundâ rubrâ C. B. Pin. 328. *Trifolium albo-incarnatum, spicatum sive Lagopus maximus J. B.* 2. 376. *Lagopum maximum, folio & facie Trifolii pratensis. Lob. Icon.* 39.

Trifolium spicâ oblongâ, rubrâ C. B. Pin. 328. *Trifolium majus, iij, purpureum Clusio J. B.* 2. 375. *Trifolium majus, tertium Clus. Hist. ccxlv.*

Trifolium montanum, spicâ longissimâ, rubente C. B. Pin. 328. *Trifolium purpureum, majus, folio & spicâ longiore J. B.* 2. 375. *Lagopus major, alter Dod. Pempt.* 578.

Trifolium montanum, angustissimum, spicatum C. B. Pin. 328. *Trifolium angustifolium, spicatum J. B.* 2. 376. *Altera angustifolia Lagopus Lob. Icon.* 40.

Trifolium Hispanicum, angustifolium, spicâ dilutè rubente C. B. Pin. 328. *Trifolium angustifolium, Hispanicum sive Lagopus angustifolius, flore dilutè rubentè J. B.* 2. 377. *Lagopus angustifolius, Hispanicus Clus. Hist. ccxlvij.*

Trifolium Lagopoides, hirsutum, angustifolium, Hispanicum, flore ruberrimo Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 141. *Lagopus minor, flore ruberrimo Park. Theat.* 1107.

Trifolium arvense, humile spicatum, sive Lagopus C. B. Pin. 328. *Lagopus trifolius quorundam J. B.* 2. 377. *Lagopus Dod. Pempt.* 577.

Trifolium Lagopoides, minus, folio acuto, non crenato, flore minore, dilutè purpureo Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 141.

Trifolium Lagopoides, flore subluteo H. R. Par. *Trifolium Lagopoides, annuum, hirsutum, pallidè luteum sive ochroleucon Mor. Hist. Oxon. Part.* 2. 141. *Trifolium pratense, hirsutum, majus, flore albo-sulphureo seu ὀχρολεύκω Raii Hist.* 943.

Trifolium capitulo stellato, folliculato, globoso C. B. Pin. 329.

Trifolium stellatum C. B. Pin. 329. *Prodr.* 143. *Trifolium stellatum, purpureum, Monspessulanum J. B.* 2. 376.

Trifolium stellatum, glabrum Ger. Emac. *Trifolium capitulis Dipsaci quorundam Raii Synops.* 194.

Trifolium globosum sive capitulo Lagopi rotundiore C. B. Pin. 329. *Trifolium glomerato flore vel capitulo Lagopi rotundiore C. B. Prodr.* 143. *Trifolium capitulo glomerato, rigido J. B.* 2. 378.

Trifolium globosum, repens C. B. Pin. 329. *Prodr.* 143. *Trifolium glomerulis Personatæ Cherleri J. B.* 2. 377.

Trifolium capitulo spumoso, lævi C. B. Pin. 329. *Prodr.* 140. *Trifolium glomerulis tomentosis per caulium longitudinem J. B.* 2. 379. *Trifolium Fragiferum, tomentosum Bot. Monsp.*

Trifolium capitulo ſpumoſo, aſpero, majus C. B. Pin. 329. *Prodr.* 140. *Trifolium, cujus caules è geniculis glomerulos oblongos proferunt J.B.* 2. 278.

Trifolium capitulo ſpumoſo, aſpero, minus C. B. Pin. 329. *Prodr.* 140.

Trifolium capitulis Thymi C. B. Pin. 329. *Prodr.* 140. *Trifolium parvum rectum, flore glomerato, cum unguiculis J. B.* 2. 378.

Trifolium capitulo oblongo, aſpero C. B. Pin. 329. *Prodr.* 140.

Trifolium Fragiferum, Friſicum, folio cordato, flore rubro Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 144. *Trifolium Fragiferum Cluſ. Hiſt. Cur. poſt. in fol.* 39.

Trifolium Fragiferum, Friſicum, capitulo ſaturè violaceo Cluſ. Cur. poſt. in fol. 39.

Trifolium Fragiferum, noſtras, purpureum, folio oblongo Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 144. *Varietas prioris.*

Trifolium ſemen ſub terram condens H. R. Par. *Trifolium album, tricoccon, ſubterraneum, Gaſtonium, reticulatum Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 2. 138. *Trifolium ſubterraneum ſive folliculo ſub terram condens Bot. Monſp.*

Trifolium Epithymi capitulis, inter genicula, annuum H. Cathol.

Trifolium minus, ſupinum, capitulis denſiori lanugine candicantibus Triumfeti H. Cathol.

Trifolium parvum, hirſutum, flore parvo, dilutè purpureo, in glomerulis oblongis, ſemine magno Raii Hiſt. 945. *Trifolium parvum, hirſutum, floribus parvis, dilutè purpureis, in glomerulis mollioribus & oblongis, ſemine magno Ejuſd. Synopſ.* 194.

Trifolium cum glomerulis ad caulium nodos rotundis Raii Synopſ. 194.

Trifolium phæum, fuſcum, luxurians, quaternis, quinis, & ſenis foliis Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 135. *Quadrifolium hortenſe, album C. B. Pin.* 327. *Quadrifolium phæum, fuſcum hortorum Lob. Icon.* 33. *Trifoliis affine quadrifolium phæum Lobelii J. B.* 2. 380.

Trifolium, à terno foliorum numero.

Ab eo genere excludi debent. *Trifolium paluſtre C. B. Pin.* 327. *quod eſt ſpecies Menyanthis. Trifolium pratenſe, luteum, capitulo breviore C. B. Pin.* 328. *ad Melilotum referendum. Trifolium Alpinum, argenteum, Perſici flore C. B. Pin.* 328. *Quinquefolii ſpecies. Trifolium album, anguſtifolium, floribus velut in capitulum congeſtis C. B. Pin.* 329. *Vide Dorycnium Trifolium Acetoſum ad Oxydem revocandum. Trifolium Hepaticum C. B.* 330. *Ranunculi ſpecies. Trifolium cochleatum, turbinatum ſcutellatum, inter Medicæ ſpecies annumerandum.*

GENUS III.

Melilotus. *Melilot.*

Tab. 229. MELILOTUS eſt plantæ genus, flore A papilionaceo: ex cujus calyce B ſurgit piſtillum C quod deinde abit in capſulam D G nudam, hoc eſt in calyce non reconditam ut in Trifolio, uno vel altero ſemine fœtam E H ſubrotundo F I. His notis addenda ſunt folia terna ſingulis pediculis inſidentia.

Meliloti ſpecies ſunt

Melilotus officinarum Germaniæ C. B. Pin. 331. *Trifolium odoratum ſive Melilotus vulgaris, flore luteo J. B. 2. 370. Melilotus Germanica Lob. Icon. 43.*

Melilotus officinarum Germaniæ, flore albo C. B. Pin. 331. *Melilotus major, candida Trag. 590. Melilotus 2, flore candido Dod. Pempt. 567.*

Melilotus ſiliquis longioribus, acutis. *Melilotus 4, lutei floris, longioribus ſiliquis Dod. Pempt. 567.*

Melilotus vulgaris, altiſſima, fruteſcens, flore albo. *An vulgaris varietas?*

Melilotus vulgaris, altiſſima fruteſcens, flore luteo. *An vulgaris varietas?*

Melilotus corniculis reflexis, major C. B. Pin. 331. *Trifolium Italicum ſive Melilotus Italica, corniculis incurvis J. B. 2. 372. Trifolium corniculatum, ij. Dod. Pempt. 573.*

Melilotus corniculis reflexis, minor vel repens C. B. Pin. 331. *Alchimelech id eſt Melilotus P. Alp. Ægypt. 49. Melilotus Ægyptia, Alchimelech vocata J. B. 2. 357.*

Melilotus Italica, folliculis rotundis C. B. Pin. 331. *Melilotus magno ſemine, rotundo, rugoſo J. B. 2. 371. Melilotus Italica Cam. Icon. xxix.*

Melilotus anguſtifolia, repens, folliculis rotundis C. B. Pin. 331. *Trifolium anguſtifolium, repens, folliculis rotundis C. B. Prodr. 144. Melilotus vulgari noſtrati affinis, folio minore & anguſtiore J. B. 2. 371.*

Melilotus lutea, minor, floribus & ſiliculis minoribus, ſpicatim & densè diſpoſitis Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 161. *Melilotus nova Berardi, ſeu erecta, folliculis rotundis, minor Raii Hiſt. 951.*

Melilotus lutea, minor, floribus & ſiliculis majoribus, ſpicatim & rarò diſpoſitis, foliis anguſtioribus, maculis ſub exortum notatis Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 161.

Melilotus Meſſanenſis, procumbens, folliculis rugoſis, ſublongis, ſpicis florum brevibus Raii Hiſt. 952.

Melilotus capſulis reni ſimilibus, in capitulum congeſtis. *Trifolium pratenſe, luteum, capitulo breviore C. B. Pin. 328. Trifolium pratenſe, luteum, mas, flore minore, ſemine multo J. B. 2. 380. Trifolium arvenſe Tabern. Icon. 523.*

Melilotus major, odorata, violaceo Mor. ~~Hiſt.~~ Oxon. Part. 2. 161. *Lotus hortenſis, odora C. B. Pin. 331. Lotus ſativa, odorata, annua, flore cæruleo J.B. 2. 368. Trifolium odoratum, alterum ſive Lotus ſativa Dod. Pempt. 571.*

Melilotus Cretica, fructu maximo. *Trifolium peltatum, Creticum C. B. Pin. 142. J. B. 2. 381.*

Melilotus à vocibus Græcis μελι *Mel*, & λωτος *Lotus*; quaſi dicas Lotum mel olentem.

GENUS IV.

Anonis. *Arrête-beuf.*

Tab. 229. ANONIS est plantæ genus, flore A papilionaceo, ex cujus calyce B surgit pistillum C quod deinde abit in siliquam turgescentem, nunc longiorem D, nunc breviorem H, bivalvem E F, I, seminibusque fœtam G L ut plurimùm reniformibus. His notis addenda sunt folia terna M N singulis pediculis plerumque insidentia; quandoque enim in eadem planta nascuntur folia singularia O.

Anonidis species sunt

Anonis spinosa, flore purpureo C. B. Pin. 389. *Anonis sive Resta Bovis vulgaris, purpurea J. B. 2. 395. Anonis Dod. Pempt. 743.*

Anonis spinosa, flore albo C. B. Pin. 389. *Anonis sive Resta Bovis vulgaris, alba J. B. 2. 395. Anonis flore albido Dod. Pempt. 743.*

Anonis spinis carens, purpurea C. B. Pin. 389. *Anonis non spinosa, purpureo flore J. B. 2. 393. Anonis non spinosa, purpurea Tabern. Icon. 529.*

Anonis spinis carens, candidis floribus C. B. Pin. 389.

Anonis non spinosa, caulibus procumbentibus H. L. Bat.

Anonis non spinosa, purpurea, supina, minima Raii Hist. 957.

Anonis pusilla, villosa & viscosa, purpurascente flore. *Trifoliis affinis Anonis minima, hirsuta Cherleri J. B. 2. 394.*

Anonis purpurea, perennis, foliis latioribus, rotundioribus, profundè serratis Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 170. *Cicer sylvestre, latifolium triphyllon C. B. Pin. 347. Cicer sylvestre, trifolium J. B. 2. 295. Cicer sylvestre, tertium Dod. Pempt. 525.*

Anonis montana, præcox, purpurea, frutescens Mor. H. R. Bles. *Anonis purpurea, frutescens, non spinosa A. R. Par. 57.*

Anonis Hispanica, frutescens, folio tridentato carnoso.

Anonis Alpina, humilior, radice ampla & dulci. *Trifolium Alpinum, flore magno, radice dulci C. B. Pin. 328. Trifolium Alpinum, Rhæticum, Astragaloides J. B. 2. 376. Trifoglio angustifoglio, Alpino Pon. Bald. Ital. 194.*

Anonis maritima, Gadensis, non spinosa, floribus in foliorum alis.

Anonis annua, pumilla, flore purpurascente.

Anonis Alpina, pumila glabra, non spinosa, purpurea.

Anonis Sicula, Alopecuroides. *Anonis purpurea, oblongo-rotundo prægrandi, integro, serrato folio lucido, spicâ Alopecuroides H. Cathol.*

Anonis non spinosa, rotundifolia, spicata, purpurea, Hispanica Bocc. Mus. Part. 2. 60. Tab. 48.

Anonis procumbens, maritima, nostras, foliis hirsutie pubescentibus Raii Synops. 196.

Anonis frutescens, Americana, flore purpureo. *Crotalaria frutescens Americana, triphylla, floliis firmioribus, glabris, flore purpureo Pluk. Phytog. Tab. 169. fig. 7.*

Anonis

Anonis viſcoſa, ſpinis carens, lutea, major C. B. Pin. 389. *Anonis lutea, non ſpinoſa Dalechampio Natrix J. B. 2. 393. Anonis ſine ſpinâ, lutea Tabern. Icon. 529.*

Anonis non ſpinoſa, flore luteo, variegato C. B. Pin. 389. *Anonis lutea, non ſpinoſa, Natrix Plinii Herbariorum Lugd. 449.*

Anonis viſcoſa, ſpinis carens, lutea, latifolia, annua Bot. Monſp.

Anonis annua, erectior, latifolia, glutinoſa, Luſitanica.

Anonis non ſpinoſa, flore luteo variegato, anguſtifolia, maritima.

Anonis puſilla, glabra, anguſtifolia, lutea. *Trifoliis affinis Anonis puſilla, glabra, fruticans Cherleri J. B. 2. 394.*

Anonis ſpinis carens, lutea, minor Bot. Monſp.

Anonis flore luteo, parvo H. R. Par. *Ononis lutea, ſylveſtris, minima Col. Part. 1. 301.*

Anonis Aſiatica, fruteſcens, floribus luteis, amplis. *Crotalaria Aſiatica, fruteſcens, trifolia, floribus luteis, amplis H. L. Bat.*

Anonis Hiſpanica, fruteſcens, folio rotundiori.

Anonis Hiſpanica, fruteſcens, folio Roſæ ſylveſtris.

Anonis Americana, folio latiori, ſubrotundo. *Anil ſive Indigo Guadalupenſis H. R. Par. App.*

Anonis Phaſeolodes, bituminoſa, ſcandens. *Phaſeolus Africanus, hirſutus, bituminoſus, ſiliquis bullatis, flore flavo H. L. Bat.*

Anonis vel potius Ononis, à voce Græca ὄνος *Aſinus*, quaſi dicas plantam Aſinis gratam.

GENUS V.

Fœnum-Græcum. *Fenugreec.*

FŒNUM-GRÆCUM eſt plantæ genus, flore A papilionaceo, ex cujus calyce B ſurgit piſtillum C quod deinde abit in ſiliquam D nonnihil planam, corniformem, ſeminibus fœtam E plerumque rhomboidiformibus aut reniformibus F G. His notis addenda ſunt folia terna, ſingulis pediculis inſidentia. *Tab. 230.*

Fœni-Græci ſpecies ſunt

Fœnum-Græcum ſativum C. B. Pin. 348. *Fœnu-Græcum J. B. 2. 363. Dod. Pempt. 536.*

Fœnum-Græcum ſylveſtre C. B. Pin. 348. *Fœnum-Græcum ſylveſtre Dalechampii Lugd. 431.* J. B. 2. 365.

Fœnum-Græcum ſylveſtre, minus, Arabicum H. L. Bat.

Fœnum-Græcum ſylveſtre, alterum, polyceration C. B. Pin. 348. *Securidaca genus triphyllon J. B. 2. 373. Hedyſarum minimum Dalechampii Lugd. 446.*

Fœnum-Græcum ſylveſtre, ſiliquis plurimis, longioribus. *Fœnum-Græcum ſylveſtre, alterum Dod. Pempt. 547. Fœnum-Græcum ſylveſtre, polyceration, majus, Creticum Bryn. Cent. 1. 79.*

Fœnum-Græcum Siculum, ſiliquis Ornithopodii. *Anonis pulchra viſu, foliis Ciceris, Ornithopodii ſiliquis annuentibus H. Cathol.*

GENUS VI.

Medica. *Luſerne.*

Tab. 231. MEDICA eſt plantæ genus, flore A papilionaceo, ex cujus calyce B ſurgit piſtillum C quod deinde abit in fructum D, E, F, cochleæ æmulum, ſeminibus fœtum G, H, I ut plurimùm reniformibrs K.

Medicæ ſpecies ſunt

Medica major, erectior, floribus purpuraſcentibus J. B. 2. 382. *Trifolium ſiliquâ cornutâ ſive Medica C. B. Pin.* 330. *Medica legitima Cluſ. Hiſt. ccxlij.*

Medica major, erectior, floribus violaceis. *Trifolium ſiliquâ cornutâ, ſive Medica flore violaceo C. B. Pin.* 330.

Medica major, erectior, floribus luteis. *Trifolium ſiliquâ cornutâ, ſive Medica flore luteo C. B. Pin.* 330.

Medica major, erectior, floribus ex violaceo & luteo mixtis. *Trifolium ſiliquâ cornutâ ſive Medica flore è violaceo & luteo mixto C. B. Pin.* 330.

Medica ſylveſtris, floribus croceis J. B. 2. 383. *Trifolium ſyveſtre, luteum, ſiliquâ cornutâ, vel Medica fruteſcens C. B. Pin.* 330. *Medica flavo flore Cluſ. Hiſt. ccxliij.*

Medica ſylveſtris, floribus è luteo palleſcentibus. *Trifolium ſylveſtre, luteum, ſiliquâ cornutâ, vel Medica fruteſcens, flore luteo-albo C. B. Pin.* 330.

Medica ſylveſtris, floribus è cæruleo vireſcentibus. *Trifolium ſylveſtre, luteum, ſiliquâ cornutâ, ſive Medica fruteſcens, flore è cæruleo viridi C.B.Pin.* 330.

Medica ſylveſtris, floribus partim luteis, partim violaceis.

Medica marina Lob. Icon. 38. *Trifolium cochleatum, marinum, ſive Medica marina J. B.* 2. 378. *Trifolium cochleatum, maritimum, tomentoſum C. B. Pin.* 329. *Medica lutea, Gnaphalitea, marina, noſtra, è Littore Veneto Donat.* 63.

Medica ſcutellata J. B. 3. 384. *Trifolium cochleatum, fructu latiore C.B.Pin.* 329. *Trifolium cochleatum, primum Dod. Pempt.* 575.

Medica orbiculata J. B. 2. 384. *Trifolium cochleatum vel ſcutellatum, fructu latiore, folio minuto, obtuſo C. B. Pin.* 329.

Medica echinata, glabra, cum maculis nigricantibus J. B. 3. 384. *Trifolium cochleatum, folio maculato, cordato C. B. Pin.* 329. *Medica Arabica Cam. Hort. Tab. xxvij.*

Medica echinata, glabra, ſine maculis nigricantibus J. B. 2. 381.

Medica magna, turbinata J. B. 2. 385. *Trifolium cochleatum, turbinatum, ſive fructu compreſſo, oblongo C. B. Pin.* 329.

Medica hirſuta, echinis rigidioribus J. B. 2. 385. *Trifolium fructu compreſſo, ſpinis horrido C. B. Pin.* 329.

Medica echinata, hirſuta J. B. 2. 386. *Trifolium echinatum, arvenſe C. B. Pin.* 329. *Tribulus terreſtris, minor, repens Lugd.* 514.

Medica echinata, minima J. B. 2. 386. *Trifolium echinatum, arvenſe, fructu*

minore C. B. Pin. 330. *Tribulus minor, rectus Dalechampii Lugd.* 513.

Medica coronata Cherleri parva J. B. 2. 386. *Trifolium folliculis coronæ similibus C. B. Prodr.* 141. *Trifolium folio obtuso, folliculis coronatis C. B. Pin.* 329. *Medica cochleata, πολύκαρπος, annua, capsulâ minima, coronatâ Mor. Hist. Oxon. Part.* 2. 145.

Medica πολύκαρπος, folio obtuso, non crenato. *Trifolium cochleatum, polycarpon, folio obtuso, non crenato C. B. Pin.* 329.

Medica πολύκαρπος, folio obtuso, crenato. *Trifolium cochleatum polycarpon, folio obtuso, crenato C. B. Pin.* 329.

Medica cochleata, δίκαρπος, capsulâ rotundâ, spinosâ foliis eleganter dissectis H.L.Bat. *Trifolium fructu echinato, foliis eleganter dissectis Bot. Monsp. Trifolium cochleatum, spinosum, Syriacum, foliis laciniatis Breyn. Cent.* 1. 181.

Medica perennis, fructu ciliari. *Medica ciliaris Guillandini Raii Hist.* 965.

Medica annua, fructu ciliari. *Trifolium fructu cochleato, ciliare Bot. Monsp.*

Medica fruteſcens, perennis, fructu orbiculato Sloanii Raii Hist. 961.

Medica orbiculata, πολύκαρπος, fructu minore Raii Hist. 962.

Medica orbiculata, fructu lato, simplici volutâ Raii Hist. 962.

Medica orbiculata, minor, spinosa, simplici majore volutâ Raii Hist. 962.

Medica orbiculata, elegans, orbiculis circum oras rugosis Raii Hist. 962.

Medica doliata seu orbiculata, orbiculorum gyris circa margines utrinque rugosis & per maturitatem nigricantibus Raii Hist. 962.

Medica tornata, major & minor, lenis Park. Theat. 1116.

Medica Catalonica, elegans, Edwardi Morgani Raii Hist. 962.

Medica cochleata, spinosa, echinis magnis, utrinque turbinatis, cum spinulis reflexis Raii Hist. 962.

Medica foliis & semine Medicæ cordatæ, echinatæ, echinis durioribus Raii Hist. 963.

Medica doliata, spinosa, major, δίκαρπος Raii Hist. 963.

Medica spinosa, δίκαρπος, fructu ovali, spinulis brevioribus & rigidioribus Raii Hist. 963.

Medica doliata, spinosa, πολύκαρπος Raii Hist. 964. *Medica tornata, spinosa Park. Theat.* 1116.

Medica doliata, spinosa, hirsuta, minima Raii Hist. 964.

Medica marina, major, spinosa Park. Theat. 1115.

Medica cum orbiculis laxis, echinatis, minoribus, non extantibus spinulis Raii Hist. 965.

Medica Lupulina, mellina, incano folio molli, crasso, lanuginoso, semicordato H. Cathol.

Medica magno fructu, aculeis sursum & deorsum tendentibus. *Trifolium cochleatum, echinatum, sive Medica spinis sursum deorsumque rigentibus Park. Theat.* 116. *Trifolium cochleatum, spinosum, majus, spinis sursum & deorsum tendentibus Mor. H. R. Bles.*

Medica magno fructu, aculeis omnibus erectis. *Trifolium cochleatum sive*

Medica echinis omnibus erectis Park. Theat. 1116.

Lib. 28. *cap.* 16. Medica, ut ait Plinius, externa etiam Græciæ, ut à Medis advecta per bella Persarum quæ Darius intulit.

GENUS VII.

Medicago.

Tab. 231. MEDICAGO est plantæ genus, flore A papilionaceo: ex cujus calyce B surgit pistillum C quod deinde abit in fructum D planum, orbiculatum, quasi falcatum, semine fœtum E, F ferè reniformi G.

Medicaginis species sunt

Medicago annua, Trifolii facie. *Trifolium siliquâ falcatâ C. B. Pin.* 330. *Medica lunata J. B.* 2. 386. *Lunaria radiata Italorum, Medica lunata sive falcata Lob. Icon.* 38.

Medicago Vulnerariæ facie, Hispanica. *Loto affinis siliquis hirsutis, circinatis C. B. Pin.* 333. *Auricula Muris Cam. Tab. viij. J. B.* 2. 387.

Medicago Vulnerariæ facie, Cretica. *Trifolium falcatum P. Alp. Exot.* 257.

Medicago trifolia, frutescens, incana. *Cytisus incanus, siliqua falcatis C. B. Pin.* 389. *Cytisus siliquâ incurvâ, folio candicante J. B.* 1. 361. *Cytisus ut existimatur Dod. Pempt.* 569.

Medicago, id est planta ad Medicam accedens.

GENUS VIII.

Phaseolus. *Haricot.*

Tab. 232. PHASEOLUS est plantæ genus, flore A, B papilionaceo: ex cujus calice D surgit pistillum C quod deinde abit in siliquam longam E, semine fœtam F F ut plurimùm reniformi G, vel ovato. His notis addenda sunt folia terna, singulis pediculis insidentia, tum & plantæ habitus.

Phaseoli species sunt

Phaseolus vulgaris Lob. Icon. 59. *Smilax hortensis, sive Phaseolus major C. B. Pin.* 339. *Smilax hortensis J. B.* 2. 255.

Phaseolus vulgaris, fructu nigro. *Smilax hortensis, fructu nigro J.B.* 2. 255.

Phaseolus vulgaris, fructu flavo. *Smilax hortensis, fructu flavo J. B.* 2. 253.

Phaseolus vulgaris, fructu rubro. *Smilax hortensis, fructu rubro J.B.* 2. 255.

Phaseolus vulgaris, fructu livido. *Phaseolus major sive Smilax hortensis, fructu livido H. L. Bat.*

Phaseolus vulgaris, fructu pallido. *Phaseolus major sive Smilax hortensis, fructu pallido H. L. Bat.*

Phaseolus vulgaris, fructu violaceo. *Smilax hortensis, fructu violaceo J.B.* 2. 255.

Phaseolus vulgaris, fructu ex rubro & nigro variegato. *Phaseolus major sive Smilax hortensis, fructu ex rubro & nigro variegato H. L. Bat.*

Phaseolus vulgaris, fructu albo, nigris venis & lituris distincto. *Smilax hortensis, fructu albo, nigris venis & lituris distincto J. B.* 2. 255.

Phaſeolus vulgaris, fructu purpuraſcente, orbibus albis variegato. *Phaſeolus vulgaris, fructu purpuraſcente, orbibus albis variegato H. L. Bat.*

Phaſeolus hortenſis, minor. *Smilax hortenſis minor C. B. Pin. 359.*

Phaſeolus minor, ſiliquâ ſurſum rigente, fructu albo. *Smilax ſiliquâ ſurſum rigente, fructu albo, vel Phaſeolus parvus, Italicus C. B. Pin. 339. Phaſiolus albus Lugd. 472.*

Phaſeolus minor, ſiliquâ ſurſum rigente, fructu ſubnigro. *Smilax ſiliquâ ſurſum rigente, vel Phaſeolus parvus, Italicus, fructu ſubnigro C. B. Pin. 339.*

Phaſeolus minor, ſiliquâ ſurſum rigente, fructu minori albido, cum orbita rubente aut nigricante. *Smilax ſiliquâ ſurſum rigente vel Phaſiolus parvus, Italicus, fructu minori, albido, cum orbita rubente aut nigricante C.B Pin. 339. Phaſiolus vulgaris, Italicus, humilis, ſeu minor albus, cum orbita rubente vel nigricante J. B. 2. 258.*

Phaſeolus peregrinus, hortenſi affinis, ſemine lato, albo, multis nigris venis ſtriato C. B. Pin. 340. *Phaſiolus lato, ſtriato ſive radiato ſemine J. B. 2. 267. Phaſeoli peregrini 1 genus alterum Cluſ. Hiſt. ccxxiij.*

Phaſeolus peregrinus, fructu lato, compreſſo, albo. *Phaſeoli magni, lati, albi Lob. Icon. 60.*

Phaſeolus peregrinus, primo ſimilis, fructu lato, albo, ſtriato C. B. Pin. 340. *Phaſeolus peregrinus, ix Cluſ. Hiſt. ccxxv.*

Phaſeolus peregrinus hortenſi affinis, fructu tumidiore, minore, niveo C. B. Pin. 340. *Phaſioli tumidi, minores, nivei J. B. 2. 259. Phaſeolus peregrinus, ij. Cluſ. Hiſt. ccxxiij.*

Phaſeolus peregrinus, Anagyridis fructui ſimilis, ex nigro ſubvireſcens C. B. Pin. 340. *Phaſiolus Laburni fructu ex nigro ſubvireſcente ſive Ægyptius, flore luteo J. B. 2. 262. Phaſeolus peregrinus, v Cluſ. Hiſt. ccxxiiij.*

Phaſeolus peregrinus, Anagyridis fructui ſimilis, colore rubeſcente C. B. Pin. 340. *Smilax hortenſis ſive Phaſeolus Anagyridi ſimilis ferè, colore rubeſcente J. B. 2. 261. Phaſeolus peregrinus, iij. Cluſ. Hiſt. ccxxiij.*

Phaſeolus peregrinus, minore fructu albo, nigrâ maculâ inſignito C. B. Pin. 340. *Phaſeolus niveus, minor, circa hilum nigrâ maculâ inſignitus J.B. 2. 260. Phaſeolus peregrinus, iiij. Cluſ. Hiſt. ccxxiiij.*

Phaſeolus peregrinus, anguſtifolius, C. B. Pin. 340. *Phaſeolus vulgari minor & planior, ſubrubro colore, foliis anguſtis J. B. 2. 270. Phaſeolus peregrinus, vj, anguſtifolius Cluſ. Hiſt. ccxxv.*

Phaſeolus peregrinus, anguſtifolius, alter, fructu ex albo & nigro vario C. B. Pin. 340. *Phaſeolus peregrinus, vij. Cluſ. Hiſt. ccxxv.*

Phaſeolus peregrinus, foliis minoribus, fructu exalbido, nonnunquam variegato C. B. Pin. 340. *Phaſeolus peregrinus, viij. Cluſ. Hiſt. ccxxv.*

Phaſeolus peregrinus, lobo & fructu nigro C. B. Pin. 340. *Phaſeolus peregrinus, x. Cluſ. Hiſt. ccxxv.*

Phaſeolus peregrinus, fructu variegato C. B. Pin. 340. *Phaſeolus peregrinus, xj. Cluſ. Hiſt. ccxxvj.*

Phaſeolus peregrinus, fructu ſubrubente, nigris ſtriis variegato, alter C. B. Pin. 340. *Phaſeolus peregrinus, xij. Cluſ. Hiſt. ccxxvj.*

Phaſeolus peregrinus, exalbidus, ovi Columbini ferè figurâ, fuliginosâ macula inſignitus C. B. Pin. 340. *Phaſeolus iij, peregrinus Cluſ. Exot.* 64.

Phaſeolus peregrinus, niger, maculâ ſubalbâ notatus C. B. Pin. 340. *Phaſeolus iv, peregrinus Cluſ. Exot.* 64.

Phaſeolus Æthiopicus, lobis nigris venis aſperſis, fructu atro-ſplendente C. B. Pin. 340. *Phaſeoli tumidi, nigri, ſplendentes J. B.* 2. 258. *Phaſeolus peregrinus, xiij. Cluſ. Hiſt. ccxxvj.*

Phaſeolus Æthiopicus, lobis flaveſcentibus, fructu nigro C. B. Pin. 341. *Phaſeoli nigri J. B.* 2. 558. *Phaſeolus peregrinus, xiij. Cluſ. Hiſt. ccxxvj.*

Phaſeolus Æthiopicus, lobo ſaturo-purpureo, fructu atro C. B. Pin. 341. *Phaſeoli atro-violacei J. B.* 2. 258. *Phaſeolus peregrinus, xv. Cluſ. Hiſt. ccxxvj.*

Phaſeolus Ægyptiacus, nigro ſemine C. B. Pin. 341. *Phaſeolus niger, Lablab P. Alp. Ægypt.* 31.

Phaſeolus Ægyptiacus, ſemine rufo C. B. Pin. 341. *Lablab alterum, rufum Alpini Cluſ. Hiſt. ccxxvij.*

Phaſeolus Americanus, ſive Lablab ſemine roſeo D. Lign.

Phaſeolus Indicus, cocleato flore Triumf. 93. *Phaſeolus Americanus, perennis flore cochleato, odorato, ſeminibus fuſcis orbiculatis, Caracalla dictus H. L. Bat.*

Phaſeolus puniceo flore Corn. 184. *Phaſeolus Indicus, flore coccineo ſeu puniceo Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 2. 69.

Phaſeolus minimus, fructu viridi, ovato H. R. Par. *Phaſeolus ſiliquis rotundis, Viciæ fructu ovali, viridi Mor. H. R. Bleſ.*

Phaſeolus hortenſis, fructu albo, minore, oviformi, Venereus dictus Hoffm. Cat. Alt.

Phaſeolus Americanus, tenuiſſimis viticulis ſeſe propagans.

Phaſeolus Africanus, fructu parvo, albicante. *Phaſeoli Africani, parvi, nonnihil albicantes J. B.* 2. 262.

Phaſeolus minor, Coloſſinus, ſiliquis longiſſimis Mor. H. R. Bleſ.

Phaſeolus Braſilianus, alter, fructu nigro, Piſi magnitudine C. B. Pin. 341. *Phaſiolus latâ ſiliquâ, fructu exiguo, nigro, umbilico candido J. B.* 2. 261. *Phaſeolus Braſilianus, alter Cluſ. ad Monard.*

Phaſeolus Africanus, perennis, minor, flore ſuaverubente Oldenl.

Phaſeolus Americanus, folio ſinuato & veluti haſtato.

Phaſeolus Americanus, ſtrumosâ radice, flore purpureo, ſiliquâ anguſtiſſimâ Plum.

Phaſeolus Americanus, ſtrumosâ radice, flore luteo, ſiliquis quaſi nodoſis Plum.

Phaſeolus Americanus, hirſutus, ſiliquis quaſi nodoſis Plum.

Phaſeolus Americanus, ampliſſimus, ſiliquâ maximâ, fructu coccineo, duro Plum.

Phaſeolus Americanus, ampliſſimus, magno flore, ſiliquis tenuioribus, falcatis Plum.

Phaſeolus Americanus, hirſutus, ſiliquis articuloſus Plum.

Phaſeolus Americanus, radice tuberosâ, eſculentâ, ſiliquis quaſi articuloſis, hirſutis Plum.

Phaſeolus Americanus, flore cochleato, ſiliquis falcatis Plum.

Phaſeolus Americanus, maritimus, fructu duro, ſemine variegato Plum.

Phaſeolus Americanus, fructu minimo, ſemine variegato Plum.

Phaſeolus Americanus, florum ſpicâ pyramidatâ, ſemine coccineo, nigrâ maculâ notato Plum.

Phaſeolus Americanus, floris vexillo ampliſſimo, ſiliquis rectis, teretibus Plum.

Phaſeolus maritimus, rotundifolius, flore purpureo, ſiliquâ brevi criſtatâ, ſemine fuſco, ſtriato Sloane Cat. Plant. Jam. 69. *Phaſeolus maritimus, Indicus, perennis, trifoliatus, ſubrotundus, ſiliquâ longâ, Fabâ fuſcâ, oblongâ H. Amſtel. Phaſeolus Braſilicus Ferr. Flor.* 383.

Phaſeolus ſylvaticus, flore patulo, dilutè purpureo, ſiliquâ tenui, nigrâ, ſemine minore, maculato Sloane Cat. Plant. Jam. 71. *Phaſeolus ſubhirſutus, Americanus, exitioſus, ſiliquis longis cauliculis inſidentibus Pluk. Phytog. Tab.* 214. *fig.* 2.

Phaſeolus, quaſi Phaſelus, ob ſeminis formam, quæ Phaſelum repræſentat.

SECTIO V.

De Herbis, flore Papilionaceo, cujus piſtillum abit in ſiliquam bicapſularem.

GENUS I.

Aſtragalus. *Aſtragale.*

ASTRAGALUS eſt plantæ genus, flore A papilionaceo, vexillo nempe B, carinâ C, & alis D conſtante. Ex calyce autem E ſurgit piſtillum G vagina F obvolutum, quod deinde abit in ſiliquam H, N, P bicapſularem I K. O O. Q R. S T. ſeminibus fœtam L M, reniformibus V. His notis addenda ſunt folia bina, quaſi conjugata, coſtæ adhærentia, cui ſummæ folium impar innaſcitur. *Tab.* 233.

Aſtragali ſpecies ſunt

Aſtragalus tuberoſus, ſcandens, Fraxini folio. *Apios Americana Corn.* 200.

Aſtragalus purpureus perennis, ſpicatus, Pannonicus Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 106. *Onobrychis ſpicata, flore purpureo C. B. Pin.* 350. *Onobrychis quibuſdam, purpureo flore J. B.* 2. 337. *Onobrychis* 1 *Cluſ. Hiſt. ccxxxviij.*

Aſtragalus floribus Viciæ dilutè purpureis aut cæruleis Mor. Hiſt. Oxon. Part.

2. 106. *Onobrychis floribus Vicæ dilutè cæruleis C. B. Pin.* 351. *Onobrychis quibusdam, subcæruleo flore J. B.* 2. 337. *Onobrychis ij. Hist. Clus. ccxxxix.*

Astragalus perennis, spicatus, floribus pallidis, nigris radiis notatis Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 107. *Onobrychis spicata, floribus pallidis, nigris radiis notatis C. B. Pin.* 350. *Onobrychiæ quibusdam, flore pallido vel Polygalon J. B.* 2. 337. *Onobrychis* 3. *Clus. Hist. ccxxxix.*

Astragalus quidam montanus vel Onobrychis aliis J. B. 2. 339. *Onobrychis floribus Viciæ majoribus, cæruleo-purpurascentibus vel foliis Tragacanthæ C. B. Pin.* 351. *Onobrychis* 4. *Clus. Hist. ccxl.*

Astragalus luteus, perennis, procumbens, vulgaris sive sylvestris Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 107. *Glycyrrhiza sylvestris, floribus luteo-pallescentibus C. B. Pin.* 330. *Fœnum-Græcum sylvestre sive Glycyrrhiza sylvestris quibusdam J. B.* 2. 330. *Fœnum-Græcum sylvestre, primum Dod. Pempt.* 547.

Astragalus luteus, perennis, siliquâ gemellâ, rotundâ, vesicam referente Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 107. *Cicer sylvestre, foliis oblongis, hispidis, majus C. B. Pin.* 347. *Cicer sylvestre, multifolium J. B.* 2. 294. *Cicer sylvestre, primum Dod. Pempt.* 525.

Astragalus luteus, annuus, Monspeliacus, procumbens Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 108. *Securidaca lutea, minor, corniculis recurvis C. B. Pin.* 349. *Securidaca altera sive minor J. B.* 2. 347. *Hedysarum alterum Dod. Pempt.* 546.

Astragalus annuus, maritimus, procumbens, latifolius, floribus pediculo insidentibus. *Glauci leguminosæ affinis C. B. Prodr.* 150.

Astragalus annuus, angustifolius flosculis subcæruleis, cauliculis adhærentibus. *Vicia Sesamacea, Apula Col. Part.* 1. 303. *Fœnu-græco sylvestri Tragi in quibusdam accedens planta J. B.* 2. 331.

Astragalus annuus, angustifolius, flosculis pediculis oblongis insidentibus. *Stella leguminosa J. B.* 2. 350. *Stella leguminosa, Arturo Cortusi Lob. Icon.* 83.

Astragalus Africanus, luteus, odoratus Bot. Monsp. *Astragalus Africanus, flore luteo, odorato Breyn. Cent.* 1. 72.

Astragalus Canadensis, flore viridi, flavescente A. R. Par. 65.

Astragalus Monspessulanus J. B. 2. 338.

Astragalus Monspessulanus, flore albo.

Astragalus Alpinus, procerior, Alopecuroides.

Astragalus supinus, siliquis villosis, glomeratis. *Astragalus Hispanicus, siliquâ Epiglottidi simili, flore purpureo, major Turnefortii H. L. Bat.*

Astragalus pumilus, siliquâ Epiglottidi formâ. *Astragalus Hispanicus, siliquâ Epiglottidi simili, flore albo, minor Turnifortii H. L. Bat.*

Astragalus incanus, siliquâ incurvâ Bot. Monsp. *Onobrychis incana, foliis longioribus C. B. Pin.* 350. *Onobrychis incana Prodr.* 149.

Astragalus montanus, purpureus Anglicus. *Glaux montana, purpurea, nostras Raii Hist.* 939.

Astragalus

Aſtragalus Alpinus, foliis Viciæ ramoſus & procumbens, flore glomerato, oblongo cæruleo.
Aſtragalus Alpinus, Tragacanthæ folio, veſicarius.
Aſtragalus Alpinus, Tragacanthæ folio, ramoſus, flore cæruleo glomerato.
Aſtragalus Alpinus, foliis Viciæ anguſtioribus, flore ochroleuco.
Aſtragalus Pyrenaicus, foliis Viciæ ſubrotundis, flore ochroleuco, glomerato.
Aſtragalus Pyrenaicus, Barbæ Jovis folio, non ramoſus, flore ochroleuco, glomerato.

GENUS II.

Tragacantha. *Barbe-Renard.*

TRAGACANTHA eſt plantæ genus, flore A papilionaceo, ex cujus calyce B ſurgit piſtillum C quod deinde abit in ſiliquam D bicapſularem, ſeminibuſque fœtam E reniformibus F. His notis addenda ſunt folia G bina, veluti conjugata, coſtæ adhærentia in mucronem H ſæpè abeunti. Tab. 234.

Tragacanthæ ſpecies ſunt

Tragacantha Maſſilienſis J. B. 1. 407. *Tragacantha C. B. Pin.* 388. *Cluſ. Cur. poſt. Add.* 60.

Tragacantha altera, Poterium fortè Cluſio J. B. 1. 408. *Tragacantha altera, Poterium fortè Cluſ. Hiſt.* 108. *Tragacanthæ affinis lanuginoſa ſive Poterium C. B. Pin.* 388.

Tragacantha Alpina, ſempervirens, floribus purpuraſcentibus. *An Poterium Dalechampii Lugd.* 1487.

Tragacantha, à vocibus Græcis τραγος *Hircus*, & ἀκανθα *Spina*, quaſi diceres Spinam Hircinam.

GENUS III.

Pelecinus.

PELECINUS eſt plantæ genus, flore A papilionaceo, ex cujus calyce B ſurgit piſtillum C quod deinde abit in ſiliquam D planam, bicapſularem, & bivalvem E E, G G, ſeminibus fœtam F, planis, ut plurimùm reniformibus. Tab. 234.

Pelecini ſpeciem unicam novi

Pelecinus vulgaris. *Securidaca ſiliquis planis, utrinque dentatis C. B. Pin.* 349. *Lunaria radiata Rob. Cat. Lunaria radiata Robini J. B.* 2. 348. *Securidaca peregrina Cluſ. Hiſt. ccxxxviij.*



CLASSIS XI.

DE

HERBIS ET SUFFRUTICIBUS,

Flore Polypetalo, anomalo.

FLORES Polypetalos, anomalos appellavimus nonnullos flores multiformes, ex plurimis petalis dissimilibus compositos, qui singulari nomine comprehendi nequeunt: quales sunt flores Balsaminæ, Violæ, & cæterarum de quibus in hac Classi agemus.

SECTIO I.

De Herbis, flore Polypetalo, anomalo, cujus pistillum abit in fructum unicapsularem.

GENUS I.

Balsamina. *Balsamine.*

Tab. 235.

BALSAMINA est plantæ genus, flore polypetalo, anomalo. Is autem vel tetrapetalos A, vel hexapetalos G. Floris tetrapetali petalum superius A fornicatum est, inferius B concavum & caudatum, duobus lateralibus C Dauritis E F & amplioribus. Floris hexapetali qui rarissimus est, partes 1, 2, 3, 4, 5, 6 exhibentur figurâ G, inferiori 2 cauda experte. Pistillum L duobus foliolis M N stipatum floris meditullium occupat, abitque deinde in fructum nunc ex utraque parte turbinatum P, nunc siliquæ æmulum, ex pluribus veluti musculis Q constantem, vi elastica R hac illac dissilientem S, seminibusque fœtum V, axi T T ceu placentæ affixis.

Balsaminæ species sunt

Balsamina fœmina C. B. Pin. 306. *Balsamina Dod. Pempt.* 671. *Balsamina fœmina, Persicifolia, vel Salicis folio J. B.* 2. 909.

Balsamina fœmina, flore candido H. L. Bat.

Balsamina fœmina flore partim candido, partim rubro H. L. Bat.

Balsamina flore majore, speciosa. *Balsamina fœmina, foliis amplioribus, flore majore, amœnè purpurascente Schol. Bot.*

Balsamina flore majore, candido.

Balſamina fœmina, anguſtis & eleganter crenatis foliis, flore albo minore Pluk. Almag. Bot. *Balſamina Indica, flore albo Breyn. Prodr.* 2. 22.

Balſamina Indica, flore ex albo & ſuavè purpuraſcente colore elegantiſſimo, variegato Breyn. Prodr. 2. 22.

Balſamina Indica, flore rubente, pleno Breyn. Prodr. 2. 22.

Balſamina Indica, anguſtifolia, flore minore, rubello, elegantiſſimo, *Balſamina fœmina, Zeylanica, anguſto folio Par. Bat.* 105.

Balſamina lutea ſive Noli me tangere C. B. Pin. 306. *Noli me tangere J.B.* 2. 908. *Impatiens herba Dod. Pempt.* 659.

Balſamina ſive Noli me tangere, flore pallido C. B. Pin. 307.

Balſamina ſive Noli me tangere, flore purpuraſcente.

Balſamina lutea ſive Noli me tangere major, Virginiana, floribus ſaturatè luteis, rubentibus maculis intus notatis Pluk. Almag. Bot.

Balſamina à Balſamo propter vim Balſamicam Momordicæ, quam Auctores Rei Herbariæ inter Balſaminæ ſpecies recenſuerunt.

GENUS II.

Viola. *Violette.*

VIOLA eſt plantæ genus, flore A, B polypetalo, anomalo, papilionacei floris æmulo: hujus enim duo petala ſuperiora 1, 2 vexillum, duo lateralia 3, 4 alas, inferius verò 5 quod in caudam C deſinit, carinam quodammodo repræſentant. Ex calyce autem D ſurgit piſtillum E quod deinde abit in fructum F plerumque trigonum, trifariam dehiſcentem G ſeminibuſque fœtum ut plurimùm ſubrotundis H. *Tab.* 236.

Violæ ſpecies ſunt

Viola Martia, purpurea, flore ſimplici, odoro C. B. Pin. 199. *Viola Martia, purpurea J. B.* 2. 542. *Viola nigra ſive purpurea Dod. Pempt.* 156.

Viola Martia, hortenſis, foliis amplioribus C. B. Pin. 199. *Viola matronalis, flore purpureo Eyſt.*

Viola Martia, inodora, ſylveſtris, foliis majoribus & rotundioribus C. B. Pin. 199. *Viola cærulea, Martia, inodora, ſylvatica, in cacumine ſemen ferens J. B.* 3. 543. *Viola ſylveſtris, inodora Dod. Pempt.* 156.

Viola Martia inodora, ſylveſtris, foliis mucronatis, oblongis & ſtrictioribus C. B. Pin. 199.

Viola Martia, alba C. B. Pin. 199. *Tabern. Icon.* 301. *Viola Martia, flore albo, odorato & non odorato J. B.* 3. 543.

Viola Martia, ſylveſtris, æquatè cærulea, folio & flore minore H. Cathol.

Viola Martia, multiplici flore purpureo C. B. Pin. 199. *Viola Martia, purpurea, flore multiplicato, majore J. B.* 3. 542. *Viola flore multiplici Dod. Pempt.* 156. *Violette à fleur double.*

Viola Martia, multiplici flore rubello C. B. Pin. 199.

Viola Martia, multiplici flore candido C. B. Pin. 199.

Viola Martia, multiplici flore ex albo & purpureo variegato C. B. Pin. 199.

Viola Martia, multiplex, flore cinereo H. R. Par. *Viola flore pleno, cinerea Joncq. Hort.*

Viola flore pleno, maximo J. B. 3. 543.

Viola Martia, intensè purpurea, flore minore pleno J. B. 543.

Viola paluſtris, rotundifolia, glabra Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 475.

Viola Alpina, folio in plures partes diſſecto C. B. Pin. 199. *Viola montana, folio multifido J. B.* 3. 544. *Viola montana, laciniato folio Cluſ. Hiſt.* 309.

Viola Alpina, purpurea, exiguis foliis C. B. Pin. 199. *Viola montana, purpurea, ſolidiore folio J. B.* 3. 544. *Viola montana, ij Cluſ. Hiſt.* 309.

Viola Alpina, rotundifolia, lutea C. B. Pin. 199. *Viola Martia, lutea J. B.* 3. 544. *Viola montana, 1 Cluſ. Hiſt.* 309.

Viola Alpina, rotundifolia, minor, lutea H. R. Par. *Aliud Gramen Parnaſſi Lugd.* 1005.

Viola montana, pumila, anguſtifolia, flore niveo, inodoro C. B. Pin. 199. *Viola montana, pumila Cluſ. Cur. poſt. in fol.* 31.

Viola Martia, arboreſcens, purpurea C. B. Pin. 199. *Jacea tricolor, ſurrectis caulibus, quibuſdam arborea dicta J. B.* 3. 547. *Viola Martia, arboreſcens Tabern. Icon.* 303.

Viola Martia, arboreſcens, flore ex Cyanæo albeſcente C. B. Pin. 199. *Viola erecta, flore albo Eyſt.*

Viola Martia, arboreſcens, lutea Tabern. Icon. 303.

Viola montana, tricolor, odoratiſſima C. B. Pin. 199. *Jacea tricoloris ſive floris tricoloris genus, flore purpureo magno, repens, non annuum J. B.* 3. 548. *Viola montana, iij ſive tricolor Cluſ. Hiſt.* 310.

Viola montana, lutea, grandiflora C. B. Pin. 200. *Jacea tricoloris ſive floris tricoloris genus, flore luteo, magno repens, non annuum J. B.* 3. 548. *Violæ montanæ 3 aliud genus Cluſ. Hiſt.* 310.

Viola montana, alba, grandiflora C. B. Pin. 200.

Viola montana, lutea, ſubrotundo crenato folio Barr. Icon.

Viola montana, cærulea, tricolor, folio ſubrotundo, crenato Barr. Icon.

Viola montana, cærulea, grandiflora H.R.Par. *Melanium montanum Lugd.* 1204.

Viola montana, lutea, foliis non crenatis C. B. Pin. 200. *Viola ſylveſtris, longifolia Tabern. Icon.* 305.

Viola montana, tricolor, flore variegato.

Viola tricolor, hortenſis, repens, an ὁλόξ καὶ φλόγιον Theophraſti C.B.Pin. 199. *Jacea tricolor ſive Trinitatis flos J. B.* 3. 546. *Viola tricolor Dod. Pempt.* 158.

Viola tricolor, hortenſis, repens, flore albo & luteo C. B. Pin. 199.

Viola tricolor, hortenſis, repens, flore cum pallido cæruleo C. B. Pin. 199.

Viola tricolor, hortenſis, repens, flore purpureo & luteo C. B. Pin. 199.

Viola hortenſis, repens, flore penitus albo C. B. Pin. 200. *Viola Trinitatis Tabern. Icon.* 307.

Viola tricolor, hortensis, repens, flore violaceo, holosericeo, purpureo & aureo H. L. Bat.

Viola tricolor, hortensis, repens, flore nigro-purpureo & instar holoserici nitente C. B. Pin. 200. *Flos Trinitatis major, violaceus Eyst.*

Viola tricolor, hortensis, repens, flore pallido & instar holoserici nitente C. B. Pin. 200. *Flos Trinitatis pallidus, major Eyst.*

Viola tricolor, hortensis, repens, flore magno ex aureo & pallido instar holoserici nitente H. L. Bat.

Viola bicolor, arvensis, flore candido & luteo C. B. Pin. 200. *Viola bicolor frugum & hortorum vitium Trago J. B.* 3. 548. *Viola sylvestris Lob. Icon.* 611.

Viola bicolor, arvensis, flore cæruleo & luteo C. B. Pin. 200.

Viola bicolor, arvensis, flore cæruleo & candido C. B. Pin. 200.

Viola arvensis, flore toto luteo C. B. Pin. 200.

Viola arvensis, flore toto albo C. B. Pin. 200. *Viola Trinitatis minor, petræa, flore albo Tabern. Icon.* 307.

Viola Hispanica, fruticosa, longifolia. *Viola Hispanica, fruticans Barr. Icon.*

Viola Americana, foliis Granadillæ H R. Par. *Viola Granadillæ folio Mor. H. R. Bles. Viola Americana foliis Granadillæ incisis D. Marchant. Joncq. Hort.*

Viola Pyrenaica, longiùs caudata, Teucri folio.

Viola petræa, Busambarensis, crassulo crenato Ocimi folio, flore majore, inodoro, cæruleo, venis candidis distincto H. Cathol.

Viola Nebrodensis, acaulos, purpurea, floris Trinitatis foliis vix serratis, Narcissum olens H. Cathol.

Viola Ætnica erecta, bicolor, hirsuta, minima, elatior ac ramosior H. Cathol.

Viola Alpina, minima, Nummulariæ folio Bocc. Mus. Part. 2. 163. Tab. 127.

Viola cærulea, maxima Cucumerinis hirsutis foliis, Virginiana Pluk. Phytog. Tab. 234. fig. 2.

Viola maxima, Cucumerinis hirsutis foliis, Virginiana, flore luteo Pluk. Almag. Bot.

Viola, quasi Iola, à voce Græca ἴον, Viola.

GENUS III.

Fumaria. *Fumeterre.*

FUMARIA est plantæ genus, flore A I, polypetalo, anomalo, papilionacei æmulo, ex duobus tantùm petalis A C constante quasi bilabiato, labio superiori A in caudam abeunte, cum inferiori C ad pediculum conjuncto. Hæc inter labia velut in palato (cujus os à lingua E occupatur) pistillum G H positum est, vaginâ obvolutum K, L, quod deinde abit in fructum membranaceum nunc longiorem M, nunc breviorem N, O, semine fœtum P Q, R subrotundo S, T, V. *Tab. 237.*

Fumariæ ſpecies ſunt

Fumaria officinarum & Dioſcoridis, flore purpureo C. B. Pin. 143. *Fumaria vulgaris J. B.* 3. 201. *Fumaria Dod. Pempt.* 59.

Fumaria officinarum & Dioſcoridis, flore palleſcente C. B. Pin. 143.

Fumaria officinarum & Dioſcoridis flore albo C. B. Pin. 143.

Fumaria foliis tenuiſſimis, floribus albis, circa Monſpelium naſcens C. B. Pin. 143.

Fumaria major, floribus dilutè purpureis Bot. Monſp.

Fumaria viticulis & capreolis plantis vicinis adhærens C. B. Pin. 143.

Fumaria viticulis & capreolis, plantis vicinis adhærens, floribus ſubflavis in ſummitate nigricantibus C. B. Pin. 143.

Fumaria minor, tenuifolia, caulibus ſurrectis, flore hilari purpurâ-rubente C. B. Pin. 143. *Capnos tenuifolia Cluſ. Hiſt. ccviij. iij Fumaria tenuifolia Tabern. Icon.* 33.

Fumaria minor, tenuifolia, flore variegato C. B. Pin. 143. *Fumaria minor, ſive tenuifolia, ſurrecta J. B.* 3. 203.

Fumaria minor, tenuifolia, cauliculis procumbentibus & caducis C. B. Pin. 143.

Fumaria minor, Fœniculi tortuoſi foliis, flore albo, maculâ rubente Bocc. Muſ. Part. 2. 144. *Fumaria Fœniculi tortuoſi foliis, Romana Ejuſd. Tab.* 102.

Fumaria exilis, Romana, folio Sophiæ tenuiſſimo Bocc. Muſ. Part. 2. 107. *Fumaria exilis, Romana Ejuſd. Tab.* 81.

Fumaria claviculis donata, foliis latioribus C. B. Pin. 143. *Fumaria cum capreolis J. B.* 3. 204. *Fumaria latifolia, major Tabern. Icon.* 34.

Fumaria claviculis donata, foliis anguſtioribus C. B. Pin. 143. *iiij Fumaria latifolia, minor Tabern. Icon.* 33.

Fumaria Hiſpanica, ſaxatilis, foliis amplioribus, cordiformibus, ſemine compreſſo.

Fumaria bulboſa, radice cavâ, major, flore rubro, dilutiore C. B. Pin. 153. *Fumaria bulboſa, radice cavâ, flore purpuraſcente J. B.* 3. 204. *Radix cava Dod. Pempt.* 327.

Fumaria bulboſa, radice cavâ, major, flore egregiè rubente C. B. Pin. 143.

Fumaria bulboſa, radice cavâ, major, flore albo C. B. Pin. 143. *Fumaria bulboſa, radice cavâ, flore albo J. B.* 3. 204.

Fumaria bulboſa, radice cavâ, major flore ſubflaveſcente C. B. Pin. 143.

Fumaria bulboſa, viridi flore. *Radix cava, viridi flore Lob. Icon.* 760. *Fumaria bulboſa, radix cava, viridi flore dicta Lobelio J. B.* 3. 204.

Fumaria bulboſa, radice non cavâ, major C. B. Pin. 144. *Fumaria bulboſa, radice ſolida, calcari & folio criſtato J. B.* 3. 205.

Fumaria bulboſa; radice non cavâ, minor C. B. Pin. 144. Radix cava minor *Dod. Pempt.* 327.

Lib. 25. *cap.* 23. Fumaria, à fumo, *Claritatem* (inquit Plinius) *facit inunctis oculis, delacrymationemque, ceu fumus: unde nomen.*

Fumariæ ſpecies flore fructuque carentes dignoſci ſolent foliis tenuiter diſſectis & cæſiis.

GENUS IV.

Capnoides.

CAPNOIDES est plantæ genus, flore A polypetalo, anomalo, Fumariæ flori omnino simili; pistillo B, quod surgit à calyce C, abeunte in siliquam D longam & teretem, ex duabus valvis E fenestræ F adhærescentibus compositam & seminibus fœtam subrotundis G eidem fenestræ affixis. *Tab.* 237.

Capnoidis speciam unicam novi.

Capnoides. *Fumaria siliquosa, sempervirens Corn.* 58.

Capnoides, à voce Græca καπνος, quæ *Fumariam* significat, quasi diceres plantam ad Fumariam accedentem.

GENUS V.

Reseda.

RESEDA est plantæ genus, flore A polypetalo, anomalo, plurimis nempe petalis B dissimilibus constante; ex cujus calyce D surgit pistillum C quod deinde abit in capsulam membranaceam E plerumque trigonam, aut tetragonam, oblongam & veluti cylindraceam, seminibus fœtam subrotundis F. *Tab.* 238.

Resedæ species sunt

Reseda vulgaris C. B. Pin. 100. *Reseda lutea J. B.* 2. 3. 467. *Reseda Plinii Neotericorum, Belgis Eruca peregrina, Italica vel Cantabrica Lob. Icon.* 222.

Reseda crispa, Gallica Bocc. Rarior. Plant. 76.

Reseda latifolia, flore flavo Mor. H. R. Bles.

Reseda minor, vulgaris. *Resedæ affinis Phyteuma C. B. Pin.* 100. *Phyteuma J. B.* 2. 3. 386. *Descript. Phyteuma Monspeliensium Lob. Icon.* 718. *Erucago Apula Col. Part.* 1. 269.

Reseda minor, vulgaris, folio minùs inciso. *Phyteuma Monspeliensium, alterum, folio minus laciniato Lob. Illustr.* 146.

Reseda minor, vulgaris, foliis integris. *Resedæ affinis, Phyteuma quorundam Dalechampii Lugd.* 1198. *Phyteuma J. B.* 3. 386. *Icon.*

Reseda, à sedandis morbis. *Circa Ariminum* (inquit Plinius) *nota est herba quam* Resedam *vocant: discutit collectiones, inflammationesque omnes.* *Lib.* 27. *cap.* 12.

GENUS VI.

Luteola. *Gaude.*

LUTEOLA est plantæ genus, flore A polypetalo, anomalo, plurimis nempe petalis B, C, D dissimilibus constante: ex cujus calyce F surgit pistillum E quod deinde abit in fructum G penè globosum, concavum, tricuspidem H seminibusque fœtum I subrotundis. *Tab.* 238.

Luteolæ species sunt

Luteola herba Salicis folio C. B. Pin. 100. *Lutea Plinii quibusdam J. B.* 3. 465. *Lutum herba Dod. Pempt.* 80.

Luteola Lusitanica, pumila, crispa.
Luteola pumila, Pyrenaica, Linariæ folio.
Luteola, à Luteo colore, quem panis conciliat.

SECTIO II.

De Herbis, flore polypetalo, anomalo, cujus pistillum abit in fructum multicapsularem.

GENUS I.

Sesamoides.

Tab. 238. SESAMOIDES est plantæ genus, flore Resedæ, fructu verò multiplici. Alius enim A, B, C polyceratos in singulis corniculis D semine turgescit ferè reniformi H. alius verò E, F, G multicapsularis est, sed stellatus.

Sesamoides species sunt

Sesamoides flore albo, foliis canescentibus. *Sesamoides Salmanticum, parvum*, 2. *Clus. Hist.* 296.

Sesamoides foliis crassis, floribus ex herbaceo purpurascentibus. *Sesamoides Salmanticum, parvum*, 1. *Clus. Hist.* 296.

Sesamoides fructu stellato. *Reseda Linariæ foliis C. B. Prodr.* 42.

GENUS II.

Doronicum Plantaginis folio C. B Pin. 184. *Doronicum folio ferè Plantaginis oblongo J. B.* 3. 18. *Doronicum minus officinarum Lob. Icon.* 649.

Doronicum Plantaginis folio, alterum C. B. Pin. 185. *Doronicum Germani-*

cum, foliis ſemper ex adverſo naſcentibus, villoſis J. B. 3. 19. Aliſma Mathioli ſeu Plantago montana Ejuſd. 3. 20. Damaſonium 1 Dioſcoridis Tabern. Icon. 738.

Doronicum longifolium, hirſutie aſperum C. B. Pin. 185. *Doronici ſpecies ex Horto Ferrarienſi, folio longo, hirſuto J. B. 3. 19. Doronicum ij, Auſtriacum 1. Cluſ. Hiſt. xvij.*

Doronicum latifolium, magno flore C. B. Pin. 185. *Doronicum folio lato, flore magno J. B. 3. 17. Doronicum iiij, Stiriacum Cluſ. Hiſt. xvij.*

Doronicum maximum, foliis caulem amplexantibus C. B. Pin. 185. *Doronicum maximum foliis Hyoſcyami Peruviani modo caulem amplectentibus J. B. 3. 18. Doronicum vij, Auſtriacum iij, Cluſ. Hiſt. xix.*

Doronicum nigra radice, Campoclarenſe Col. Part. 2. 36.

Doronicum Plantaginis folio, Luſitanicum.

Doronicum differt à Jacobæâ calycis formâ unde *Doronicum Pyrenaicum Perſicæ foliis, glabrum Scol. Bot.* ad Jacobæam revocandum exiſtimo.

SECTIO II.

De Herbis, flore radiato, ſeminibus capitulo foliato inſtructis.

GENUS I.

Tagetes. *Oeillet d'Inde.*

Tab. 278. TAGETES eſt plantæ genus, flore A radiato, cujus ſcilicet diſcus B ex plurimis floſculis D, E, F multifariam inciſis; corona verò C ex ſemifloſculis G componitur, embryonibus H, I, K, L inſidentibus & calyce M N monophyllo & tubulato comprehenſis. Embryones autem deinde abeunt in ſemina P angulata, capitulo foliato R inſtructa, & thalamo O Q affixa: occurrunt plerique flores ex floſculis fiſtuloſis S T compoſiti.

Tagetis ſpecies ſunt

Tagetes maximus, rectus, flore ſimplici, ex luteo pallido J. B. 3. 100. *Tanacetum Africanum majus ſimplici flore C. B. Pin. 133. Flos Africanus, major, ſimplici flore Tabern. Icon. 13.*

Tagetes maximus, rectus, flore maximo, multiplicato J. B. 3. 100. *Tanacetum ſive Flos Africanus major, flore pleno C. B. Pin. 132. Flos Africanus major, aureus, multiflorus Tabern. Icon. 13.*

Tagetes Indicus, minor, ſimplici flore, ſive Cariophyllus Indicus ſive Flos Africanus J. B. 39. 8. *Tanacetum Africanum ſeu Flos Africanus, minor C. B. Pin. 133. Flos Africanus minor, flore ſimplici Tabern. Icon. 12.*

Tagetes Indicus, minor, multiplicato flore J. B. 3. 99. *Flos Africanus, minor, multiflorus Tabern. Icon. 12. Tanacetum Africanum ſive Flos Africanus minor, flore pleno C. B. Pin. 133.*

Tagetes Indicus, minor, flore pleno, luteo-rubeſcente. *Caryophyllus Indicus*

dicus, plenus, flore luteo-rubescente, minor Eyst.

Tagetes Indicus, medius, flore luteo-pallido J. B. 3. 99.

Tagetes Indicus, medius, flore luteo, multiplicato H. L. Bat.

Tagetes Indicus, flore simplici, fistuloso H. L. Bat. *Tanacetum sive Flos Mexicanus, flore fistuloso, simplici C. B. Pin.* 133. *Caryophyllus Mexicanus, flore fistuloso simplici Col. Part.* 2. 46.

Tagetes Indicus, flore fistuloso, duplicato H. L. Bat. *Tanacetum sive Flos Mexicanus, flore fistuloso, pleno C. B. Pin.* 133. *Caryophyllus Mexicanus, alter, polyanthos, fistuloso flore Col. Part.* 2. 48.

Tagetes Indicus, minimus, flore sericea hirsutie obsito H. L. Bat. *Tanacetum Africanum, minimum, sericea hirsutie obsitum C. B. Pin.* 133. *Caryophylli Hispani dicti varietas septima & octava Col. Descript. Part.* 2. 47.

Tagetes foliis tenuissimè divisis. *Tanacetum Africanum, foliis tenuissimè divisis C. B. Pin.* 133. *Caryophylli Hispani dicti varietas nona Col. Descript. Part.* 2. 47.

Tagetis species flore fructuque carentes foliis fœtidis & ad nervum ferè incisis dignosci solent.

GENUS II.

Corona Solis. *Soleil.*

CORONA SOLIS est plantæ genus, flore A radiato, cujus scilicet discus B ex plurimis flosculis D; corona verò C ex semiflosculis F componitur, embryonibus E, G insidentibus, foliolis H, N imbricatis inter se distinctis, & calyce I squamoso comprehensis. Embryones autem deinde abeunt in semina K duobus foliolis L instructa. *Tab. 279.*

Coronæ Solis species sunt

Corona Solis Tabern. Icon. 763. *Helenium Indicum, maximum C. B. Pin.* 276. *Herba maxima J. B.* 3. 107.

Corona Solis ij Tabern. Icon. 763. *Helenium Indicum, ramosum C. B. Pin.* 277. *Chrysanthemum Canadense, latifolium, humilius Mor. H. R. Bles.*

Corona Solis maxima, semine albo, cinereo & striato. *Helenium Indicum, ramosum, semine albo, cinereo & striato H. R. Par.*

Corona Solis perennis, flore & semine maximis. *Helenium Indicum, flore & semine maximis, perenne H. L. Bat.* 142.

Corona Solis minor, fœmina Tabern. Icon. 764. *Helenium Indicum, minus C. B. Pin.* 277.

Corona Solis parvo flore, tuberosâ radice. *Helianthemum Indicum tuberosum C. B. Pin.* 277. *Flos Solis Farnesianus, Aster Peruanus, tuberosus Col. Part.* 2. 13. *Taupinambours.*

Corona Solis parvo flore, radice oblonga. *Helenium Indicum, tuberosum, radice oblonga Mor. H. R. Bles.*

Corona Solis latifolia, altissima. *Chrysantemum Canadense, latifolium, altissimum. Mor. H. R. Bles.*

Corona Solis altissima, caule alato. *Chrysanthemum Canadense, bidens, alato caule Mor. H. R. Bles.*

Corona Solis Rapunculi radice. *Chrysanthemum Canadense, Rapunculi radice strumosum vulgò H. L. Bat. Helenium Canadense, altissimum, Vosacan dictum H. R. Par.*

Corona Solis amplissimo folio, minore flore. *Corona Solis minor. Tabern. Icon.* 764.

Corona Solis Trachelii folio, radice repente. *Chrysanthemum Virginianum, Plantaginis rugosis foliis, radice repente Pluk. Almag. Bot.*

Corona Solis altissima, Virgæ aureæ foliis. *Chrysanthemum Scrophulariæ foliis, Americanum Pluk. Phytog. Tab.* 22. *fig.* 1.

Corona Solis angustifolia, repens, flore dilutè luteo. *Chrysanthemum Virginianum, angustiori folio, repens, flore sulphureo Pluk. Almag. Bot. & Phytog. Tab.* 21. *fig.* 2.

Corona Solis Salicis folio, alato caule. *Aster luteus, alatus Corn.* 62.

Corona Solis Americana, frutescens, Lychnidis folio, flore luteo Plum.

Corona Solis Americana, frutescens, Laureolæ folio, flore luteo Plum.

Corona Solis Americana, maritima, humilis, folio carnoso, tricuspidi, flore luteo Plum.

Corona Solis foliis profundè incisis. *Solis flos minor Lob. Icon.* 593.

Corona Solis foliis amplioribus, laciniatis. *Chrysanthemum Americanum, laciniato folio, majus Mor. H. R. Bles.*

Corona Solis foliis angustioribus, laciniatis. *Chrysanthemum Americanum, laciniato folio obscuriùs virenti, minus Mor. H. R. Bles. Aconitum Helanthemum, Canadense Corn.* 178.

Corona Solis novæ Angliæ, folio amplissimo, trifido.

Corona Solis, à floris formâ & colore nomen invenit.

SECTIO III.

De Herbis, flore radiato, semine pappis & capitulis foliosis carente.

GENUS I.

Bellis. *Pâquerete.*

Tab. 280. BELLIS est plantæ genus, flore A radiato, cujus scilicet discus B ex plurimis flosculis D; corona verò C ex semiflosculis F componitur, embryonibus E G insidentibus & calyce H simplici ac multifido comprehensis. Embryones autem deinde abeunt in semina I thalamo ut plurimùm pyramidato K L affixa.

Bellidis species sunt

Bellis sylvestris, media, caule carens C. B. Pin. 261. *Bellis sylvatica J. B.* 3. 114. *Bellis sylvestris Dod. Pempt.* 265.

Bellis ſylveſtris, minor C. B. Pin. 261. *Bellis minor, ſylveſtris, ſpontanea J. B.* 3. 111. *Bellis minor, ſylveſtris Tabern. Icon.* 328.
Bellis ſylveſtris, minor, flore mixto Eyſt.
Bellis minor, ſylveſtris, flore cæruleo H. Edinb.
Bellis ſylveſtris, minor, flore pleno, rubro Eyſt.
Bellis caule bipedali, nudo, foliis magnis, latis, floribus rubris & albis, Alpina Mentz. Pug.
Bellis foliis parvis, floribus albis, Alpina Mentz. Pug.
Bellis minima, annua Triumf. 82.
Bellis maritima, minima, Roris Solis folio, Cyrnæa Bocc. Muſ. Part. 2. Tab. 107.
Bellis hortenſis, flore pleno, eoque magno, albo C. B. Pin. 261. *Bellis hortenſis ſive flore multiplicato J. B.* 3. 113.
Bellis hortenſis, flore pleno, eoque magno, incarnato C. B. Pin. 261.
Bellis hortenſis, flore pleno, eoque magno, rubro C. B. Pin. 261.
Bellis hortenſis, flore pleno, eoque magno, vario C. B. Pin. 261. *Bellis multiplici flore variegato Lob. Icon.* 477.
Bellis hortenſis, flore pleno, eoque parvo C. B. Pin. 261. *Bellis minor, hortenſis Tabern. Icon.* 328.
Bellis hortenſis, flore pleno, eoque parvo, rubro C. B. Pin. 261. *Bellis minor, hortenſis, flore rubro Tabern. Icon.* 327.
Bellis hortenſis, prolifera C. B. Pin. 262. *Bellis hortenſis, ſuaverubens, viridiſque prolifera Lob. Icon* 477.
Bellis nova, ſuaverubens, umbellifera Belgarum H. R. Par.
Bellis hortenſis, flore herbaceo Mor. H. R. Bleſ.
Bellis hortenſis, rubra, flore multiplici, fiſtuloſo H. R. Par.
Bellis hortenſis, flore albo, bullato H. R. Par.
Bellidis ſpecies flore fructuque carentes foliis ſubrotundis, ad oram inciſis denſè naſcentibus dignoſci ſolent.

GENUS II.

Chryſanthemum.

CHRYSANTHEMUM eſt plantæ genus, flore radiato A, D, cujus ſcilicet diſcus B, E ex plurimis floſculis G, L; corona verò C, F ex ſemifloſculis I, N componitur, embryonibus G, M, K, O inſidentibus & calyce P ſemiſphærico ac ſquamoſo comprehenſis. Embryones autem deinde abeunt in ſemina plerumque angulata aut ſtriata Q, R vel tenuia & acuta S. *Tab.* 280.

Chryſanthemi ſpecies ſunt
Chryſanthemum foliis Matricariæ C. B. Pin. 134. *Chryſanthemum majus, folio valde laciniato, flore croceo J. B.* 3. 104. *Chryſanthemum Mathioli, Chalcitis Tabern. Icon.* 125.
Chryſanthemum majus, folio profundiùs laciniato, magno flore C. B. Pin. 134. *Chryſanthemum Creticum Cluſ. Hiſt.* 335.
Chryſanthemum Creticum, petalis florum fiſtuloſis.

Chrysanthemum Creticum, flore polypetalo, sive pleno H. Cathol. Supp. 2. 18.

Chrysanthemum flore partim candido, partim luteo C. B. Pin. 134. *Chrysanthemum Creticum, mixtum Eyst.*

Chrysanthemum flore pleno, partim candido, partim luteo.

Chrysanthemum majus, alterum, sulphureo magno flore H. R. Par.

Chrysanthemum alterum, foliis tenuiùs dissectis & geniculis rubentibus H. R. Par.

Chrysanthemum majus, folio in minores lacinias diviso C. B. Pin. 134. *Chrysanthemum ij. Clus. Hist.* 334. *J. B.* 104.

Chrysanthemum folio minùs secto, glauco J. B. 3. 105. *Bellis lutea, foliis profundè incisis, major C.B.Pin.* 262. *Chrysanthemum segetum Lob.Icon.* 552.

Chrysanthemum segetum, flore sulphurei coloris.

Chrysanthemum latifolium J. B. 3. 105. *Chrysanthemum Myconi Lugd.* 873. *Bellis lutea, foliis subrotundis C. B. Pin.* 262.

Chrysanthemum parvum sive Bellis lutea, parva, latifolia J. B. 3. 105.

Chrysanthemum Lusitanicum, Agerati folio.

Chrysanthemum Lusitanicum, foliis angustis, dentatis.

Chrysanthemum Americanum, humile, Ranunculi folio Plum.

Chrysanthemum à vocibus Græcis χρυσὸς, *aurum*, & ἄνθεμον *Flos*; quasi dicas *Florem aureum.*

GENUS III.

Leucanthemum. *Marguerite.*

LEUCANTHEMUM est plantæ genus, à Chrysanthemo diversum, solo semiflosculorum colore, qui omnino candicant.

Leucanthemi species sunt

Leucanthemum vulgare. *Bellis sylvestris, caule folioso, major C. B. Pin.* 261. *Bellis major Dod. Pempt.* 265. *J. B.* 3. 114.

Leucanthemum vulgare, caule vilis canescente. *Bellis sylvestris, caule folioso, hirsuto, major, acutiore folio C. B. Pin.* 261.

Leucanthemum Alpinum, majus, rigido folio. *Bellis Alpina, major, rigido folio C. B. Pin.* 261. *Prodr.* 120. *Bellis Alpina, major, foliis angustis, rigidis J. B.* 3. 115.

Leucanthemum montanum, majus, folio acuto. *Bellis montana, major, folio acuto C. B. Pin.* 261. *Prodr.* 121. *Bellidis Alpinæ alia species minor, non rigido J. B.* 3. 115.

Leucanthemum montanum, folio obtuso, crenato. *Bellis montana, folio obtuso, crenato C. B. Pin.* 261. *Prodr.* 121.

Leucanthemum radice repente, foliis latioribus, serratis. *Bellis radice repente, foliis latioribus, serratis Mor. H R. Bles.*

Leucanthemum montanum, minus. *Bellis montana, minor J. B.* 3. 315.

Leucanthemum montanum, foliis Chrysanthemi. *Bellis Tanaceti folio Pil-*

let. 61. Bellis montana, major, foliis Chrysanthemi Cretici angustioribus Bott. Monsp. App.

Leucanthemum Gramineo folio. *Bellis montana, Gramineis foliis Bot. Monsp. App.*

Leucanthemum latissimo folio, flore maximo.

Leucanthemum Alpinum, foliis Coronopi.

Leucanthemum Alpinum, foliis profundè incisis.

Leucanthemum Pyrenaicum, minimum, multifido incano folio.

Leucanthemum Lusitanicum, argenteo laciniato folio.

Leucanthemum Canariense, foliis Chrysanthemi, Pyrethri sapore.

Leucanthemum, à vocibus Græcis λευκὸ, *albus*, & ἄνθεμον *Flos* quasi *Flos albus.*

GENUS IV.

Matricaria. *Matricaire.*

MATRICARIA est plantæ genus, flore A plerumque radiato, cujus discus B ex plurimis flosculis D, corona verò C ex semiflosculis F componitur, embryonibus E, G insidentibus & calice I semisphærico & squamoso comprehensis. Embryones autem deinde abeunt in semina H oblonga, thalamo K affixa. His notis addendum est flores quasi per fasciculos nasci & folia multifariam ac veluti per conjugationes secari. *Tab. 281.*

Matricariæ species sunt

Matricaria vulgaris seu sativa C. B. Pin. 133. *Matricaria vulgò minus Parthenium J. B. 3. 129. Artemisia tenuifolia Tabern. Icon. 8.*

Matricaria vulgaris, seu sativa, caulibus rubentibus H. L. Bat.

Matricaria sylvestris, flore toto luteo C. B. Pin. 133.

Matricaria odoratior C. B. Pin. 134. *Matricaria odorata J. B. 3. 130. Artemisia tenuifolia, odorata Tabern Icon. 9.*

Matricaria flore pleno C. B. Pin. 134. *J. B. 3. 130. Artemisia tenuifolia, flore pleno Tabern. Icon. 9.*

Matricaria foliis florum albis, triplici serie radiatis H. R. Par.

Matricaria foliis florum fistulosis H. R. Par.

Matricaria foliis elegantissimè crispis & petalis florum fistulosis.

Matricaria petalis marginalibus, planis, dioscoidibus, fistulosis H. L. Bat.

Matricaria flore aphyllo H. R. Par. *Matricaria bullatis floribus aureis Park. Theat. 83.*

Matricaria Tanaceti folio, flore majore, semine umbilicato. *Tanacetum montanum, inodorum, flore majore C. B. Pin. 132. Tanacetum inodorum, 1 Clus. Hist. 338.*

Matricaria Tanaceti folio, flore minore, semine umbilicato. *Tanacetum montanum, inodorum, minore flore C. B. Pin. 132. Tanacetum inodorum, ij. Clus Hist 338.*

Matricaria Pyrenaica, Buphthalmi folio.

Matricaria Americana, Ambrosiæ folio, parvo flore albo.

Matricaria, à Matrice seu fœmina, cujus morbis auxiliari existimatur.

GENUS V.

Chamæmelum. *Camomille.*

Tab. 281. CHAMÆMELUM eſt plantæ genus, flore A plerumque radiato, cujus ſcilicet diſcus B ex plurimis floſculis D: corona verò C ex ſemifloſculis F componitur, embryonibus E, G inſidentibus & calyce H ſquamoſo comprehenſis. Embryones autem deinde abeunt in ſemina K thalamo I affixa. His notis addenda ſunt folia in tenuiſſimas lacinias diviſa, totiuſque plantæ facies.

Chamæmeli ſpecies ſunt

Chamæmelum vulgare, leucanthemum Dioſcoridis C. B. Pin. 135. *Chamæmelum vulgare, amarum J.B.* 3. 116. *Chamæmelum vulgare Dod. Pempt.* 257.

Chamæmelum nobile ſive leucanthemum, odoratius C. B. Pin. 135. *Chamæmelum odoratiſſimum, repens, flore ſimplici J. B.* 3. 118. *Chamæmelum odoratum Dod. Pempt.* 260.

Chamæmelum nobile, flore multiplici C. B. Pin. 135. *Chamæmelum Romanum, flore multiplici Tabern. Icon.* 19. *Chamæmelum repens, odoratiſſimum, perenne, flore multiplici J. B.* 3. 119.

Chamæmelum luteum, capitulo aphyllo C.B.Pin. 135. *Chamæmelum aureum, peregrinum, capitulo ſine foliis J. B.* 3. 119. *Anthemis, Chryſanthemon Herbariorum Lob. Icon.* 771.

Chamæmelum inodorum C. B. Pin. 135. *Chamæmelum inodorum ſive Cotula non fœtida J. B.* 3. 120. *Cotula Tabern. Icon.* 21.

Chamæmelum inodorum, flore pleno H. R. Par.

Chamæmelum fœtidum C. B. Pin. 135. *Chamæmelum fœtidum ſive Cotula fœtida J. B.* 3. 120. *Cotula alba Dod. Pempt.* 258.

Chamæmelum fœtidum, flore pleno.

Chamæmelum fœtidum, marinum J. B. 3. 121.

Chamæmelum maritimum Dalechampii Lugd. 1394. *Matricaria maritima C. B. Pin.* 134. *Chamæmelum marinum J. B.* 3. 122.

Chamæmelum leucanthemum, incanum, Hiſpanicum, minus C.B.Pin. 136. *Prodr.* 70.

Chamæmelum Alpinum, Abrotani folio. *Abſinthium montanum, Chamæmeli flore magno C. B. Pin.* 140. *Abſinthium montanum, flore Chamæmeli J. B.* 3. 184. *Abſinthium montanum Col. Phytob.* 24.

Chamæmelum majus, folio tenuiſſimo, caule rubente H. R. Monſp.

Chamæmelum majus, folio tenuiſſimo, caule rubente, flore pleno.

Chamæmelum Alpinum, magno flore, tenuiſſimo folio, inodorum.

Chamæmelum montanum, Millefolii folio.

Chamæmelum maritimum, Abſinthii folio.

Chamæmelum ſegetum, odoratum, Abſinthii folio breviore.

Chamæmelum Sophiæ folio. *Anthemis craſſis Sophiæ foliis Bocc. Muſ. Part.* 2. 150. *Anthemis Sophiæ foliis Ejuſd. Tab.* 11[illegible].

Chamæmelum à vocibus χαμαὶ *humi*, & μῆλον *Pomum*, quaſi Pomum humile: nonnullæ enim Chamæmeli ſpecies Pomum redolent.

GENUS VI.

Cotula.

COTULA est plantæ genus, flore A nunc radiato, nunc flosculoso, cujus scilicet discus B ex plurimis flosculis C, corona verò E (si adsit) ex semiflosculis F componitur, embryonibus D, H insidentibus & calyce H plerumque squamoso comprehensis. Embryones autem deinde abeunt in semina I plana, cordiformia & quasi alata K. *Tab. 282.*

Cotulæ species sunt.

Cotula flore luteo, radiato. *Buphthalmum Cotulæ folio C. B. Pin.* 134. *Buphthalmum tenuifolium, folio Millefolii ferè J. B.* 3. 124. *Buphthalmon alterum, folio & facie Cotulæ fœtidæ Lob. Icon.* 772.

Cotula flore luteo, nudo. *Chrysanthemum Valentinum Clus. Hist.* 332. *Buphthalmo tenuifolio simile, Chrysanthemum Valentinum Clusii J. B.* 3. 125.

Cotula Lusitanica, humilior & supina.

Cotula Africana, calyce eleganti, cæsio. *Chamæmelum Æthiopicum, lanuginosum Breyn. Cent.* 1. 73.

GENUS VII.

Buphthalmum. *Oeil de Beuf.*

BUPHTHALMUM est plantæ genus, flore A radiato, cujus scilicet discus B ex plurimis flosculis C foliolo imbricato H inter se distinctis: corona verò E ex semiflosculis F componitur, embryonibus D G insidentibus & calyce I squamoso comprehensis. Embryones autem deinde abeunt in semina plerumque tenuia & angulosa K. His notis addenda est totius plantæ facies. *Tab. 282.*

Buphthalmi speciem unicam novi.

Buphthalmum Tanaceti minoris foliis C. B. Pin. 134. *Chamæmelum Chrysanthemum quorundam J. B.* 3. 122. *Buphthalmum vulgare, Chrysanthemo congener Clus. Hist.* 332.

Buphthalmum Tanaceti minoris folio, flore albo.

Buphthalmum differt à Matricaria floribus, qui plerumque singulares sunt, à Bellide & à Chamæmelo foliis, quæ Tanaceti modo quasi per conjugationes secantur.

Buphthalmum, à vocibus Græcis βοῦς *Bos*, & ὀφθαλμὸς *Oculus*; quasi diceres oculum bovillum: *Flores enim* (ut ait Dioscorides) *habet melinos, oculorum similitudine: unde & herba nomen traxit.* *Lib. 2. cap. 156.*

GENUS VIII.

Millefolium. *Mille-feuille.*

MILLEFOLIUM est plantæ genus, flore A radiato, cujus scilicet discus B ex plurimis flosculis D; corona verò ex semiflosculis F componitur, embryonibus E, G insidentibus, & calyce H squamoso & ferme cilyndraceo com- *Tab. 283.*

prehensis. Embryones autem deinde abeunt in semina I tenuia. His notis addendum est folia tenuiter secari, floresque in fasciculos densos nasci.

Millefolii species sunt

Millefolium maximum, umbellâ albâ C. B. Pin. 140. *Prodr.* 72.

Millefolium vulgare, album C. B. Pin. 140. *Millefolium Stratiotes, pennatum, terrestre J. B.* 3. 136. *Millefolium sive Achillæa Dod. Pempt.* 100.

Millefolium purpureum, majus C. B. Pin. 140. *Millefolium rubro colore Clus. Hist.* 331.

Millefolium vulgare, purpureum, minus C. B. Pin. 140. *Millefolium purpurei floris Dod. Pempt.* 100.

Millefolium nobile Trag. 476. *Tanacetum minus, album, odore Camphoræ sive Achillæa Discoridis C. B. Pin.* 132. *Achillæa Millefolia, odorata J. B.* 3. 140.

Millefolium odoratum, Monspeliense Pillet. 271 *Millefolium odoratum, minus, Monspeliensium Mor. H. R. Bles. & H. R. Par.*

Millefolium Alpinum, incanum, carneo flore C. B. Pin. 140. *Millefolium Alpinum Clusio, parvum, nonnihil incanum, carneum J. B.* 3. 138. *Millefolium Alpinum Clus. Hist.* 331.

Millefolium Alpinum, incanum, flore speciosо J. B. 3. 138.

Millefolium tomentosum, luteum C. B. Pin. 140. *J. B.* 3. 138. *Stratiotes Millefolia, flavo flore Clus. Hist.* 330.

Lib. 4. cap. 115. Millefolium, Græcis μυριοφυλλον, à multiplici foliorum divisurâ appellatum est: *nam* (ut ait Dioscorides) *foliis est Fœniculi similibus, iisque plurimis; unde & nomen accepit.*

GENUS IX.

Ptarmica.

Tab. 283. PTARMICA est plantæ genus, flore A radiato, cujus scilicet discus B ex plurimis flosculis C, corona verò E ex semiflosculis F componitur, embryonibus D, G insidentibus & calyce I squamoso comprehensis. Embryones autem deinde abeunt in semina tenuia H. His notis addenda sunt folia vel denticulata vel in amplas lacinias divisa, & à Millefolii incisuris aliena.

Ptarmicæ species sunt

Ptarmica vulgaris, folio longo, serrato, flore albo J. B. 3. 147. *Dracunculus pratensis, serrato folio C. B. Pin.* 98. *Draco sylvestris sive Ptarmice Dod. Pempt.* 710.

Ptarmica vulgaris, pleno flore Clus. Hist. xij. *Dracunculus pratensis, flore pleno C. B. Pin.* 98.

Ptarmica Alpina, foliis angustis, partim serratis, partim integris Bocc. Mus. Part. 2. 107. *Ptarmica Alpina Ejusd. Tab.* 85.

Ptarmica incana, humilis, foliis laciniatis, Absinthii æmulis H. L. Bat. *Absinthium Alpinum, umbelliferum, latifolium C. B. Pin.* 139. *Absinthium albis floribus, capitulis squarrosis J. B.* 3. 183. *Absinthium Alpinum, umbelliferum Clus. Hist.* 340.

Ptarmica

Ptarmica Cretica, fruteſcens, Santolinæ facie. *Millefolium incanum, Creticum C. B. Pin.* 140. *Millefolium incanum, Creticum ſive Millefolium Dioſcoridis Prodr.* 72. *Millefolium Creticum J. B.* 2. 139. *Abrotonum fœmina, incanum, albo Achilleæ flore, Creticum Bocc. Muſ. Part.* 2. *Tab.* 34.

Ptarmica Alpina, Tanaceti foliis flore purpureo. *Millefolium montanum, purpureum, Tanaceti foliis A. R. Par.* 101.

Ptarmica lutea, ſuaveolens. *Ageratum foliis ſerratis C. B. Pin.* 221. *Ageratum pleriſque, Herba Julia quibuſdam J. B.* 3. 142. *Balſamita minor Dod. Pempt.* 295.

Ptarmica lutea, ſuaveolens, corymbis longioribus & magis compactis. *Ageratum foliis ſerratis, corymbis longioribus & magis compactis C. B. Pin.* 221.

Ptarmica Alpina, foliis profundè inciſis. *Ptarmica Alpina, Millefolii folio Bocc. Muſ. Part.* 2. 144. *Ptarmica Millefolii foliis Ejuſd. Tab.* 101. *Dracunculus pratenſis, alter, Alpinus, foliis Agerati H. R. Par.*

Ptarmica Alpina, Matricariæ foliis Triumf. 83. *Bocc. Muſ. Part.* 2. 150. *Ptarmica Matricariæ foliis Ejuſd. Tab.* 110.

Ptarmica Alpina, altiſſima, corymbis è luteo albicantibus. *Agerato Meſues cognata procerior, corymbis è luteo albicantibus H. R. Par.*

Ptarmica Alpina, altera, floribus minus compactis. *Agerato Meſues cognata altera, floribus minus compactis H. R. Par.*

Ptarmica Virginiana, folio Helenii Mor. H. R. Bleſ. *Ptarmica Virginiana, Scabioſæ Auſtriacæ foliis indiſſectis Pluk. Phytog. Tab.* 53. *fig.* 5.

Ptarmica à voce Græca πταρμὸς *Sternutatio.* Ptarmica (inquit Dioſcorides) in cacumine capitulum habet uti Anthemidis, parvum, rotundum, acri odore, ſternutamenta ciens, unde etiam nomen accepit. *Lib.* 2. *cap.* 192.

GENUS X.

Aſteriſcus.

ASTERISCUS eſt plantæ genus, flore A radiato, cujus ſcilicet diſcus B ex plurimis floſculis C: corona verò E ex ſemifloſculis F componitur, embryonibus D, G inſidentibus, & calyce ſtellato florem ſuperante I, K, L, M, N, O, P comprehenſis. Embryones autem deinde abeunt in ſemina Q plana & plerumque marginata R. *Tab.* 283.

Aſteriſci ſpecies ſunt

Aſteriſcus annuus, foliis ad florem rigidis. *Aſter luteus, foliolis ad florem rigidis C. B. Pin.* 266. *Aſter Atticus, Maſſilioticus Tabern. Icon.* 861.

Aſteriſcus annuus, foliis ad florem rigidis, flore ſulphurei coloris. *Chryſanthemum Aſteris facie, foliis ad florem rigidis, flore ſulphureo H. L. Bat. App.*

Aſteriſcus annuus, foliis ad florem rigidis, flore minori, elatior. *Chryſanthemum Aſteris facie, foliis ad florem rigidis, flore minore, elatius H. L. Bat. App.*

Astericus annuus, foliis ad florem rigidis, flore minimo, humilior. *Chrysanthemum Asteris facie, foliis ad florem rigidis, flore minimo, humilius H. L. Bat. App.*

Asteriscus maritimus, annuus, patulus. *Aster luteus, supinus C. B. Pin.* 167. *Aster Atticus, luteus, supinus, spinosus J. B.* 2. 1045. *Aster Atticus, supinus Dod. Pempt.* 266.

Asteriscus aquaticus, annuus, patulus. *Aster annuus, Attico luteo similis, foliis ad florem mollibus Bot. Monsp.*

Asteriscus maritimus, perennis, patulus. *Aster supinus, lignosus, Siculus, Conyzæ odore Bocc. Mus. Part.* 2. 161. *Aster supinus, lignosus Ejusd. Tab.* 129.

Asteriscus à voce Græca ἀστερίσκος *exigua stella*, à floris formâ.

SECTIO IV.

De Herbis flore radiato, seminibus in capsula reconditis.

GENUS I.

Caltha. *Souci.*

Tab. 284. CALTHA est plantæ genus, flore A radiato, cujus discus B ex plurimis flosculis C, corona verò E ex semiflosculis F componitur, embryonibus D, G insidentibus & calyce H comprehensis. Embryones autem deinde abeunt in capsulas plerumque incurvas K, L & marginatas M, N, semine fœtas, O ut plurimùm oblongo I.

Calthæ species sunt

Caltha vulgaris, flore pallido C. B. Pin. 275. *Caltha flore simplici J. B.* 3. 101. *Calendula Dod. Pempt* 254.

Caltha vulgaris flore citrino C. B. Pin. 275.

Caltha vulgaris, flore rufo C. B. Pin. 275.

Caltha polyanthos, maxima C. B. Pin. 275. *Calendula multiflora, maxima Tabern. Icon.* 231.

Caltha polyanthos, major C. B. Pin. 275. *Caltha flore pleno J. B.* 3. 101. *Calendula lutea, flore pleno Eyst.*

Caltha polyanthos, major, flore aureo C. B. Pin. 276. *Calendula polyanthos, flore aureo Tabern. Icon.* 332.

Caltha polyanthos, major, flore mellino C. B. Pin. 276. *Calendula sativa, polyanthos, mollina Tabern. Icon.* 333.

Caltha floribus reflexis C. B. Pin. 276. *Calendula multiflora, orbiculata Tab. Icon.* 333.

Caltha prolifera, majoribus floribus C. B. Pin. 276. *Caltha prolifera J. B.* 3. 102. *Calendula prolifera, 1. Tabern. Icon.* 334.

Caltha prolifera, majoribus floribus, flore mellino H. R. Par.

Caltha prolifera, minoribus floribus C. B. Pin. 276. *Calendula prolifera, ij Tabern. Icon.* 335.

Caltha Calendula, flore mixto H. R. Par.

Caltha arvensis C. B. Pin. 276. *Caltha minima J. B* 3. 103. *Calendula arvensis Tabern. Icon.* 335.

Caltha humilis & minima C. B. Pin. 276.

Caltha Africana, flore intus albo, foris violaceo. *Calendula humilis, Africana, flore intus albo, foris violaceo simplici H. L. Bat.*

Caltha sylvestris, Lusitanica.

Caltha maritima, Lusitanica, lanuginosa.

Ab eo genere excludi debet: *Caltha palustris, flore simplici & pleno C.B.Pin.* 276. ad Populaginem revocanda.

Calthæ species flore fructuque carentes dignosci solent foliis oblongis, crassiusculis, odore gravi & proprio.

SECTIO V.

De Herbis, flore radiato, cujus discus ex petalis planis componitur.

GENUS I.

Xeranthemum.

XERANTHEMUM est plantæ genus, flore A radiato, cujus discus B ex plurimis flosculis C, E componitur embryoni D insidentibus: corona verò F constat ex petalis planis G, nulli embryoni affixis, sed eodem calyce K cum flosculis comprehensis. Embryo autem deinde abit in semen H capitulo foliato I instructum. *Tab.* 284.

Xeranthemi species sunt

Xeranthemum flore simplici, purpureo, majore H. L. Bat. *Xeranthemum aliud sive Ptarmica quorundam J. B.* 3. 25. *Jacea Oleæ folio capitulis simplicibus C. B. Pin.* 272. *Ptarmica Austriaca Dod. Pempt.* 710.

Xeranthemum flore pleno, purpureo, majore H. L. Bat.

Xeranthemum flore simplici, albo H. L. Bat.

Xeranthemum flore pleno, albo H. L. Bat.

Xeranthemum flore simplici, ex albo & rubro obsoletis mixto H. Cathol.

Xeranthemum flore pleno, ex albo & rubro obsoletis mixto H. Cathol.

Xeranthemum incanum, flore albo H. R. Monsp. *Jacea incana, Cyani capitulis C. B. Pin.* 272. *Stœbe incana, altera, Cyani aut Jaceæ capitulis & flore Ptarmicæ vulgaris Herbariorum Lob. Icon.* 544. *Xeranthemum J.B.* 3. 25.

Xeranthemum, flore simplici, purpureo, minore *Jacea Oleæ folio, minore flore C. B. Pin.* 272. *Ptarmicæ Austriacæ species Clus. Cur. post. in fol.* 32.

Xeranthemum flore ſimplici, minimo, dilutè purpuraſcente H. L. Bat.

Xeranthemum à vocibus Græcis ξηρὸς *ſiccus*, & ἄνθεμον *Flos*, quaſi diceres *Florem ſiccum*: hujus enim generis flores diu durant, & à Gallis vocantur *Immortelles*.

GENUS II.

Carlina. *Carline.*

Tab. 285. CARLINA eſt plantæ genus, flore A, B plerumque radiato, cujus ſcilicet diſcus C, D ex plurimis floſculis E embryoni F inſidentibus componitur: corona verò H, G ex petalis planis I conſtat nulli embryoni affixis, calyce N O, P Q ſpinoſo & amplo perinde ac floſculi comprehenſis. Embryones autem deinde abeunt in ſemina K pappis L inſtructa, folio M imbricato inter ſe diſtincta.

Carlinæ ſpecies ſunt

Carlina acaulos, magno flore albo C. B. Pin. 380. *Carlina acaulos J. B.* 3. 64. *Carlina altera Dod. Pempt.* 2. 727.

Carlina acaulos, magno flore purpureo C. B. Pin. 380.

Carlina acaulos, flore magno, radice perenni, Montis aurei H. R. Par.

Carlina acaulos, gummifera C. B. Pin. 380. *Chamæleo albus, Apulus, purpureo flore, gummifer Col. Part.* 1. 12.

Carlina cauleſcens, magno flore albicante C. B. Pin. 380. *Carlina caulifera J. B.* 3. 64. *Carlina ſive Leucacantha Dod. Pempt.* 727.

Carlina cauleſcens, magno flore rubente C. B. Pin. 280.

Carlina polycephalos, alba C. B. Pin. 380.

Carlina ſylveſtris, vulgaris Cluſ. Hiſt. clvj. *Cnicus ſylveſtris, ſpinoſior C. B. Pin.* 378. *Carlina ſylveſtris quibuſdam, aliis Atractylis J. B.* 3. 81.

Carlina ſylveſtris, flore aureo, perennis H. L. Bat. *Cnicus ſylveſtris, ſpinoſior, alter, flore aureo, perennis H. R. Par.*

Carlina ſylveſtris, minor, Hiſpanica Cluſ. Hiſt. clvij. *Carduus Carlina minor, ſylveſtris Cluſii, flore luteo J. B.* 3. 84. *Acarna flore luteo, patulo C. B. Pin.* 379.

Carlina patula, Atractylidis folio & facie. *Acarna Col. Part.* 1. *Icon.* 23. *Acarna Theophraſti, Acarna Plinio Col. ibid. Deſc.* 26.

Carlina umbellata, Apula. *Acarna Apula, umbellata Col. Part.* 1. 27. *Acarna capitulis parvis luteis in umbellâ C. B. Pin.* 379.

Carlina flore purpuro-rubente, patulo. *Carlina Richier. Onomat. Carlina annua, purpurea Monſpelienſium Bot. Mont. Acanthioides parva, Apula Col. Part.* 1. 29. *Acarna flore purpuro-rubente, patulo C. B. Pin.* 379.

Pin. 388. Carlina quaſi Carolina: *Quòd credatur* (ut ait C. Bauhinus) *hanc Herbam Carolo Magno ab Angelo demonſtratam fuiſſe, tamquam certiſſimum remedium ad peſtem ab exercitu ſuo propulſandam.*

CLASSIS XV.

DE HERBIS ET SUFFRUTICIBUS,

Flore Apetalo ſeu Stamineo.

FLOS APETALOS ſeu STAMINEUS & CAPILLACEUS petalis caret, totuſque ex ſtaminibus ſeu capillamentis conſtat: enim verò quæ petala dici poſſent pro calyce habenda ſunt, cùm abeant in ſeminis involucrum, ideòque neceſſum eſt ut eorum piſtillum ſemen evadat. Cum floribus ſtamineis nonnullos alios conjunxi ejuſdem prorſus formæ, ſed à fructibus ſeparatos.

SECTIO I.

De Herbis, flore ſtamineo, cujus calycis poſterior pars abit in fructum.

GENUS I.

Aſarum. *Cabaret.*

ASARUM eſt plantæ genus, flore A, D ſtamineo ex plurimis ſcilicet ſtaminibus B conſtante, è calyce C tripartito D ſurgentibus: calycis autem poſterior pars abit in fructum E ut plurimùm angulatum, in ſex loculamenta F diviſum, ſeminibuſque fœtum oblongis G. *Tab. 286.*

Aſari ſpecies ſunt

Aſarum Dod. Pempt. 358. *J. B.* 3. 548.

Aſarum Americanum, majus H. R. Par. *Aſaron Canadenſe Corn.* 24.

Aſarum Cyclaminis folio, Virginianum Baniſter Pluk. Phytog. Tab. 78.

Quinimo Aſaron (inquit Plinius) *invenio vocitari, quoniam in coronis non addatur.* A verbo nempè σαίρω *orno*, & particula privativa α. *Lib. 21. cap. 6.*

GENUS II.

Beta. *Poirée.*

BETA eſt plantæ genus, flore A ſtamineo, ex plurimis ſcilicet ſtaminibus B conſtante, ex calyce D quinquefolio ſurgentibus: plures autem flores *Tab. 286.*

velut in capitulum colliguntur C, eorumque calyces deinde abeunt in fructum E ferè globosum, in quo F veluti nidulantur semina G.

Betæ species sunt.

Beta alba vel pallescens, quæ Cicla officinarum C. B. Pin. 118. *Beta candida J. B. 2. 961. Dod. Pempt. 620.*

Beta rubra, vulgaris C. B. Pin. 118. *Beta rubra J. B. 2. 961. Dod. Pempt. 620.*

Beta rubra, radice Rapæ C. B. Pin. 118. *Beta radice rubrâ, crassâ. J. B. 2. 961. Beta rubra, Romana Dod. Pempt. 620. Bette Rave.*

Beta lato caule C. B. Pin. 118. *Beta laticaulis, monstrosa J. B. 2. 363. Beta πλατύκαυλος Dalechampii Lugd. 533.*

Beta sylvestris, maritima C. B. Pin. 118. *Beta sylvestris, spontanea, marina Lob. Obs. 125.*

Beta pallidè virens, major C. B. Pin. 118. *Beta altera, candicantibus foliis Cæsalp. 159.*

Beta rubra, major C. B. Pin. 118. *Beta sanguinea, magna, radice Rupa H. R. Par.*

Beta lutea, major C. B. Pin. 118. *Beta lutea Cam.*

Beta costâ aureâ, magnâ, radice Rapæ H. R. Par.

Beta foliis & caule flammeis H. R. Par.

SECTIO II.

De Herbis, flore stamineo, cujus pistillum abit in semen calyce obvolutum.

GENUS I.

Acetosa. *Ozeille.*

Tab. 287. ACETOSA est plantæ genus, flore A apetalo, plurimis scilicet staminibus B constante, ex calyce C hexaphyllo surgentibus. Pistillum autem D,E,F,G,H deinde abit in semen I R triangulare, capsulâ L,M,N,O,P,Q, obvolutum. Hæc autem conficitur ex tribus foliis 1, 2, 3 calycis C, cæteris tribus marcescentibus.

Acetosæ species sunt

Acetosa pratensis C. B. Pin. 114. *Oxalis vulgaris, folio longo J. B. 2. 989. Oxalis Dod. Pempt. 648.*

Acetosa pratensis, flore albo H. R. Par.

Acetosa foliis crispis C. B. Pin. 114. *Oxalis crispa J. B. 2. 990. Tabern. Icon. 440.*

Acetosa montana, maxima C. B. Pin. 114. *Oxalis sylvatica, maxima J. B. 2. 990. Oxalis major, Broccenbergensis Thal. 82.*

Acetosa Pyrenaica, angustissimo & longissimo folio Schol. Bot.

Acetosa montana, lato Ari rotundo folio Bocc. Mus. Part. 2. 165. *Oxalis Ari rotundo folio Ejusd. Tab. 125.*

Acetosa montana, Mali Limoniæ folio, flagellis ramosis Bocc. Mus. Part. 2. 164. *Acetosa Mali Limoniæ foliis Ejusd. Tab.* 126.

Acetosa montana, folio undulato, flagellis non ramosis Bocc. Part. 2. 164. *Acetosa flagellis non ramosis Ejusd. Tab.* 126.

Acetosa montana, pumila, Fegopyri folio Bocc. Mus. Par. 2. 165. *Acetosa Fegopyri folio Ejusd. Tab.* 126.

Acetosa montana, geniculis nodosis C. B. Pin. 114. *Acetosa maxima, montana Clus. Hist. lxix.*

Acetosa tuberosâ radice C. B. Pin. 114. *Oxalis tuberosa radice J. B.* 2. 991. *Oxalis tuberosa Dod. Pempt.* 649.

Acetosa Nebroides, Arisari pallido-virenti folio H. Cathol.

Acetosa montana, angusto folio Sagittæ H. Cathol.

Acetosa Calthæ folio, peregrina C. B. Pin. 114. *Oxalis Zacynthi P. Alp. Ægypt.* 53.

Acetosa lucida, folio Atriplicis H. R. Par. *Acetosa lucida, hastato folio atrovirescente Joncq. Hort.*

Acetosa major, Italica, semine rotundiore & glomerato H. R. Par.

Acetosa arvensis, lanceolata C. B. Pin. 124. *Oxalis parva, auriculata, repens J. B.* 2. 992. *Oxalis ovina Tabern. Icon.* 440.

Acetosa lanceolata, angustifolia, elatior Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 583. *Acetosa angustifolia, elatior Park. Theat.* 744.

Acetosa lanceolata, angustifolia, repens C. B. Pin. 114. *Oxalis minima, i. Tabern. Icon.* 441.

Acetosa arvensis, minima, non lanceolata C. B. Pin. 114. *Oxalis minima, ij Tabern. Icon.* 441.

Acetosa Cretica, semine aculeato C. B. Pin. 114. *Oxalis minor, aculeata Candiæ J. B.* 2. 991.

Acetosa minor, cretica, utriculato semine H. R. Par.

Acetosa Ocimi folio, Neapolitana C. B. Pin. 114. *Acetosa Ocimi folio* Βουκεφαλήφορα *Col. Part.* 1. 150.

Acetosa Americana, foliis longissimis pediculis donatis C. B. Pin. 114. *Prodr.* 54. *Oxalis Africana J. B.* 2. 99. *Acetosa vesicaria, peregrina Eyst.*

Acetosa arborescens, subrotundo folio ex Insulis Fortunatis Pluk. Almag. Bot. & Phytog. Tab. 252. fig. 3.

Acetosa rotundifolia, hortensis C. B. Pin. 114. *Oxalis folio rotundiore, repens J. B.* 2. 991. *Oxalis rotundifolia Dod. Pempt.* 649. *Oxeille ronde.*

Acetosa rotundifolia, Alpina C. B. Pin. 114. *Prodr.* 55.

Acetosa rotundifolia, repens, Eboracensis, folio in medio deliquium patiente Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 583.

Acetosa scutata, repens C. B. Pin. 114. *Prodr.* 55.

Acetosa minor, erecta, lobis multifidis Bocc. Mus. Part. 2. 164. *Acetosa minor, lobis multifidis Ejusd. Tab.* 126.

Acetosa Indica, trifido folio.

Acetosa ab acetoso foliorum sapore.

GENUS II.

Lapatum. *Patience.*

LAPATHUM eſt plantæ genus, ab Acetosâ ſolo ſapore diverſum: Lapathum enim expers eſt inſignis illius ſaporis acidi.

Lapathi ſpecies ſunt

Lapathum hortenſe, folio oblongo ſive ſecundum Dioſcoridis C. B. Pin. 114. *Lapathum ſativum, Lapas J. B. 2. 985. Lapathum ſativum Dod. Pempt.* 648.

Lapathum folio acuto, plano C. B. Pin. 115. *Lapathum acutum ſive Oxylapathum J. B. 2. 983. Lapathum ſylveſtre ſive Oxylapathum Dod. Pemp.* 648.

Lapatum folio acuto, criſpo C. B. Pin. 115. *Lapathum acutum, criſpum J. B. 2. 988. Tabern. Icon.* 436.

Lapathum folio acuto, rubente C. B. Pin. 114. *Lapathum ſanguineum, ſive ſanguis Draconis herba J. B. 2. 988. Lapathum rubens Dod. Pempt.* 650.

Lapathum folio acuto, flore aureo C. B. Pin. 114. *Lapathum anthoxanthon J. B. 2. 987. Lapathum ſylveſtre, iiij genus Dalechampii Lugd.* 603.

Lapathum minimum C. B. Pin. 115. *Tabern. Icon.* 437. *Lapathum acutum, minimum J. B. 2. 985.*

Lapathum aquaticum, Luteolæ folio Bocc. Muſ. Part. 2. Tab. 104. *Lapathum aquaticum, anguſtiſſimo acuminato folio Ejuſd.* 143.

Lapathum folio minus acuto C. B. Pin. 115. *Lob. Icon.* 285. *Lapathum vulgare, folio obtuſo J. B. 2. 984.*

Lapathum hortenſe, latifolium C. B. Pin. 115. *Lapathum majus ſive Rhabarbarum Monachorum J. B. 2. 985. Hippolapathum ſive Rhabarbarum Monachorum Dod. Pempt.* 648.

Lapathum folio rotundo, Alpinum J. B. 2. 987. *Lapathum hortenſe, rotundifolium ſive montanum C. B. Pin.* 115. *Hippolapathum rotundifolium & Pſeudorha recentiorum Lob. Icon.* 287.

Lapathum folio rotundo, Alpinum, coſtâ & pediculo vireſcentibus, Montis aurei H. R. Par.

Lapathum aquaticum, folio cubitali C. B. Pin. 116. *Lapathum maximum, aquaticum, ſive Hydrolapatum J. B. 2. 986. Lapathum paluſtre Tabern. Icon.* 437.

Lapathum aquaticum, minus C. B. Pin. 116. *Hydrolapathum minus Tabern. Icon.* 438.

Lapathum pulchrum, Bononienſe, ſinuatum J. B. 2. 988. *Lapathum Pariſienſe, ſinuatum H. R. Par.*

Lapathum maritimum, fœtidum C. B. Pin. 11. *Lapathum marinum, ſinuatum J. B. 2. 988.*

Lib. 8. cap. 190. Lapathum, à voce Græca λαπαζω purgo. *Omnium porro Lapathi ſpecierum decocto olere* (ut ait Dioſcorides) *alvus emollitur.*

GENUS

GENUS III.

Atriplex. *Arroche.*

ATRIPLEX est plantæ genus, flore A, B apetalo, plurimis scilicet staminibus C constante, ex calyce D pentaphyllon surgentibus. Pistillum autem E abit deinde in semen G orbiculatum & planum, ipso calyce F ceu capsulâ obvolutum. Alio præterea fructu donantur Atriplicis species à floribus sejuncto: Embryo enim H longè amplior fit I, ex duobus foliis constans K L angulatis aut cordiformibus, planis, semen M subrotundum, planum arctè complectentibus. *Tab. 286.*

Atriplicis species sunt

Atriplex hortensis, alba, sive pallidè virens C. B. Pin. 119. *Atriplex alba hortensis J. B. 2. 970. Atriplex sativa, alba Lob. Icon. 253. Folletes Bonnes dames.*

Atriplex hortensis, rubra C. B. Pin. 119. *Atriplex rubra, hortensis J. B. 2. 970. Atriplex sativa, altera, folio & flore purpureo-livens Lob. Icon. 253.*

Atriplex latifolia, sive Halimus fruticosus Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 607. *Halimus latifolius sive fruticosus C. B. Pin. 120. Halimus 1. Clus. Hist. 53. Halimus Clusii J. B. 1. 227.*

Atriplex maritima, Hispanica, frutescens & procumbens. *An Halimus Dalechampii J. B. 1. 237?*

Atriplex maritima Mauritanica, frutescens, Polygoni foliis argenteis, racemosa Pluk. Phytog. Tab. 16. fig. 4. *Atriplex maritima, Mauritanica, foliis Polygoni argenteis, semine amplo, fusco, vasculis rotundis Raii Hist. App. 1856.*

Atriplex maritima, angustissimo folio Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 608. *Halimus seu Portulaca marina C. B. Pin. 120. Portulaca marina, an Crithmum Dioscoridis? Lob. Icon. 392.*

Atriplex maritima, laciniata C. B. Pin. 120. *Atriplex maritima J. B. 2. 974. Atriplex marina Dod. Pempt. 615.*

Atriplex angustifolia, maritima, dentata Raii Hist. 193.

Atriplex Halimi folio C. B. Pin. 120. *Atriplex Halimoides Lob. Obs. 130. J. B. 2. 974.*

Atriplex minima, angustifolia, maritima Bocc. Rarior. Plant. 29.

Atriplex maritima, perennis, folio deltoide, triangulari, minus incano Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 607.

Atriplex folio hastato, seu deltoide Mor. H. R. Bles. *Atriplex sylvestris, procumbens, rubra, folio triquetro H. R. Par.*

Atriplex angusto oblongo folio C. B. Pin. 119. *Atriplex sylvestris, Polygoni aut Helxines foliis Lob. Icon. 257. Atriplex vulgaris angustifolia, cum folliculis J. B. 2. 973.*

Atriplex angustissimo & longissimo folio H. L. Bat.

Atriplex sylvestris, fructu roseo compresso vel stellato C. B. Prodr. 58.

GENUS IV.

Chenopodium. *Pate d'Oye.*

Tab. 288. CHENOPODIUM eſt plantæ genus, flore A, B apetalo, plurimis ſcilicet ſtaminibus C conſtante, ex calyce D multifido ſurgentibus. Piſtillum autem E abit deinde in ſemen F orbiculatum & planum, in capſula G veluti ſtelliformi, quæ floris calyx fuit, reconditum.

Chenopodii ſpecies ſunt

Chenopodium, Pes Anſerinus I Tabern. Icon. 427. *Atriplex dicta Pes Anſerinus J. B. 2. 975. Atriplex ſylveſtris, latifolia C. B. Pin.* 119.

Chenopodium, Pes Anſerinus ij Tabern. Icon. 428. *Atriplex ſylveſtris, latifolia, acutiore folio C. B. Pin.* 119. *Atriplex dictus Pes Anſerinus alter ſive ramoſior J. B.* 2. 976.

Chenopodium, folio ſinuato, candicante. *Atriplex ſylveſtris, folio ſinuato, candicante C. B. Pin.* 119. *Atriplex ſylveſtris J. B.* 2. 972. *Tabern. Icon.* 426.

Chenopodium fœtidum. *Atriplex fœtida C. B. Pin.* 119. *J. B.* 2. 974. *Vulvaria Tabern. Icon.* 428.

Chenopodium anguſtifolium, laciniatus, minus. *Atriplex anguſtifolia, laciniata, minor J. B.* 2. 972.

Chenopodium folio laciniato, comâ purpuraſcente. *Atriplex ſylveſtris, folio ſinuato, ſaturatè virente, ſpicâ rubrâ Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 2. 604.

Chenopodium folio laciniato, comâ vireſcente.

Chenopodium folio triangulo. *Lapathum unctuoſum, folio triangulo C. B. Pin.* 115. *Bonus Henricus J. B.* 2. 965. *Tota bona Dod. Pempt.* 651. *Bon Henri.*

Chenepodium Betæ folio. *Blitum polyſpermon, à ſeminis copiâ C. B. Pin.* 118. *Blitum erectius ſive* 3. *Tragi J. B.* 2. 967. *Blitum ſylveſtre Cam. Epit.* 237.

Chenopodium Americanum, argenteo & ſerrato folio. *Atriplex argentea, dentata, Coraſſavica Par. Bat.* 100.

Chenopodium Americanum, Bliti facie.

Chenopodium Ambroſioides, folio ſinuato. *Botrys Ambroſioides, vulgaris C. B. Pin.* 138. *Botrys Dod. Pempt.* 34.

Chenopodium Ambroſioides, Mexicanum. *Botrys Ambroſioides, Mexicana C. B. Pin.* 138. *App.* 516.

Chenopodium Lini folio villoſo. *Linaria ſcoparia C. B. Pin.* 212. *Linaria Belvedere dicta J. B.* 3. 462. *Oſyris Dod. Pempt.* 101.

Chenopodium annuum, humi fuſum, folio breviori & capillaceo. *Camphoratæ congener C. B. Pin.* 486. *Anthillis altera Italorum Lob. Icon.* 404.

Chenopodium Hiſpanicum, procerius, folio deltoide.

Chenopodium à vocibus Græcis χὴν *Anſer*, & ποῦς *Pes*: unde Pes Anſerinus.

GENUS V.

Blitum. *Blete.*

BLITUM eſt plantæ genus, flore A apetalo, tribus ſcilicet ſtaminibus B plerumque conſtante, ex calyce C tripartito ſurgentibus. Piſtillum autem D abit deinde in ſemen H plerumque oblongum, in capſula F, G veſicæ æmula, quæ calyx floris fuit, reconditum. *Tab. 288.*

Bliti ſpecies ſunt

Blitum album, majus C. B. Pin. 118. *Blitum pulchrum, album, magnum J. B. 2. 967. Blitum majus Dod. Pempt. 617.*

Blitum rubum, majus C. B. Pin. 118. *Blitum pulchrum, rectum, magnum, rubrum J. B. 2. 966. Blitum rubens Dod. Pempt. 617.*

Blitum ſylveſtre, ſpicatum. *Blitum rubrum, minus, Cam. Epit. 235. Blitum album, minus J. B. 2. 967.*

Blitum ſylveſtre, ſpicatum, foliis ex albo & viridi variegatis.

Blitum quaſi *βλιτὸν rejiciendum*, ob vilitatem tanquam olus inſipidum.

GENUS VI.

Herniaria. *Herniole.*

HERNIARIA eſt plantæ genus, flore A apetalo, plurimis ſcilicet ſtaminibus B conſtante, ex calyce C ſurgentibus. Piſtillum autem D abit deinde in ſemen F in capſula E oblonga & ſtriata, quæ calyx floris fuit, reconditum. *Tab. 288.*

Herniariæ ſpecies ſunt

Herniaria glabra J. B. 3. 378. *Poligonum minus ſive Millegrana major, glabra C. B. Pin. 281. Herniaria Dod. Pempt. 114.*

Herniaria hirſuta J. B. 3. 379. *Polygonum minus ſive Millegrana major, hirſuta C. B. Pin. 381.*

Herniaria fruticoſa, viticulis lignoſis C. B. Pin. 382. *Thal. 56. Polygonum Herniariæ foliis & facie, perampla radice J. B. 3. 378. Polygonum Herniariæ foliis & facie, perampla radice Aſtragaliti Lob. Icon. 85.*

Herniaria Alſines folio. *Anthyllis maritima, Alſine folia C. B. Pin. 282. Paronychia Alſine folia, incana J. B. 3. 366. Marina incana Anthyllis Alſine folia Narbonenſium Lob. Icon. 468.*

Herniaria, ut putant, à ſanandis herniis.

GENUS VII.

Paronychia.

PARONYCHIA eſt plantæ genus, flore A apetalo, plurimis ſcilicet ſtaminibus B conſtante, ex calyce C ſurgentibus pelviformi, & in quinque partes plerumque cucullatas ſecto. Piſtillum autem D abit deinde in ſemen F orbiculatum, in capſula E quaſi pentagona, quæ calyx floris fuit reconditum. *Tab. 288.*

Paronychiæ ſpecies ſunt

Paronychia Hiſpanica Cluſ. Hiſp. 478. *Paronychia Hiſpanica Cluſii ſive*

Anthyllis nivea J. B. 3. 374. *Polygonum minus, candicans, ſupinum Bot. Monſp.*

Paronychia Narbonenſis, erecta. *Polygonum minus, candicans, capitulis ſurrectis Bot. Monſp. Polygonum montanum, niveum, minimum Lob. Icon.* 420.

Paronychia ſupina, latifolia, Gadenſis.

Paronychia Hiſpanica, ſupina, Alſine folia, capitulis minus compactis.

Paronychia Hiſpanica, fruticoſa, Myrtifolio.

Paronychia Luſitanica, Polygoni folio, capitulis echinatis.

GENUS VIII.

Alchimilla. *Pié de Lion.*

Tab. 289. ALCHIMILLA eſt plantæ genus, flore A, B apetalo, plurimis ſcilicet ſtaminibus E conſtante, ex calyce C infundibuliformi & multifido ſurgentibus. Piſtillum autem D abit deinde in ſemen unicum vel multiplex F, in capſula G, quæ calyx floris fuit, reconditum.

Alchimillæ ſpecies ſunt

Alchimilla vulgaris C. B. Pin. 319. *Cluſ. Hiſt. cviij. Pes Leonis ſive Alchimilla J. B.* 2. *lib.* 17. 598. *Alchimilla Dod. Pempt.* 140.

Alchimilla vulgaris, calyce florum albo. *Alchimilla vulgaris, albo flore Cluſ. Hiſt. cix.*

Alchimilla Alpina, minor. *Alchimilla Alpina, quinquefolia C. B. Pin.* 320. *Prodr.* 158.

Alchimilla minor Mor. H R. Bleſ. *Alchimilla perennis, viridis, minor Ejuſd. Hiſt. Oxon. Part.* 2. 195.

Alchimilla Alpina, pubeſcens, minor H. R. Par. *Alchimilla minor, hirſuta, cinericia, Italica Bar. Icon.*

Alchimilla Alpina, pentaphyllea, minima, lobis fimbriatis Bocc. Muſ. Part. 2. 18. *Alchimilla Alpina, lobis fimbriatis Ejuſd. Tab.* 1.

Alchimilla montana, minima Col. Part. 1. 146. *Chærophyllo nonnihil ſimilis C. B. Pin.* 152. *Perchepier Anglorum quibuſdam J. B.* 3. *Part.* 2. 74.

Alchimilla Alpina, Quinquefolii folio ſubtus argenteo. *Alchimillæ alterum genus Cæſalp.* 557. *Tormentilla Alpina, folio ſericeo C. B. Pin.* 326. *Heptaphyllon Cluſ. Hiſt. cviij. Pentaphyllum ſive potius Heptaphyllum argenteum, flore muſcoſo J. B.* 2. *lib.* 17. 598.

Alchimilla ſupina, Gramineo folio, minore flore. *Polygonum anguſtiſſimo & acuto, vel Gramineo folio, minus, repens C. B. Pin.* 281. *Polygonum tertium Dodonæi ſive tenuifolium J. B.* 3. 377. *Polygonum minus, polycarpon Tabern. Icon.* 834.

Alchimilla erecta, Gramineo folio, minore flore. *Polygonum Gramineo folio, majus, erectum C. B. Pin.* 281. *Polygonum minus, alterum Tabern. Icon.* 835.

Alchimilla Gramineo folio, majori flore. *Polygonum Germanicum, incanum, flore majori, perenne Raii Synopſ.* 68.

Alchimilla Linariæ folio, calyce florum albo. *Linaria montana, flosculis albicantibus C. B. Pin.* 213. *Linariæ similis J. B.* 3. 461. *Anonymos Lini folio Clus. Hist.* 324.

Alchimilla Linariæ folio, calyce florum subluteo.

GENUS IX.

Parietaria. *Pariétaire.*

PARIETARIA est plantæ genus, flore A, B, C, D apetalo, quatuor plerumque staminibus E constante, ex calyce quadripartito surgentibus, nunc campaniformi A, D, nunc infundibuliformi B, modò rotato C. Pistillum autem F abit deinde in semen G ut plurimùm oblongum, in capsula H, quæ calyx floris fuit, reconditum. *Tab.* 289.

Parietariæ species sunt

Parietaria officinarum & Dioscoridis C. B. Pin. 121. *Parietaria Dod. Pempt.* 102. *J. B.* 2. 976.

Parietaria minor, Ocimi folio C. B. Pin. 121. *Parietaria exigua vel* 1 *Trag.* 193.

Parietaria Lusitanica, annua, minima.

Parietaria, quòd parietibus innascatur.

GENUS X.

Persicaria. *Persicaire.*

PERSICARIA est plantæ genus, flore A apetalo, plurimis scilicet staminibus B constante, è calyce H multifido surgentibus. Pistillum autem C deinde abit in semen D, F planum, ex ovato-acuminatum, in capsula E, G, quæ calyx floris fuit, reconditum. *Tab.* 290.

Persicariæ species sunt

Persicaria mitis, maculosa C. B. Pin. 101. *Persicaria mitis J. B.* 3. 779. *Persicaria ij Tabern. Icon.* 857.

Persicaria mitis, cum maculis ferrum equinum referentibus. *Persicaria mitis, maculosa Lob. Icon.* 315. *Prioris varietas.*

Persicaria mitis, non maculosa C. B. Pin. 101.

Persicaria mitis, floribus candidis C. B. Pin. 101. *Persicaria Antuerpiensis, floribus albis Lob. Obs* 171.

Persicaria urens seu Hydropiper C. B. Pin. 101. *Persicaria acris sive Hydropiper J. B.* 3. 780. *Hydropiperi Dod. Pempt.* 607. *Curage.*

Persicaria urens seu Hydropiper, flore candido C. B. Pin. 101.

Persicaria minor C. B. Pin. 101. *Persicaria pusilla, repens Lob. Icon.* 316.

Persicaria minor, floribus albis C. B. Pin. 101.

Persicaria angustifolia C. B. Pin. 101. *Prodr.* 43.

Persicaria Salicis folio, Potamogeton angustifolium dicta Raii Hist. 184. *Potamogeton Salicis folio C. B. Pin.* 193. *Persicaria Salicis folio, perennis H. L. Bat.*

Perſicaria longifolia, Valentina.
Perſicaria folio ſubtus incano.
Perſicaria major, Lapathi foliis, calyce floris purpureo.
Perſicaria Alpina, folio nigricante, floribus albis Bocc. Muſ. Part. 2. 34. Tab. 27.
Perſicaria altera, Lepidii Pauli foliis Bocc. Muſ. Part. 2. Tab. 83. *Perſicaria Alpina, altera, ſaxatilis, foliis durioribus, acutis Ejuſd. pag.* 108.
Perſicaria procumbens, longiſſima, anguſtifolia, non maculoſa, ſpicâ longiori, laxiori, & graciliori Sloane Cat. Plant. Jam. 48.
Perſicaria fruteſcens, maculoſa, Virginiana, flore albo Park. Theat. 857.
Perſicaria fruteſcens, maculoſa, Virginiana, flore carneo Park. Theat. 857.
Perſicaria, à ſimilitudine foliorum Perſicæ.

GENUS XI.

Polygonum. *Renoüée.*

Tab. 290. POLYGONUM eſt plantæ genus, flore A, B apetalo, plurimis ſcilicet ſtaminibus C conſtante, ex calyce B infundibuliformi & multifido ſurgentibus. Piſtillum autem D abit deinde in ſemen F triangulare, in capſula E, quæ calyx floris fuit, reconditum. His addendum eſt flores in foliorum alis naſci, & ſpecies hujus generis radicibus fibratis donari.

Polygoni ſpecies ſunt

Polygonum latifolium C. B. Pin. 281. *Polygonum ſive Centinodia J. B.* 3. 374. *Polygonum mas Dod. Pempt.* 113.
Polygonum latifolium, flore candido C. B. Pin. 281.
Polygonum oblongo anguſto folio C. B. Pin. 281. *Polygonum anguſtifolium J. B.* 3. 376. *Polygonum iij. Tabern. Icon.* 833.
Polygonum brevi anguſtoque folio C. B. Pin. 281. *Polygonum ij. Tabern. Icon.* 833.
Polygonum ſaxatile C. B. Pin. 281. *Prodr.* 131.
Polygonum maximum, longiſſimis cauliculis & foliis Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 591.
Polygonum maritimum, latifolium C. B. Pin. 181. *Polygonum marinum J. B.* 376. *Polygonum marinum, maximum Lob. Icon.* 419.
Polygonum maritimum, latifolium, floribus albis C. B. Pin. 281.
Polygonum maritimum, Hiſpanicum, caulibus longiſſimis, calyce florum albo. *Centinodia maritima, procumbens, ultra tres ulnas longa, floſculis albis Mentz. Pug. Polygonum majus, Romanum, longius radicatum, foliis Roriſmarini, longiſſimis flagellis donatum Bocc. Muſ. Part.* 2. 66. *Tab.* 58.
Polygonum maritimum, latifolium, arboreſcens.
Polygonum maritimum, repens, Luſitanicum, rotundifolium.
Polygonum minus, maritimum, incanum Mor. H. R. Bleſ.
Polygonum à vocibus Græcis πολὺ *multùm*, & γόνυ *Genu*: quaſi diceres plantam multis geniculis interceptam.

GENUS XII.

Fagopyrum. *Blé noir, ou Sarrasin.*

FAGOPYRUM est plantæ genus, flore A apetalo, plurimis scilicet staminibus B constante, è calyce A quinque partito surgentibus. Pistillum autem C abit deinde in semen E triangulare, in capsula D quæ calyx floris fuit, reconditum. His notis addendum est flores in muscariis aut spicis nasci & species hujus generis radicibus fibratis donari. *Tab. 290.*

Fagopyri species sunt

Fagopyrum vulgare, erectum. *Erysimum Theophrasti, folio Hederaceo C. B. Pin.* 27. *Fagotriticum J. B.* 2. 993. *Erysimum Theophrasti Lob. Icon.* 63.

Fagopyrum vulgare, scandens. *Convolvulus minor, semine triangulo C. B. Pin.* 295. *Helxine semine triangulo J. B.* 2. 157. *Helxine Cissampelos, altera, Atriplicis effigie Lob. Icon.* 624.

Fagopyrum scandens, Americanum, maximum. *Frumentum Saracenicum, maximum, Americanum H. L. Bat.*

Fagopyrum, à vocibus Græcis φηγος *Fagus*, & πυρος *Triticum*, quòd Fagineam glandem formâ triquetrâ, ut ait C. Bauhinus, & colore sordido, quodammodo referat. *Pin.* 27.

GENUS XIII.

Bistorta. *Bistorte.*

BISTORTA est plantæ genus, flore A apetalo, plurimis scilicet staminibus B constante, ex calyce C multifido surgentibus. Pistillum autem D abit in semen E plerumque triangulare, in capsula C, quæ calyx floris fuit reconditum. His notis addendum est flores in spicam F disponi, & radices specierum hujus generis L carnosas esse, quasi tuberosas, in se contortas, & capillitio stipatas. Occurrunt etiam species quibus præter flores & semina G H innascuntur tubercula quædam exigua I, foliolis K & radiculis M donata. *Tab. 291.*

Bistortæ species sunt

Bistorta major, radice minus intortâ C. B. Pin. 192. *Bistorta major, rugosioribus foliis J. B.* 3. 538. *Bistorta Dod. Pempt.* 333.

Bistorta major, radice magis intortâ C. B. Pin. 192. *Bistorta media, folio minus rugoso J. B.* 3. 538. *Serpentaria mas seu Bistorta Fuchs.*

Bistorta Alpina, maxima C. B. Pin. 192. *Prodr.* 100. *J. B.* 3. 539.

Bistorta Alpina, media C. B. Pin. 192. *Bistorta minima, alia J. B.* 3. 539. *Bistorta minor seu Alpina Cam. Epit.* 684.

Bistorta Alpina, minor C. B. Pin. 192. *Bistorta minima J.B.* 3. 539. *Bistorta minor Clus. Hist. lxix.*

Bistorta, à radice bis vel ter intortâ.

SECTIO III.

De Herbis, flore apetalo, quæ Cereales appellantur, earumque affinibus.

GENUS I.

Triticum. *Froment.*

Tab. 292. & 293. TRITICUM est plantæ genus, flore apetalo per fasciculos in spicam H disposito: singuli nempe flores A, N plurimis staminibus B, O constant, ex calyce C, D squamoso, interdum aristis P munito, surgentibus. Pistillum autem E deinde abit in semen F, G, R oblongum, hinc convexum, inde sulcatum, farinaceum, glumâ H, S, quæ calyx floris fuit, obvolutum. Singuli fasciculi L axi dentatæ I, K, V affixi spicas M, Q, T constituunt.

Tritici species sunt

Triticum Hibernum, aristis carens C. B. Pin. 21. *Triticum vulgare, glumas triturando deponens J. B.* 2. 407. *Siligo spicâ muticâ Lob. Icon.* 25.

Triticum siligineum C. B. Pin. 21. *Criticum spicâ & granis albis Raii Synops.* 244.

Triticum aristis circumvallatum, granis & spicâ rubentibus, glumis lævibus & splendentibus Raii Synops. 244.

Triticum aristatum, spicâ maximâ, cinericeâ, glumis hirsutis Raii Synops. 245.

Triticum rufum, grano maximo C. B. Pin. 21. *Triticum rufum, grano maximo, Far sive Adoreum veterum putatum J. B.* 2. 408.

Triticum rufum, hexastychon C. B. Pin. 21. *J. B.* 2. 408.

Triticum spicâ multiplici C. B. Pin. 21. *Triticum cum multiplici spicâ, glumas facilè deponens J. B.* 2. 407. *Triticum multiplici spicâ Lob. Icon.* 26.

Triticum semine oblongo C. B. Pin. 21. *Triticum speciosum, grano longo J. B.* 2. 410.

Triticum aristis longioribus, spicâ alba C. B. Pin. 21. *Robus sive Triticum Insulanis Gallo-belgis Loca vocatum Lob. Icon.* 27.

Triticum Typhinum, simplici folliculo C. B. Pin. 21. *Triticum cinereum, maximis aristis donatum, triturando glumas deponens J. B.* 2. 408. *Triticum Typhinum, iiij. Tabern. Icon.* 260.

Triticum Typhinum, simplici folliculo, Hispanicum C. B. Pin. 21. *Triticum Typhinum Dod. Pempt.* 490.

Triticum Polonicum H. L. Bat. *Pluk. Phytog. Tab.* 231. *fig.* 6.

Triticum spicâ Hordei Londinensibus Raii Synops. 245. *Zeopyrum sive Triticospeltum C.B. Pin.* 22. *Hordeum nudum seu Gymnocrithon J. B.* 2. 430.

Triticum, ut aiunt, à triturando quòd trituratione, glumas facilè deponat,

GENUS II.

Secale. *Ségle.*

SECALE eſt plantæ genus, flore apetalo, per faſciculos in ſpicam K diſpoſito: ſinguli nempe flores A, G plurimis ſtaminibus E, G conſtant ex calyce D ſurgentibus. Piſtillum autem E, F abit deinde in ſemen H, I oblongum, tenue, farinaceum, glumâ M, quæ calyx floris fuit, obvolutum: Hanc tamen facilè deponit; monente Spigelio. Singuli faſciculi M axi dentatæ N affixi ſpicam L Tritici ſpicâ magis compreſſam conſtituunt. *Tab. 294.* *Iſag. Lib. 1. cap. 26.*

Secalis ſpecies ſunt

Secale Hybernum vel majus C. B. Pin. 23. *Secale J. B. 2. 416. Roga ſive Secale Dod. Pempt. 499.*

Secale vernum vel minus C. B. Pin. 23. *Secale alterum Lugd. 396.*

GENUS III.

Hordeum. *Orge.*

HORDEUM eſt plantæ genus, flore apetalo, per faſciculos in ſpicam L diſpoſito: ſinguli nempe flores A plurimis ſtaminibus B,C conſtant ex calyce D ſurgentibus. Piſtillum autem E abit deinde in ſemen F, G oblongum, farinaceum, utrinque acutum, ventre tumido, glumæ H, I, K, quæ calyx floris fuit, arctè adhæreſcens, monente Spigelio. Singuli faſciculi axi dentatæ M N affixi ſpicam O conſtituunt. *Tab. 295.* *Iſag. Lib. 1. cap. 26.*

Hordei ſpecies ſunt

Hordeum polyſtichum, hybernum C. B. Pin. 22. *Hordeum polyſticum J. B. 2. 429. Hordeum polyſtichon, hybernum, majus Tabern. Icon. 274.*

Hordeum polyſtichum, vernum C. B. Pin. 22. *Hordeum hexaſticum, pulchrum J. B. 2. 329. Hordeum polyſticum, æſtivum Tabern. Icon. 275.*

Hordeum diſtichon, quòd ſpica binos ordines habeat, Plinio C. B. Pin. 23. *Hordeum diſtichum J. B. 2. 429. Hordeum diſtichum, æſtivum, trimeſtre, minus Tabern. Icon. 274.*

Hordeum diſtichum, ſpicâ breviore & latiore, granis confertis Raii Hiſt. 1243. *Zeocryton ſive Oryza Germanica C. B. Pin. 22. Hordeum dictum Germanis Oryza J. B. 2. 429.*

Hordeum diſtichum, ſpicâ nitidâ, Zea ſeu Briza nuncupatum. *Zea Briza dicta, vel monococcos Germanica C. B. Pin. 21. Briza monococcos Dodonæi Lob. Icon. 31.*

Hordeum quaſi *Fordeum*, ut volunt. Fordeum autem à φέρβω *nutrio*, quaſi diceres plantam boni ſucci & nutrimenti.

GENUS IV.

Oryza. *Ris.*

ORYZA eſt plantæ genus, flore apetalo, ſeminibus E in paniculâ A naſ- *Tab. 296.*

Isag. lib. 1. cap. 26. centibus, & in capsula B, D in aristam C abeunte, reconditis, crassiusculis, ovatis, ut Spigelius observat.

Oryzæ speciem unicam novi.

Oryzæ Math. 403. J. B. 2. 451.

GENUS V.

Avena. *Avoine.*

Tab. 297. AVENA est plantæ genus, flore apetalo, per fasciculos pendulos disposito: singuli nempe flores A plurimis staminibus B, C constant ex calyce D surgentibus. Pistillum autem E deinde abit in semen F, G oblongum, tenue, farinaceum, glumâ, quæ calyx floris fuit, obvolutum. Singuli fasciculi I ita disponuntur in spicam H, *ut dependentes veluti parvulas locustas bipedes Avena gerere videatur*, ex Dioscoride. *Lib. 2. cap. 116.*

Avenæ species sunt

Avena vulgaris seu alba C. B. Pin. 23. *Avena alba J. B.* 2. 432. *Avena Dod. Pempt.* 511.

Avena nigra C. B. Pin. 23. *J. B.* 2. 432. *Avena sylvestrior, nigra, tenuiorque Cæsalp.* 177.

Avena nuda C. B. Pin. 23. *J. B.* 2. 433. *Dod. Pempt.* 511.

Avena ab aveo, inquit Vossius, quòd eam edere aveant pecudes.

GENUS VI.

Milium. *Millet.*

Tab. 298. MILIUM est plantæ genus, flore apetalo, per fasciculos in paniculam laxam L disposito: singuli nempe flores A plurimis staminibus B constant, ex calyce C plerumque bifolio surgentibus. Pistillum autem D abit deinde in semen E, H subrotundum vel ovatum, glumâ F, I, quæ calycis floris fuit, ceu capsula G, K obvolutum.

Milii species sunt

Milium semine luteo C. B. Pin. 26. *Milium J. B.* 2. 446. *Dod. Pempt.* 506.

Milium semine albo C. B. Pin. 26. *Raii Hist.* 1251.

Milium semine nigro C. B. Pin. 26. *Milium semine nigro, spadiceove J. B.* 2. 446. *Milium nigrum Tabern. Icon.* 278.

Milium Arundinaceum, subrotundo semine, Sorgo nominatum C. B. Pin. 26. *Melica sive Sorghum Dod. Pempt.* 508.

Milium Arundinaceum, subrotundo semine nigricante, Sorgo nominatum C. B. Pin. 26. *Sorghi J. B.* 2. 447.

Milium Arundinaceum, subrotundo semine albo, Sorgo nominatum C. B. Pin. 26.

Milium Arundinaceum, subrotundo semine luteo, Sorgo nominatum C. B. Pin. 26.

Milium Arundinaceum, plano alboque semine C. B. Pin. 26. *Sorghi album,*

Milium Indicum, *Dora J. B.* 2. 448.
Milium Arundinaceum; Indicum, ſeu Dora ſemine nigro.
Milium Arundinaceum, Indicum, ſeu Dora ſemine partim albo, partim nigro
Milium Arundinaceum, latifolium, foliis liratis Plum.
Milium Indicum, paniculâ ſparsâ, erectâ.

GENUS VII.

Panicum. *Panis.*

PANICUM eſt plantæ genus à Milio diverſum, florum & ſeminum ſitu, quæ in ſpicam M densè congeruntur.

Panici ſpecies ſunt

Panicum Germanicum ſive paniculâ minore, flava C. B. Pin. 27. *Panicum vulgare J. B.* 2. 440. *Panicum Dod. Pempt.* 507.

Panicum Germanicum ſive paniculâ minore, alba C. B. Pin. 27.

Panicum Germanicum ſive panicula minore, purpurea C. B. Pin. 27. *Panicum puniceum J. B.* 2. 440.

Panicum Italicum, ſive panicula majore C. B. Pin. 27. *Panicum Indicum, villoſum, Hiſpanicum Tabern. Icon.* 279.

Panicum Indicum, ſpicâ obtuſa, cæruleâ C. B. Pin. 27. *Panicum cæruleum ſive Indicum J. B.* 2. 441. *Panicum Americanum Cluſ. Hiſt. ccxv.*

Panicum Indicum, ſpicâ longiſſimâ C. B. Pin. 27. *Panici Americani ſeſquipedalis ſpica Cluſ. Hiſt. ccxvj. J. B.* 2. 441.

Panicum Americanum, ſpicâ obtusâ, brevi.

Panicum Americanum, ſpicâ longiore, acutâ.

Panicum Indicum, altiſſimum, ſpicis ſimplicibus, mollibus, in foliorum alis longiſſimis pediculis inſidentibus.

Panicum vulgare, ſpicâ multiplici, aſperiuſculâ. *Gramen Paniceum, ſpicâ divisâ C. B. Pin.* 8. *Graminis genus, quibuſdam Gallis Dens canis* 2. *ſive Panicum ſylveſtre, panicula diviſa J. B.* 2. 443. *Panicum ſylveſtre Tabern. Icon.* 279.

Panicum vulgare, ſpicâ multiplici, longis ariſtis circumvallatâ. *Gramen Paniceum, ſpica ariſtis longis armata C. B. Pin.* 8. *Gramen Paniceum, ij. Tabern. Icon.* 228.

Panicum vulgare, ſpicâ ſimplici & aſperâ. *Gramen Paniceum, ſpica ſimplici* ἑλυμαγροσις *C. B. Pin.* 8. *Panicum ſylveſtre dictum & Dens canis J. B.* 2. 443. *Gramen geniculatum Tabern. Icon.* 200.

Panicum vulgare, ſpicâ ſimplici & molliori. *Gramen Paniceum, ſpica ſimplici, lævi Raii Hiſt.* 1261.

Panicum maritimum, ſpicâ longiore, villosâ. *Gramen Alopecuros, minus, ſpica longiore C. B. Pin.* 4. *Cauda Vulpis Monſpelienſium. Alopecuros Theophraſti Lob. Icon.* 45.

Panicum ſerotinum, arvenſe, ſpicâ pyramidatâ. *Gramen ſerotinum, arvenſe, panicula contractiore, pyramidali Raii Synopſ.* 259. *Gramen Alopecuroi-*

di accedens, ex culmi geniculis spicas cum petiolis longiusculis promens Pluk. Phytog.

GENUS VIII.

Gramen. *Chien-dent.*

Tab. 299. GRAMEN est plantæ genus, flore apetalo, per fasciculos disposito A,G, plurimis scilicet staminibus B constante, ex calyce C,D squamoso plerumque surgentibus. Pistillum autem E, H abit deinde in semen subrotundum F vel oblongum I, parùm admodum farinaceum, calyce ipso ceu capsulâ obvolutum.

Graminis species sunt

Gramen Loliaceum. Gramen Loliaceum, radice repente sive Gramen officinarum. *Gramen caninum, arvense, sive Gramen Dioscoridis C. B. Pin.* 1. *Gramen repens officinarum, fortè Triticeæ spicæ aliquatenus simile J. B.* 2. 457. *Gramen Dod. Pempt.* 558.

Gramen Loliaceum, radice repente, sive Gramen officinarum, aristis longioribus donatum. *Graminis spica Triticea repentis vulgaris varietas cum spica aristata Raii Synops.* 247.

Gramen Loliaceum, fibratâ radice, aristis donatum. *Gramen caninum, non repens, elatius, spica aristata Mor. Hist. Oxon. Part.* 3. 177.

Gramen Loliaceum, radice repente, maritimum. *Gramen caninum, maritimum, spica Triticea, nostras Raii Hist.* 1256.

Gramen Loliaceum, radice repente, maritimum, aristis donatum.

Gramen Loliaceum, maritimum, supinum, spicâ crassiore. *Gramen caninum, maritimum, supinum, spica crassa D. Pettiver.*

Gramen Loliaceum, maritimum, foliis pungentibus. *Gramen Phœnicoides, foliis convolutis, Junceis ac pungentibus J. B.* 2. 477.

Gramen Loliaceum, spicâ longiore, aristas habens C. B. Pin. 9. *Lolium Gramineum, spicatum, caput tentans J. B.* 2. 437.

Gramen Loliaceum, spicâ longiore, sine aristis C. B. Pin. 9.

Gramen Loliaceum, latifolium, spicâ angustiore C. B. Pin. 9. *Prodr.* 19.

Gramen Loliaceum, angustiore folio & spicâ C. B. Pin. 9. *Phœnix Lolio similis J. B.* 2. 436. *Phœnix sive Lolium murinum Dod. Pempt.* 540.

Gramen Loliaceum, angustiore folio & spicâ, aristis donatum.

Gramen Loliaceum, spicis brevioribus & latioribus, compressis Mor. Hist. Oxon. Part. 1. 382.

Gramen Loliaceum, paniculâ multiplici & spicatâ. *Phœnix multiplici spicata panicula Park. Theat.* 1145.

Gramen Loliaceum, majus, spicis longiùs distantibus. *Phœnix simplici & rarissima gluma Park. Theat.* 1145. *Icon.* 1146.

Gramen Loliaceum, spicâ simplici & densâ.

Gramen Loliaceum, locustis tenuissimis, densè in spicam congestis.

Gramen Loliaceum, corniculatum, spicis glabris.

Gramen Loliaceum, corniculatum, spicis villosis. *Gramen Avenaceum dumetorum, spicatum Raii Hist.* 1262.

Gramen Loliaceum, corniculatum, veluti fruticosum, foliis angustissimis.

Gramen Loliaceum, minimum, foliolis Junceis.

Gramen Loliaceum, maritimum, minimum, rigidum. *Gramen exile, duriusculum, maritimum Raii Synops. 259.*

Gramen Loliaceum, minimum, foliolis Junceis, paniculâ unam partem spectante. *Gramen Sparteum, Juncifolium C. B. Pin. 5. Spartum parvum Lobelio J. B. 2. 513. Spartum nostras, parvum Lob. Icon. 90.*

Gramen Loliaceum, murorum, spicâ longissimâ, aristis tenuissimis donatâ. *Gramen murorum, spica longissima Ger. Emac. 29. Gramen spica nutante, longissima Park. Theat. 1162.*

Gramen Loliaceum, minus, maritimum, ramosum.

Gramen maritimum, paniculâ Loliacea C. B. Pin. 9. *Prodr. 18.*

Gramen Loliaceum, supinum, spicis crassioribus falcatis

Gramen Loliaceum, maritimum, spicis articulatis Mor. Hist. Oxon. Part. 3. Sect. 8. Tab. 2. fig. 8. *Gramen Loliaceum, maritimum, spicis gracilibus, articulatis, recurvis Ejusd. pag. 182.*

Gramen Loliaceum, spicis articulosis, erectis. *Gramen parvum, spicarum loco ferens caules erumpentibus alternatim acutis glumis veluti dentatos Lalii Triumf. apud Fratrem 64.*

Gramen pusillum, unicaule, paniculâ Loliacea Bocc. Mus. Part. 2. 69. Tab. 57.

Gramen Loliaceum, foliis & spicâ tenuissimis Mor. Hist. Oxon. Part. 3. 182. *Gramen Loliaceum, minus, spica simplici C.B.Pin.4. Prodr. 61.*

Gramen Loliaceum, maritimum, biunciale Mor. Hist. Oxon. Part. 3. 182. *Gramen exile, durius, Nortvvegicum aut Danicum, Scopario Gramini cognatum J. B. 2. 463. Gramen foliolis Junceis, radice jubata C. B. Pin. 5.*

Gramen Loliaceum, minus, capillaceo folio, spicâ Brizæ longissimâ. *Gramen foliolis Junceis, brevibus, majus, radice nigra C. B. Pin. 5. Gramen tenuifolium, glabrum J. B. 2. 462.*

Gramen Loliaceum, altissimum, spica Brizæ perlongâ, aristis brevibus donatâ. *Gramen spica Brizæ, majus C. B. Pin. 9. Prodr. 18.*

Gramen Loliaceum, minus, spicâ Brizæ perlongâ, aristis donatâ. *Gramen spica Brizæ, minus C. B. Pin. 9. Prodr. 19.*

Gramen Loliaceum, minus, spicâ Brizæ perlongâ, capillaceo folio.

Gramen Loliaceum, minus, latiore folio, spicâ Brizæ brevissimâ.

Gramen Loliaceum, minimum, elegantissimum. *Gramen minimum, paniculis elegantissimis C. B Pin. 2. Gramen minimum J. B. 2. 465. Gramen minimum Dalechampii Lugd. 424.*

Gramen paniculâ sparsâ luteâ, Loliaceâ Bot. Monsp. App.

Gramen spicatum, tomentosum, longissimis aristis donatum. *Gramen Alopecuros altera Lobelii J. B. 2. 475. Gramen Alopecuros, spica rotundiore C. B. Pin. 4. Alopecuros Dod. Pempt. 541.* Gramen spicatum.

Gramen spicatum, vulgare, Secalinum. *Gramen Hordeaceum, minus & vulgare C. B. Pin. 9. Hordeum murinum J. B. 2. 431. Hordeum sponta-*

neum, ſpurium. Holcus Plinii Anguillaræ Lob. Icon. 30.

Gramen ſpicatum, Secalinum, ſpicâ duriore & anguſtiore.

Gramen ſpicatum, Secalinum, Virginianum. *Gramen Secalinum, majus, altiſſimum, Virginianum Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. 180.

Gramen Spicatum, Secalinum, glumis villoſis, in ariſtas longiſſimas deſinentibus. *Gramen Secalinum, maximum Park. Theat.* 1144.

Gramen ſpicatum, Secalinum, altiſſimum. *Gramen ſpicâ Secalinâ C. B. Pin.* 9. *Prodr.* 18. *Gramen Secalinum, majus Park. Theat.* 1144.

Gramen ſpicatum, Secalinum, minus. *Gramen Secalinum, minus Park. Theat.* 144.

Gramen ſpicatum, Secalinum, maritimum, minus. *Gramen Secalinum, paluſtre & maritimum Raii Synopſ.* 248.

Gramen ſpicatum, Secalinum, maritimum, maximum, ſpicâ longiore. *Gramen Sparteum, ſpicatum, foliis mucronatis, longioribus, vel ſpicâ Secalinâ C. B. Pin.* 5. *Spartium ſpicatum, pungens, Oceanicum J. B.* 2. 511. *Spartum Herba iij, maritimum Cluſ. Hiſt. ccxxj.*

Gramen ſpicatum, Secalinum, maritimum, ſpicâ breviore. *Gramen Sparteum, ſpicatum, latifolium C. B. Pin.* 5. *Spartum maritimum ſive Oceanicum, latifolium J. B.* 2. 512. *Spartum Herba, iiij. Batavicum Cluſ. Hiſt. ccxxxj.*

Gramen ſpicatum, Secalinum, maritimum, maximum, ſpicâ laxiore. *Spartum maximum, maritimum, Hollandicum, ſpicâ Secalinâ Raii Hiſt.* 1260.

Gramen ſpicatum, ariſtis pennatis. *Gramen Sparteum, pennatum C. B. Pin.* 5. *Gramen pennatum, aliis Spartum J. B.* 2. 512. *Spartum Auſtriacum, pennatum Cluſ. Hiſt. ccxxj.*

Gramen ſpicatum, quod Spartum [a] Plinii. *Gramen Sparteum* 1, *paniculâ comosâ C.B.Pin.* 5. *Gramen Spartum Plinii ſive ſportularum Ficuum J. B.* 2. 510. *Spartum Herba Plinii Cluſ. Hiſt. ccxx.*

a *Lib.* 19. *cap.* 2.

Gramen ſpicatum, Sparteum, ſpicâ ſericeâ, ex utriculo prodeunte. *Gramen Sparteum* 2, *paniculâ brevi folliculo incluſâ C.B.Pin.* 5. *Gramen Sparteum* 2 *Cluſio J. B.* 2. 511. *Spartum Herba alterum Cluſ. Hiſt. ccxx.*

Gramen ſpicatum, Junci facie, Lithoſpermi ſemine. *Juncus Lithoſpermi ſemine Mor. H.R. Bleſ. Juncus ſemine Lithoſpermi H.R. Par. Juncus lævis, paniculâ glomerata, nigricante Raii Cat. Cantab. & Hiſt.* 1305.

Gramen anthoxanthum, ſpicatum J. B. 2. 466. *Gramen pratenſe, ſpicâ flaveſcente C. B. Pin.* 3. *Gramen anthoxanthon Dalechampii Lugd.* 426.

Gramen tomentoſum, ſpicatum C. B. Pin. 4. *Gramen Alopecuros, ſpicâ longâ, tomentoſâ, candicante J. B.* 2. 474. *Gramen tomentoſum, Alopecuros vera Plinii & Theophraſti Lugd.* 430.

Gramen caninum, maritimum, ſpicatum C. B. Pin. 2. *Prodr.* 2.

Gramen ſpicatum, ſemine Miliaceo, albo. *Phalaris major, ſemine albo C.B. Pin.* 28. *Phalaris J. B.* 2. 442. *Phalaris Dod. Pempt.* 510. *Graine de Canari.*

Gramen ſpicatum, ſemine Miliaceo, nigro. *Phalaris major, ſemine nigro C. B. Pin.* 28. *J. B.* 2. 443.

Gramen ſpicatum, ſemine Miliaceo, minore, nigro. *Phalaris ſemine minore, nigro Mor. H. R. Bleſ.*

Gramen ſpicatum, ſemine Miliaceo, griſeo. *Phalaris alter, ſemine griſeo H. R. Par.*

Gramen ſpicatum, perenne, ſemine Miliaceo, tuberosâ radice. *Gramen Phalaroides, perenne, tuberosâ radice Mor. H R. Bleſ.*

Gramen ſpicatum, perenne, ſemine Miliaceo, radice repente.

Gramen ſpicatum, pratenſe, ſpicâ ex utriculo prodeunte. *Gramen pratenſe, ſpicâ purpureâ ex utriculo prodeunte, vel Gramen folio ſpicam amplexante C. B. Pin. 3. Gramen ſpicam folio amplectens J. B. 3. 469. Gramen pratenſe Dalechampii Lugd. 425.*

Gramen montanum, ſpicatum, tuberosâ radice.

Gramen montanum, minimum, ſpicatum & ariſtatum.

Gramen ſpicatum, glumis criſtatis. *Gramen Criſtatum Lob. Ad. Part. 2. 467. Gramen criſtatum, Anglicum Park. Theat. 1160.*

Gramen ſpicâ multiplici, glumis ariſtatis. *Gramen criſtatum, Anglicum, ſpicâ multiplici Park. Theat. 1160.*

Gramen ſpicâ criſtatâ, ſubhirſutum C. B. Pin. 3. *Prodr. 8.*

Gramen ſpicatum glumis variis. *Gramen glumis variis C. B. Pin. 10. Prodr. 21. Gramen verſicolor J. B. 2. 466.*

Gramen ſpicatum, locuſtis echinatis. *Gramen caninum, maritimum ſpicâ echinatâ C. B. Pin. 2. Gramen caninum, maritimum, aſperum C. B. Prodr. 2. Gramen parvum, echinatum J. B. 2. 467.*

Gramen ſpicatum, ſupinum, brevi & capillaceo folio.

Gramen ſpicatum, Luſitanicum, capitis Meduſæ effigie.

Gramen ſpicatum, durioribus & craſſioribus locuſtis, ſpicatâ brevi. *Feſtuca altera, capitulis duris C. B. Pin. 26. Ægylops Dod. Pempt. 539.*

Gramen ſpicatum, durioribus & craſſioribus locuſtis, ſpicâ longiſſima. *Feſtuca altera, capitulis duris, ſpicâ triunciali C. B. Pin. 10.*

Gramen ſpicatum, ſpicâ purpuro-argenteâ, molli. *Gramen pumilum, hirſutum, ſpicâ purpuro-argenteâ, molli Raii Synopſ. 250.*

Gramen ſpicatum, ſpicis in capitulum foliatum congeſtis. *Gramen album, capitulis aculeatis, Italicum C B. Pin. 7.*

Gramen ſpicatum, echinatum, locuſtis unam partem ſpectantibus. *Gramen Alopecuroides, ſpicâ aſperâ C. B. Pin. 4. Gramen cum cauda Leporis aſperâ, ſive ſpicâ murinâ J. B. 2. 473. Gramen echinatum Dalechampii Lugd. 432. Gramen Alopecuroides, ſpicâ aſperâ, brevi Park. Theat. 1168.*

Gramen ſpicatum, ſpicâ ſubrotundâ, echinatâ. *Gramen ſpicâ ſubrotundâ, echinatâ, vel Gramen echinato capitulo C. B. Pin. 7. Gramen echinatum, tribuloides Col. Part. 1. 338.*

Gramen ſpicatum, Indicum, repens, ſpicâ ſubrotundâ.

Gramen ſpicatum, ſpicâ cylindraceâ, longiſſimâ. *Gramen Typhoides, maximum, ſpicâ longiſſimâ C. B. Pin. 4. Prodr. 10. Gramen cum cauda*

muris majoris longa, majus J. B. 2. 472.

Gramen ſpicatum, ſpicâ cylindracea, tenuiſſimâ, longiore. *Gramen Typhoides, ſpica anguſtiore, longiore C. B. Pin. 4. Gramen cum cauda muris purpuraſcente J. B. 2. 473. Gramen Alopecuroides, minus, alterum Lob. Icon. 9.*

Gramen ſpicatum, ſpicê cylindraceâ, tenuiſſimâ, breviore. *Gramen Typhoides, ſpicâ anguſtiore, breviore C. B. Pin. 4. Gramen Alopecurinum, ij Tabern. Icon. 209.*

Gramen ſpicatum, ſpicâ cylindraceâ, tenuiori, longâ. *Gramen Typhoides, aſperum, primum C. B. Pin. 4. Gramen cum cauda muris, minus J. B. 2. 471. Gramen Typhinum, 1 Tabern. Icon. 217.*

Gamen ſpicatum, ſpicâ cylindraceâ, craſſiori. *Gramen Typhoides, aſperum, alterum C. B. Pin. 4. Gramen Typhinum, ij Tabern. Icon. 218.*

Gramen ſpicatum, ſpicâ cylindraceâ, glabrâ, foliis hirſutis. *Gramen Typhoides, culmo reclinato C. B. Pin. 4. Gramen cum cauda muris, foliis hirſutis J. B. 2. 471. Gramen Alopecuroides, minus Lob. Icon. 9.*

Gramen ſpicatum, ſpicâ cylindraceâ, longioribus villis donatâ. *Gramen Phalaroides, majus ſive Italicum C. B. Pin. 4. Prodr. 10. Gramen Alopecuro ſimile, glabrum, cum pilis longiuſculis in ſpica, Onocordon J. B. 2. 475.*

Gramen ſpicatum, ſpicâ cylindraceâ, molli & densâ. *Gramen Typhoides, molle C. B. Pin. 4. Gramen Alopecuroidi accedens & Phalaridi, ſpicâ longiuſcula, folio lanuginoſo J. B. 2. 474. Gramen Alopecuroides Lob. Icon. 8.*

Gramen ſpicatum, ſpicâ cylindraceâ, molli & laxâ. *Gramen ſpicatum, circa Romam ubique frequens Maio, ſpicâ ſtrictiori & laxiori D. Sherard.*

Gramen ſpicatum, ſpicâ cylindraceâ brevi, radice nodosâ. *Gramen nodoſum, ſpicâ parvâ ſive nodoſum, tertium C. B. Pin. 2. Prodr. 3.*

Gramen ſpicatum, aquaticum, ſpicâ cylindraceâ, brevi. *Gramen aquaticum, geniculatum, ſpicatum C. B. Pin. 3. Gramen cum parva cauda muris, radice non nodoſa, repens J. B. 2. 472. Gramen fluviatile, album Tabern. Icon. 216.*

Gramen ſpicatum, maritimum, minimum, ſpicâ cylindraceâ. *Gramen Typhinum, maritimum, minus Raii Hiſt. 1267.*

Gramen dactylon. Gramen dactylon, radice repente, ſive officinarum. *Gramen repens, cum paniculâ Graminis Mannæ J. B. 2. 459. Gramen dactylon, folio Arundinaceo, majus, aculeatum fortè Plinio C. B. Pin. 7. Gramen legitimum Cluſ. Hiſt. ccxvij.*

Gramen dactylon, radice repente, ſive officinarum, breviſſimis ariſtis donatum.

Gramen dactylon, folio latiore C. B. Pin. 8. *Graminis genus, Dens canis tertius ſive Gramen 1 vel Galli crus J. B. 2. 444. Iſchæmum, Gramen ſanguinarium, 1 Tabern. Icon. 222.*

Gramen dactylon, anguſtifolium, ſpicis villoſis C. B. Pin. 8. *Gramen digitatum, hirſutum J. B. 2. 445. Iſchæmum ij Taber. Icon. 222.*

Gramen dactylon, ſcoparium C. B. Pin. 8. *Gramen ſcoparium, Iſchæmi paniculis,*

paniculis, *Gallicum Lob. Adv. Part.* 2. 468. *J. B.* 460.

Gramen dactylon, villosum, ramosum, altissimum, Gallo-Provinciale.

Gramen dactylon, Indicum, spicis longioribus.

Gramen dactylon, Ægyptiacum C. B. Pin. 7. *Gramen Crucis sive Neiemelm-salib. J. B.* 2. 460.

Gramen dactylon, Siculum, multiplici paniculâ, spicis ab eodem exortu geminis Raii Hist. 1271. *Pluk. Phytog. Tab.* 92. *fig.* 1.

Gramen dactylon, spicâ geminâ. *Gramen bicorne, sive distachiophorum Bocc.* 20. *Festuca Junceo folio, spica gemina C. B. Pin.* 9. *Prodr.* 19. *J. B.* 2. 544.

Gramen paniculatum, autumnale, paniculâ ampliore, ex viridi nigricante. *Gramen Arundinaceum, enode, majus, montanum C. B. Pin.* 7. *Gramen Harundinaceum, enode J. B.* 2. 481. *Gramen Harundinaceum, montanum Tabern. Icon.* 231. Gramen paniculatum.

Gramen paniculatum, autumnale, paniculâ angustiore, ex viridi nigricante. *Gramen pratense, serotinum, panicula longa, purpurascente Raii Synops.* 260. *Prioris varietas.*

Gramen paniculatum, aquaticum, fluitans. *Gramen aquaticum, fluitans, multiplici spica, ἄλσεος ποτάμιος C. B. Pin.* 3. *Gramen aquaticum, cum longissima panicula J. B.* 2. 490. *Gramen fluviatile Tabern. Icon.* 216.

Gramen paniculatum, latifolium radice repente, crassiori. *Gramen caninum, longiùs radicatum, majus C. B. Pin.* 1. *Gramen canarium, longiùs radicatum, latiore panicula Adv. Part.* 2. 467. *J. B.* 2. 457.

Gramen paniculatum, minus, radice repente, paniculâ duriore. *Gramen murorum, duriusculum, spica erecta, rigida Mor. Hist. Oxon. Part.* 3. *Sect.* 8. *Tab.* 2. *fig.* 9. *Gramen Loliaceum, murorum, duriusculum, spica erecta, rigida Ejusd. ibid.* 182. *Gramen panicula multiplici C. B. Pin.* 3. *Prodr.* 6.

Gramen paniculatum, spicis crassioribus & brevioribus. *Gramen spicatum, folio aspero C. B. Pin.* 3. *Prodr.* 9. *Gramen asperum J. B.* 2. 467. *Gramen spicatum Dalechampii Lugd.* 427.

Gramen paniculatum, spicis crassioribus & brevioribus variegatum.

Gramen paniculatum, aquaticum, Miliaceum. *Gramen Miliaceum, aquaticum Raii Synops.* 255.

Gramen pratense, paniculatum, majus, latiore folio, πόα Theophrasti C. B. Pin. 2. *Gramen pratense*, 1 *Dod. Pempt.* 560.

Gramen paniculâ ferè Arundinaceâ, locustis brevissimis. *Gramen pratense, vulgare, spica ferè Arundinacea J. B.* 2. 461.

Gramen paniculâ Arundinaceâ, locustis plerumque brevissimis, interdum angustissimis & longioribus.

Gramen pratense, paniculatum, medium C. B. Pin. 2. *Gramen pratense, minus J. B.* 2. 542. *Gramen pratense ij. Dod. Pempt.* 560.

Gramen pratense, paniculatum, minus, album C. B. Pin. 3. *Gramen paniculatum, minus, album Tabern. Icon.* 206. *J. B.* 2. 465.

Gramen pratenſe, paniculatum, minus rubrum C. B. Pin. 3. *Gramen paniculatum, minus, rubrum Tabern. Icon.* 207. *J. B.* 2. 465.

Gramen Xerampelinum, Miliaceâ, prætenui, ramoſaque ſparsâ paniculâ, ſive Xerampelino congener, arvenſe, æſtivum, Gramen minutiſſimo ſemine Lob. Illuſtr. 14.

Gramen pratenſe, paniculatum, majus, anguſtiore folio C. B. Pin. 2. *Prodr.* 5.

Gramen pratenſe, paniculatum, molle C. B. Pin. 2. *Prodr.* 5. *Gramen lanatum Dalechampii Lugd.* 425. *J. B.* 2. 466.

Gramen paniculatum, minimum, molle Bot. Monſp. App. *Gramen paniculatum, locuſtis parvis, purpuro-argenteis annuum Raii Synopſ.* 258. *Hiſt.* 1286.

Gramen paniculatum, molle, tenuiſſimis ariſtis donatum.

Gramen caninum, paniculatum, molle Raii Hiſt. 1285.

Gramen paniculatum, elatius, ſpicis longis, muticis, ſquamoſis Raii Hiſt. 1286.

Gramen paniculis elegantiſſimis ſive ἐραγρόστις, majus C. B. Pin. 2. *Gramen amoris dictum J. B.* 2. 470. *Gramen paniculatum, ſativum, Heragroſtis Tabern. Icon.* 204.

Gramen paninulis elegantiſſimis, minimum. *Gramen amoris alterum, paniculis minoribus & anguſtioribus, magiſque ſparſis Raii Syllog.* 136.

Gramen paniculatum, Virginianum, locuſtis minimis Mor. Hiſt. Oxon. Part. 3. Sect. 8. Tab. 6. fig. 33.

Gramen paniculis elegantiſſimis, denſis, Siculum. *Gramen Filiceum, paniculis integris Bocc. Rarior. Plant.* 62.

Gramen minus, vulgare, paniculâ rigidâ. *Gramen minus, duriuſculum Tab. Icon.* 208.

Gramen minus, paniculâ rigidâ, denſiore & ampliore. *Gramen Gramini exili, duriuſculo Lobelii ſemile, panicuâ latiore Sherard.*

Gramen caninum, maritimum, paniculatum Raii Hiſt. 1286.

Gramen pratenſe, paniculâ duriore, laxâ, unam præcipuè partem ſpectante Raii Synopſ. 257.

Gramen pratenſe, paniculâ duriore, laxâ, unam præcipuè partem ſpectante, ſine ariſtis.

Gramen pratenſe, paniculâ multiplici, denſiore, ariſtis carens.

Gramen paniculatum, latifolium, locuſtis craſſioribus, ſemine nigro Aquilegiæ ſimili. *Gramen paniculatum Gallo provinciale, Aquilegiæ ſemine Schol. Bot.* 258. *Pluk. Phytog. Tab.* 32. *fig.* 2.

Gramen nemoroſum, paniculâ rufeſcente, molli. *Gramen nemoroſum ſpica rufeſcente, molli C. B. Pin.* 7. *Gramen ſylvaticum parvum, tenuifolium, rigidiuſculum J. B.* 2. 509. *Gramen ſylvaticum ſive nemoroſum*, 1. *Tabern. Icon.* 226.

Gramen paniculâ Miliaceâ, locuſtis minimis.

Gramen montanum, paniculâ Miliaceâ, ſparsâ C. B. Pin. 8. *Prodr.* 17. *J. B.* 2. 462.

Gramen ſylvaticum, paniculâ Miliaceâ, ſparsâ C. B. Pin. 8. *Gramen Miliaceum Lobelii J. B. 2. 462. Miliaceum Gramen Lob. Icon.*

Gramen aquaticum, paniculatum, latifolium C. B. Pin. 3. *Gramen majus, aquaticum Lobelii J. B. 2. 481. Gramen Harundinaceum, paniculatum Tabern. Icon. 211.*

Gramen paniculatum, proliferum. *Gramen arvenſe, paniculâ criſpa C. B. Pin. 3. Prodr. 6. Gramen cum panicula molli rubente J. B. 2. 464.*

Gramen Barcinonenſe, paniculâ densâ aureâ.

Gramen paniculatum, maritimum, Narbonenſe, radice repente.

Gramen paniculatum, capillaceo folio, minimum.

Gramen paniculâ Miliaceâ, denſiori, ariſtis donatum.

Gramen paniculatum, aquaticum, Phalaridis ſemine. *Gramen Arundinaceum, aceroſâ glumâ, noſtras Park. Theat. 1273. Mor. Hiſt. Oxon. Part. 3. 203. An Gramen Arundinaceum ſpicatum C. B. Pin. 6.*

Gramen paniculatum, aquaticum, Phalaridis ſemine folio variegato. *Gramen paniculatum, folio variegato C. B. Pin. 3. Gramen ſtriis pictum J. B. 2. 476. Gramen ſulcatum vel ſtriatum, album Lob. Icon. 4.*

Gramen paniculatum, Arundinaceum, ſpicâ multiplici. *Gramen Arundinaceum, ſpica multiplici,* Καλαμάγροστις *Dioſcoridis C. B. Pin. 6. Gramen Calamagroſtis Lobelii J. B. 2. 480. Calamagroſtis Lob. Icon. 6.*

Gramen paniculatum, Arundinaceum paniculâ densâ, ſpadiceâ. *Gramen Arundinaceum, paniculâ molli, ſpadiceâ, majus C. B. Pin. 7. Gramen plumoſum Lobelii, ſpicâ candidâ & ſerici modo lucens J. B. 2. 476. Gramen tomentoſum & aceroſum. Calamagroſtis quorundam & vulgi Gramen plumoſum Lob. Icon. 6.*

Gramen paniculatum, Arundinaceum, ramoſum, paniculâ densâ, ſericeâ. *Gramen Arundinaceum, ramoſum, plumoſum, album C. B. Pin. 7. Gramen Arundinaceum, plumoſum, album C. B. Prodr. 14.*

Gramen paniculatum, locuſtis maximis, candicantibus, tremulis. *Gramen tremulum, maximum C. B. Pin. 2. Prodr. 5. J. B. 2. 470. Gramen tremula panicula, longiore & laxiore, colore candicante Cluſ. Cur. poſt. in fol. 38.*

Gramen paniculatum, locuſtis maximis, Phœniceis, tremulis. *Gramen amabile, tremulum, maximum, paniculâ ſpadiceâ V. Luſit. Gramen tremulum paniculâ fuſco ſeu fumigato colore Cluſ. Cur. poſt. in fol. 38.*

Gramen paniculatum, majus, locuſtis magnis, candicantibus, tremulis. *Gramen tremulum, majus, C. B. Pin. 2. Gramen tremulum J. B. 2. 469. Gramen Leporinum, Gramen tremulum Tabern. Icon. 231.*

Gramen paniculatum, majus, locuſtis magnis, Phœniceis, tremulis. *Gramen tremulum, majus, paniculâ ſpadiceâ C. B. Pin. 2.*

Gramen paniculatum, majus, perenne, locuſtis magnis tremulis. *Gramen tremulum, majus, perenne H. L. Bat.*

Gramen paniculatum, minus, locuſtis magnis, tremulis. *Gramen tremulum, minus, paniculâ magnâ C. B. Pin. 2. J. B. 2. 470.*

Gramen paniculatum, minus, locuſtis parvis, tremulis. *Gramen tremulum, minus, panicula parva C. B. Pin. 2. Prodr. 4. Gramen tremulum, minus J. B. 2. 470.*

Gramen montanum, paniculâ ſpadiceâ, delicatiore C. B. Pin. 3. *Prodr. 6. J. B. 2. 476.*

Gramen montanum, paniculâ ſpadiceâ, craſſiore.

Gramen capillatum, paniculis rubentibus J. B. 2. 462. *Gramen ſegetum, altiſſimum, panicula ſparſa C. B. Pin. 3. Segetum Gramen panicula ſparſa, latiore Lob. Icon. 2.*

Gramen capillatum, paniculis viridantibus J. B. 2. 462. *Prioris varietas.*

Gramen ſegetum, paniculâ Arundinaceâ C. B. Pin. 3. *Gramen agrorum Lobelii J. B. 2. 461. Agrorum venti ſpica & Gramen agrorum latiore, Arundinacea, comoſa panicula Lob. Icon. 3. Varietas videtur Graminis capillati J. B. cujus nempe panicula, ut ait Lobelius, in alterum latus agitatur.*

Gramen pratenſe, paniculatum, altiſſimum, locuſtis parvis, ſplendentibus non ariſtatis. *An Feſtuca Graminea, effuſa juba C. B. 9. Prodr. 19. Gramen Feſtucæ, effuſa juba Hiſt. Plant. Pariſ.*

Gramen paniculatum, Bromoides, minus, paniculis ariſtatis, unam partem ſpectantibus Raii Hiſt. 1287.

Gramen montanum, Avenaceum, locuſtis rubris C. B. Pin. 10. *Prodr. 20. Gramen locuſtis rubris J. B. 2. 434.*

Gramen Avenaceum. Gramen Avenaceum, ſpicâ ſimplici, locuſtis candicantibus, ſplendentibus & rarioribus.

Gramen Avenaceum, ſpicâ ſimplici, locuſtis candicantibus, ſplendentibus & denſioribus.

Gramen Avenaceum montanum, lanuginoſum C. B. Pin. 10. *Gramen cum locuſtis parvis, candidis, piloſis, ſemine Avenaceo J. B. 2. 434. Gramen Avenaceum Tabern. Icon. 207.*

Gramen Avenaceum, lanuginoſum, glumis rarioribus C. B. Pin. 10. *Prodr. 20. J. B. 2. 464.*

Gramen Avenaceum, ſpicâ ſimplici, breviori & craſſiori, locuſtis longiſſimis, longiùs ariſtatis.

Gramen Avenaceum, ſpicâ ſimplici, locuſtis denſiſſimis, candicantibus & lanuginoſis.

Gramen Avenaceum, diſtichon locuſtis longioribus, flaveſcentibus, longiùs ariſtatis.

Gramen Avenaceum, ſaxatile, paniculâ ſparsâ, locuſtis latioribus, candicantibus & nitidis.

Gramen Avenaceum, ſaxatile, paniculâ ſparsâ, locuſtis anguſtioribus, candicantibus & nitidis.

Gramen Avenaceum, capillaceum, minoribus glumis C. B. Pin. 10. *Gramen nemorale, Avenaceum, alterum, ex fuſco Xerampelinum & lucidum, Danicum Lob. Adv. Part. 2. 465. J. B. 2. 463.*

Gramen Avenaceum, nemorenſe, glumis rarioribus, ex fuſco Xerampelinis, noſtras Raii Hiſt. 1289.

Gramen Avenaceum, utriculis lanugine flavescentibus. *Festuca utriculis lanugine flavescentibus C. B. Pin.* 10. *Ægylops quibusdam aristis recurvis, sive Avena pilosa J. B.* 2. 433. *Festuca prior Dod. Pempt.* 539.

Gramen Avenaceum, maximum, utriculis cum lanugine alba & longissimis aristis Bot. Monsp.

Gramen Avenaceum, supinum, minus, spicâ densissima, cum longissimis aristis, lanuginosis, tortilibus.

Gramen Avenaceum, capillaceo folio, paniculâ ampliore, locustis splendentibus. *Gramen nemorosum, paniculis albis, folio capillaceo C. B. Pin.* 7. *Prodr.* 14.

Gramen nodosum, Avenaceâ paniculâ C. B. Pin. 2. *Prodr.* 3. *Gramen nodosum J. B.* 3. 456. *Gramen bulbosum, nodosum Lob. Icon.* 23.

Gramen Avenaceum, paniculâ densâ, locustis majoribus, aristatis.

Gramen Avenaceum, paniculâ purpuro-argenteâ splendente D. Doody Raii Hist. 1909. *Gramen Avenaceum, glabrum panicula purpuro-argentea, splendente D. Doody Raii Synops.* 262.

Gramen Avenaceum, montanum, spicâ simplici, aristis recurvis Raii Synops. 262. & Hist. 1290.

Gramen Avenaceum, spicâ simplici, perlongâ, locustis densissimis, longis & aristatis.

Gramen Avenaceum, parvum, procumbens, paniculis non aristatis Raii Hist. 1288. & Synops. 262.

Gramen Avenaceum, Indicum, in foliorum alis locustas in capitulum collectas gerens.

Gramen Avenaceum, minus, foliis inferioribus, capillaceis, superioribus verò latioribus.

Gramen Avenaceum, dumetorum, paniculâ sparsâ Raii Hist. 1289. *Gramen Avenaceum; dumetorum, paniculatum, majus, glabrum Mor. Hist. Oxon. Part.* 3. 213.

Gramen Avenaceum, dumetorum, paniculâ sparsâ, locustis angustioribus, cum aristis flavescentibus.

Gramen Avenaceum, distichon, locustis longioribus, cum aristis nigricantibus inflexis. *Gramen Avenaceum, murorum, erectum Park. Theat.* 1149.

Gramen Avenaceum, pratense, elatius, paniculâ flavescente, locustis parvis Raii Hist. 1284.

Gramen Avenaceum, paniculâ flavescente, densiori, locustis minimis, tenuiter aristatis & quasi villosis Hist. Plant. Paris. *Prioris varietas.*

Gramen, Avenaceum, locustis amplioribus, candicantibus, glabris & aristatis.

Gramen Avenaceum, locustis brevioribus, glabris, glumis imbricatis & aristatis.

Gramen Avenaceum, locustis glabris, purpurascentibus & aristatis. *Gramen gros Montbelgard J. B.* 2. 438. *Gramen murorum Dalechampii Lugd.* 428.

Gramen Avenaceum, locustis glabris, angustis, candicantibus & aristatis. *Gra-*

men Avenaceum, squamosâ glumâ longiore, glabrâ Mor. Hist. Oxon. Part. 3. Tab. 7. fig. 19.

Gramen Avenaceum, locustis villosis, angustis, candicantibus & aristatis. *Festuca Avenacea, hirsuta, paniculis minus sparsis Raii Hist. 1289. An Gramini murali Dalechampii simile si non idem J. B. 2. 438. Gramen murorum, spicis pendulis, angustioribus Hist. Plant. Paris.*

Gramen Avenaceum, locustis villosis, crassioribus. *Gramen spicâ hirsutâ, ad Gramen du Gros accedens J. B. 2. 438.*

Gramen Avenaceum, pratense, glabrum, paniculâ contracta, foliis latioribus.

Gramen Avenaceum, pratense, glabrum, paniculâ contracta, foliis angustioribus.

Gramen Avenaceum, lignosum, sylvaticum.

Gramen Avenaceum, aquaticum. *Gramen Arundinaceum, aquaticum, panicula Avenacea Raii Hist. 1909.*

Gramen Avenaceum, spicis strigosioribus, glabris. *Festuca Avenacea, spicis strigosioribus, è glumis glabris compactis Raii Hist. 1909. & Synops. 267.*

Gramen Avenaceum, glabrum, paniculâ è spicis raris, strigosis compositâ, aristis tenuissimis Raii Hist. 1909. & Synops. 262.

Gramen erectum, unicâ spicâ Avenaceâ Bocc. Mus. Part. 2. Tab. 57.

Gramen Avenaceum, paniculâ sparsâ, locustis majoribus & aristatis. *Festuca Avenacea, sterilis, elatior C. B. Pin. 9. Ægylops Mathiolo fortè J. B. 2. 439. Bromos Herba Dod. Pempt. 540. Gramen Festucæ sterile, elatius Hist. Plant. Paris.*

Gramen Avenaceum, paniculâ sparsâ, locustis minoribus & aristatis. *Bromos sterilis, altera. Festuca altera Dodonæi Lob. Icon. 33.*

Gramen, ut ait C. Bauhinus, à gradiendo, quòd geniculatis ramis serpat.

GENUS IX.

Arundo. *Canne ou Roseau.*

ARUNDO est plantæ genus, sola magnitudine à Gramine diversum, nec per me stabit, quin inter Graminis species recenseatur.

Arundinis species sunt

Arundo vulgaris sive φραγμίτης Dioscoridis C.B. Pin. 17. *Arundo vulgaris, palustris J. B. 2. 485. Arundo palustris, Canna sepiaria Tabern. Icon. 254.*

Arundo sativa, quæ Δόναξ Dioscoridis & Theophrasti C. B. Pin. 17. *Arundo maxima & hortensis J. B. 2. 486. Arundo domestica, Calamus Cyprius Tabern. Icon. 253.*

Arundo Anglica, foliis in summitate dissectis C. B. Pin. 17. *Prodr. 25. J. B. 2. 487.*

Arundo scriptoria, atrorubens C. B. Pin. 17. *Arundo scriptoria J. B. 2. 487. Harundo 3. Syringias, fistularis Dod. Gal. 353.*

Arundo repens vel Chamæcalamus C. B. Pin. 17. *Arundo Epigeios Lugd. 1000.*

Arundo Indica, variegata, ſive Laconica Theophraſti Corn. 54. *Canne royale.*

Arundo domeſtica, Coronopi foliis Ambroſ. 75.

Arundo vulgaris, Cypria, fruticoſa Ambroſ. 263.

SECTIO IV.

De Herbis, flore apetalo, in capitulum ſquamoſum collecto.

GENUS I.

Cyperus. *Souchet.*

CYPERUS eſt plantæ genus, flore à petalo, plurimis ſcilicet ſtaminibus B conſtante, in capitulum ſquamoſum A, F collecto; in ſquamarum autem C alis oritur piſtillum D quod deinde abit in ſemen E plerumque triangulare. His notis addendi ſunt caules pariter triangulares. *Tab. 299.*

Cyperi ſpecies ſunt

Cyperus rotundus, vulgaris C. B. Pin. 13. *Cyperus paniculâ craſſiore, minus ſparſa J. B. 2. 501. Cyperus rotundus Dod. Pempt. 338.*

Cyperus rotundus, inodorus, Germanicus C. B. Pin. 14. *Cyperus aquaticus, Septentrionalis Lobelio J. B. 2. 503. Cyperus aquaticus, Septentrionalis Lob. Icon. 77.*

Cyperus odoratus, radice longâ, ſive Cyperus officinarum C. B. Pin. 14. *Cyperus longus, adoratior, habitior Lob. Icon. 75. Cyperus paniculâ ſparsâ, ſpecioſâ J. B. 2. 501.*

Cyperus rotundus, eſculentus, anguſtifolius C. B. Pin. 14. *Dulcichinum Dod. Pempt. 340. Traſi J. B. 2. 504.*

Cyperus vulgatior, paniculâ ſparsâ. *Gramen Cyperoides, paniculâ ſparsâ, majus C. B. Pin. 6. Gramen Cyperoides, vulgatius, aquaticum J. B. 2. 495. Gramen Cyperoides, aquaticum, vulgatius Lob. Icon. 20.*

Cyperus Gramineus J. B. 3. 504. *Gramen Cyperoides, Meliaceum C. B. Pin. 6. Cyperus Graminea, ſive Miliacea Lob. Icon. 79.*

Cyperus maritimus, capitulis glomeratis. *Juncus acutus, maritimus, caule triangulo C. B. Pin. 11. Prodr. 22.*

Cyperus Americanus, paniculâ aureâ maximâ Plum.

Cyperus Americanus humilior, locuſtis denſiſſimis, non compreſſis.

Cyperus minimus, paniculâ ſparsâ, nigricante. *Gramen Cyperoides, minus, paniculâ ſparſâ, nigricante C. B. Pin. 6. Gramen parvum, pulchrum, aliud, paniculâ compreſsâ, nigricante J. B. 2. 471. Gramen Cyperoides, minimum, nigricante paniculâ Adv. Part. 2. 463.*

Cyperus minimus, paniculâ ſparsâ, ſubflaveſcente. *Gramen Cyperoides, minus, paniculâ ſparsâ ſubflaſcente C. B. Pin. 6. Gramen pulchrum, parvum, paniculâ latâ, compreſsâ J. B. 2. 470. Calamagroſtis altera Trag. 694.*

Cyperus Pyrenaicus, humilior, tenui paniculâ.
Cyperus Orientalis, paniculâ ſparsâ, locuſtis anguſtis & brevibus.
Cyperus Orientalis, minimus, paniculâ ſparsâ, longiori.
Cyperus Orientalis, omnium minimus, paniculâ ſparsâ.
Cyperus à voce Græca κύπαρος *Vas*; ob radicis effigem, ut ait C. Bauhinus.

GENUS II.

Scirpus.

Tab. 300. SCIRPUS eſt plantæ genus, flore A apetalo, plurimis ſcilicet ſtaminibus B conſtante, in capitulum ſquamoſum C collecto; in ſquamarum autem D alis oritur piſtillum E quod deinde abit in ſemen F triangulare, in capitulum G pariter collectum. His notis addendi ſunt caules nequaquam triangulares.

Scirpi ſpecies ſunt

Scirpus paluſtris, altiſſimus. *Juncus maximus ſive Scirpus major C. B. Pin.* 12. *Juncus maximus, Holoſchænos J. B.* 2. 522. *Juncus paluſtris, major Tabern. Icon.* 249.

Scirpus paluſtris, altiſſimus, foliis & carrinâ ſerratis. *Gramen Cyperoides, altiſſimum, foliis & carina ſerratis Bocc.* 72.

Scirpus Americanus, caule pentagono, ad nodos florido Plum.

Scirpus Americanus, caule geniculato, cavo Lign.

Scirpus capitulis rotundioribus, umbellatis.

Scirpus matitimus, capitulis rotundioribus, glomeratis. *Juncus acutus, maritimus, capitulis rotundis C. B. Pin.* 11. *Holoſchænus Lugd.* 987.

Scirpus maritimus, capite glomerato. *Gramen Cyperoides, maritimum C. B. Pin.* 6. *Juncus maritimus Lob. Icon.* 87.

Scirpus montanus, capitulo breviore. *Juncus parvus, montanus, cum parvis capitulis luteis J. B.* 2. 525.

Scirpus Equiſeti capitulo majori. *Juncus capitulis Equiſeti, major C. B. Pin.* 12. *Juncus capitulis longis ſive clavatus J. B.* 2. 523. *Juncus aquaticus, minor, capitulis Equiſeti Lob. Icon.* 86.

Scirpus Equiſeti capitulo minori. *Juncellus capitulis Equiſeti, minor & fluitans, C. B. Pin.* 12. *Juncellus capitulis Equiſeti, fluitans C. B. Prodr.* 23.

Scirpus omnium minimus, capitulo longiori. *Juncellus minimus, capitulis Equiſeti Bocc. Rarior. Plant.* 42.

Scirpus omnium minimus, capitulo breviori. *Juncellus inutilis ſive Chamæſchænos C. B. Prodr.* 22. *Juncellus inutilis C.B.Pin.* 12. *Juncellus Adv.* 44.

Scirpus omnium minimus, Luſitanicus.

Scirpus ſupinus, minimus, capitulis conglobatis, foliis rotundo teretibus.

Scirpus omnium minimus, Indicus, capitulis villoſis.

Scirpus differt à Cypero caule nequaquam triangulari, à Gramine verò, ſeminibus triangularibus, tum capitulis ſquamoſis ex locuſtis non conſtantibus.

SECTIO V.

De Herbis, flore apetalo, in eadem planta, à fructu ſejuncto.

GENUS I.

Cyperoides.

CYPEROIDES eſt plantæ genus, flore apetalo, plurimis ſcilicet ſtaminibus B, C, ex alis ſquamarum D prodeuntibus conſtante, in ſpicam A diſpoſito, ſed ſterili: embryones enim F inferiores ſpicas K occupant in veſiculis E reconditi, abeuntque in ſemina G, H plerumque triangularia, in capſulâ L, quæ embryonis veſicula fuit, matureſcentia. *Tab. 300.*

Cyperoidis ſpecies ſunt.

Cyperoides latifolium, ſpicâ rufa ſive caule triangulo. *Gramen Cyperoides, latifolium, ſpicâ rufâ ſive caule triangulo C. B. Pin. 6. Gramen Cyperoides, cum paniculis nigris J. B. 2. 494. Gramen Cyperoides Lob. Icon. 11.*

Cyperoides latifolium ſpicâ ſpadiceo-viridi, majus. *Gramen Cyperoides, latifolium, ſpicâ ſpadiceo-viridi, majus C. B. Pin. 6. Prodr. 13. J. B. 2. 495.*

Cyperoides anguſtifolium, ſpicâ ſpadiceo-viridi, minus. *Gramen Cyperoides, anguſtifolium, ſpicâ ſpadiceo-viridi, minus C. B. Pin. 6. Prodr. 13. J. B. 2. 495.*

Cyperoides ſpicâ pendulâ, breviore. *Gramen Cyperoides, ſpicâ pendulâ, breviore C. B. Pin. 6. Pſeudocyperus Dod. Pempt. 339. Graminis Cyperoidis genus, Pſeudocyperus Lobelio, ſpicis vel paniculis pendentibus ex longis pediculis J. B. 2. 496.*

Cyperoides ſpicâ pendulâ, longiore & anguſtiore. *Gramen Cyperoides, ſpicâ pendulâ, longiore & anguſtiore C. B. Pin. 6. Prodr. 13.*

Cyperoides paluſtre, aculeatum, capitulo breviore. *Gramen paluſtre, aculeatum, Germanicum, vel minus C. B. Pin. 7. Gramen paluſtre, echinatum Lob. Icon. 15. J. B. 2. 497.*

Cyperoides non aculeatum, capitulo breviore.

Cyperoides polyſtachion, lanuginoſum. *Gramen Cyperoides, polyſtachion, lanuginoſum Raii Synopſ. 265.*

Cyperoides polyſtachyon, ſpicis teretibus, erectis. *Gramen Cyperoides, polyſtachyon, majus, ſpicis teretibus, erectis Raii Synopſ. 265. Gramen Cyperoides, anguſtifolium, ſpicis longis, erectis C. B. Pin. 6. Gramen paluſtre, majus Lob. Icon. 11.*

Cyperoides, nigro-luteum, vernum, majus. *Graminis nigro-lutei verni varietas major J. B. 2. 494.*

Cyperoides nigro-luteum, vernum, minus. *Gramini nigro-lutei verni varietas minor J. B. 2. 494. Gramen Cyperoides, ſpicis Caryophyllæis, vulgatiſſimum Raii Hiſt. 1293.*

Cyperoides polyſtachion, flavicans, ſpicis brevibus, prope ſummitatem caulis. *Gramen Cyperoides, polyſtachion, flavicans, ſpicis brevibus, prope ſummitatem caulis Raii Hiſt.* 1294.

Cyperoides ſpicis parvis, longè diſtantibus *Gramen Cyperoides, ſpicis parvis, longiſſimè diſtantibus Raii Hiſt.* 1295.

Cyperoides ſylvarum, tenuiùs ſpicatum. *Gramen Cyperoides, ſylvarum, tenuiùs ſpicatum Park. Theat.* 1171.

Cyperoides polyſtachyon, minimum, ſpicis per maturitatem albicantibus. *Gramen Cyperoides, polyſtachion, minimum, ſpicis per maturitatem albicantibus Raii Hiſt.* 1295.

Cyperoides, anguſtifolium, ſpicis ſeſſilibus, in foliorum alis. *Gramen Cyperoides, anguſtifolium, ſpicis ſeſſilibus, in foliorum alis Raii Hiſt.* 1295.

Cyperoides veſicarium, glabrum, ſpicâ pendulâ longiore.

Cyperoides veſicarium, humile, locuſtis rarioribus.

Cyperoides veſicarium, humile, locuſtis denſioribus.

Cyperoides minus, ſpicis denſioribus. *Gramen Caryophyllata foliis, ſpicâ divulsâ C. B. Pin.* 3. *Gramen Caryophyllæum Tabern. Icon.* 210.

Cyperoides foliis Caryophyllæis, ſpicis è rarioribus & tumidioribus veſicis compoſitis. *Gramen Cyperoides, foliis Caryophyllæis, ſpicis è rarioribus & tumidioribus granis compoſitis Raii Synopſ.* 264.

Cyperoides foliis Caryophyllæis ſpicis oblongis, è pediculis longioribus pendulis. *Gramen Cyperoides, foliis Caryophyllæis, ſpicis oblongis è pediculis longioribus pendulis Raii Synopſ.* 264.

Cyperoides ſpicis longioribus, flaveſcentibus.

Cyperoides, quaſi planta ad Cyperum accedens.

GENUS II.

Typha. *Maſſe.*

Madrepora alba, elegantiùs ſtellata & magis ramoſa. *Porus albus, ramoſior pumillus, creberrimè ſtellatus Muſ. Asholm. Oxon. Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. 657. *Sect.* 15. *Tab.* 10. *fig.* 12.

Madrepora verrucoſa, punctata. *Corallium album, verrucoſum, punctatum C. B. Pin.* 366. *Corallium candidius, verrucoſum punctatum J. B.* 3. 805. *Spezie di Corallo, di color più bianco, punticchiato, nella ſua ſuperficie tuberculoſo Imper.* 626.

Madrepora Abrotanoides *Planta ſaxea, Abrotonoides Cluſ. Exot.* 123. *Abrotonides ſaxea planta J. B.* 3. 807.

Madrepora erectior, ramoſa, tuberculis crebris, ſurſum ſpectantibus. *Porus albus erectior, ramoſus tuberculis crebris, ſurſum ſpectantibus Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. 656. *Sect.* 15. *Tab.* 10. *fig.* 3.

Madrepora albida, compreſſa, Frondiporæ adinſtar cribriformis. *Porus albidus, compreſſus, Frondiporæ adinſtar cribriformis Muſ. Ashmol. Oxon. Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. 657. *Sect.* 15. *Tab.* 10. *fig.* 10.

Madrepora alba, Cupreſſiformis. *Porus albus, Cupreſſiformis ſive Porus albus, ramulis Capreoli cornua quodammodo referentibus, tuberculis fiſtuloſis denſe admodum refertus Muſ. Ashmol. Oxon. Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. 657. *Tab.* 10. *fig.* 9.

Madrepora maxima, arborea. *Porus magnus J. B.* 3. 807. *Poro grande Imper.* 624. *Corallo affinis, Porus magnus C. B. Pin.* 367. *Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. 656. *Sect.* 15. *Tab.* 10. *fig.* 1.

GENUS VII.

Lithophyton.

LITHOPHYTON eſt plantæ genus, ſubſtantiæ veluti corneæ & lapidem inter ac lignum mediæ, cui plerumque adhæreſcit cortex vel fibris contextus vel tartari æmulus. *Tab.* 341.

Lithophyti ſpecies ſunt

Lithophyton marinum, albicans, Geſn. de fig. Lap. 136. *Corallina fruticoſa, recta, alba C. B. Pin.* 366. *Coralloides fruticoſa, planta marina, rectior J. B.* 3. 806. *Corallina alba Lob. Icon.* 252.

Lithophyton marinum, rubri ſeu purpurei coloris Geſn. de Fig. Lap. 136. *Corallina fruticoſa, purpurea C. B. Pin.* 366. *Corallina rubens, Antipathis facie Lob. Icon.* 252.

Lithophyton luteum, punctatum. *Corallina lutea, punctata C. B. Pin.* 366.

Lithophyton album nodoſum. *Corallina alba, nodoſa C. B. Pin.* 366. *Prodr.* 153.

Lithophyton cortice vertucoſo, albo. *Coralloides granuloſa, alba J. B.* 3. 809.

Lithophyton cinereum, rugoſum. *Corallina cinerea, rugoſa C. B. Pin.* 366. *Prodr.* 153.

Lithophyton minus, rugoſum, albicans. *Corallinæ cinereæ rugoſæ altera ſpecies Prodr.* 153.

Lithophyton pallidè flaveſcens, cortice lævi. *Corallina pallidè flaveſcens, cortice lævi C. B. Pin.* 366. *Corallina pallidè flaveſcens, lævis Prodr.* 153.

Lithophyton Americanum, maximum, cinereum, cortice punctato.

Lithophyton Americanum, minus, flaveſcens cortice punctato.

Lithophyton Americanum, maximum pullum, tuberculis ſurſum ſpectantibus obſitum.

Lithophyton Americanum, minus album, tuberculis ſurſum ſpectantibus obſitum.

Lithophyton Americanum album, Polypodii diviſurâ.

Lithophyton Americanum, ramulis compreſſis, ſiliquarum æmulis.

Lithophyton nigrum arboreum. *Corallum nigrum C. B. Pin.* 366. *Corallium nigrum ſive Antipathes J. B.* 3. 804. *Antipathes ſive Corallium nigrum Dioſcoridis Lob. Icon.* 257.

Lithophyton nigrum, ſetaceum, hirſutum. *Corallina nigra, ſetacea, hirſuta C. B. Pin.* 366. *Antipathe di ſeconda ſpecie, overo Corallo, nero hirſuto Pon. Bald. Icon.* 221.

Lithophyton album, ſetaceum, hirſutum. *Corallina ligno ſuo cruſtâ lanuginoſâ albâ incruſtata Pluk. Almag. Bot.*

Lithophyton nigrum, ſetaceum, hirſutum, alterum. *Corallina nigra ſetacea C. B. Pin.* 366. *Antipathe overo Corallina di iij. ſpecie Pon. Bald. Ital.* 228. *Antipathes hirſutum ſive Corallium foliatum J. B.* 3. 805.

Lithophyton nigrum, ſetaceum, circumvolutum. *Corallina nigra, ſetacea, circumvoluta C. B. Pin.* 366. *Antipathe overo Corallina di iiij. ſpecie Pon. Bald. Ital.* 230.

Lithophyton partim luteum, partim roſeum.

Lithophyton partim album, partim roſeum.

Lithophyton reticulatum, purpuraſcens, maximum. *Corallina cortice reticulato, maculoſo, purpuraſcente C. B. Pin.* 366. *Frutex marinus, elegantiſ-*

ſimus, albus, Corallium nautis J. B. 3. 807. *Frutex marinus, elegantiſſimus Clſ. Exot.* 120.

Lithophyton reticulatum, aliud, purpuraſcens. *Corallina reticulato cortice, altera C. B. Pin.* 366. *Planta marina, retiformis Cluſ. Exot.* 121. *J. B.* 3. 808.

Lithophyton reticulatum, luteum, maximum.

Lithophyton reticulatum, maximum, ex una parte candidum, ex altera luteum.

Lithophyton erectum, elatius, ad Tamariſcum accedens. *Corallina marina, ſive Fruticulus marinus, lignoſus, erectus & elatior, ſetis longis, nudis, lobatim diſpoſitis, Tamariſco nonnihil ſimilis, duobus ex adverſo ordinibus ramulorum chordas muſicas referentibus Muſ. Aſhmol. Oxon.*

Lithophyton nodoſum & corniculatum. *Fruticulus marinus, ceranoides, lignoſus, humilis, nodoſus, in cornua brevia & tenuia, Corallinæ montanæ æmula creberrimè divaricatus Muſ. Aſhmol. Oxon. Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. 652. *Sect.* 15. *Tab.* 10. *fig.* 17.

Lithophyton ſpinoſum, Ferulaceum. *Futiculus marinus, aſperiuſculis ramulis Ferulaceis, ſpinulis exeuntibus donatus Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. 652. *Sect.* 15. *Tab.* 10. *fig.* 18.

Lithophyton à vocibus Græcis λίθος *Lapis*, & φυτὸν *Planta*; quaſi dicas plantam lapideam.

GENUS VIII.

Tubularia. *Orgue de Mer.*

TUBULARIA eſt plantæ genus, ferè lapideum, ex pluribus tubulis conſtans, Organi muſici æmulum. *Tab.* 342.

Tubulariæ ſpeciem unicam novi.

Tubularia purpurea. *Tubularia purpurea, Alcyonio Mileſio ſecondo alcuni Imper.* 631. *Coralliis affine, Alcyonium fiſtuloſum, rubrum. J. B.* 3. 808.

GENUS IX.

Spongia. *Eponge.*

SPONGIA eſt plantæ genus in aquis naſcens, molle, & foraminibus pervium, quale exhibetur Tab. 342. *Tab.* 342.

Spongia ſpecies ſunt

Spongia ad uſum præſtantiſſima, foraminibus exiguis pervia. *Spongie Sciacchiate Imper.* 636. *Spongiæ compreſſæ, Sciachiatæ J. B.* 3. 818.

Spongia compreſſa, magna C. B. Pin. 368. *Spongie Sciachiate dell Oceano Imper.* 366. *Spongia compreſſa, Sciacchiata Oceani latiſſima J. B.* 3. 818. *Spongia marina alba & flava Tabern. Icon.* 1119. & 1120.

Spongia globoſa Imper. 635.

Spongia infundibulum imitata J. B. 3. 816. *Spongia formâ infundibuli C. B. Pin.* 369. *Spongia elegans Cluſ. Exot.* 125.

Spongia multifida, calathum referens. *Spongiæ ramosæ varietas Bocc. Rarior. Plant.* 93.
Spongia ramosa C. B. Pin. 368. *Conferva marinæ genus Lob. Icon.* 257.
Spongia ramosa, coniformis Bocc. Rarior. Plant. 75.
Spongia ramosa, frutescens Bocc. Mus. Part. 1. Tab. 116. pag. 289.
Spongia ramosa, fluvilatilis Newtoni Raii Hist. 81. *Spongia fluviatilis, anfractuosa, perfragilis, ramosissima, nostras Pluk. Phytog. Tab.* 112. *fig.* 3.
Spongia villosa D. Grew. Mus. Reg. Soc. Cat.
Spongia velaris Imperati C. B. Pin. 368.
Spongia Americana, tubo similis Plum.
Spongia Americana, longissima, funiculo similis Plum.
Spongia Americana, capitata & digitata Plum.
Spongia Americana, favo similis Plum.
Spongia Americana, compressa, eleganter punctata Plum.

GENUS X.

Eschara.

ESCHARA est plantæ genus ferè lapideum, telam texturâ suâ quodammodo referens.

Eschatæ species sunt

Eschara Rondel. 133. *J. B.* 3. 809. *Retepora Eschara marina Imper.* 630.
Eschara marina, Frondipora J. B. 3. 809. *Frondipora Eschara marina Imper.* 631.
Eschara pulla, maxima pileiformis.

GENUS XI.

Alcyonium.

ALCYONII notæ peti debent ex Iconibus, quæ prostant apud auctores Rei Herbariæ.

Alcyonii species sunt

Alcyonium durum sive 1 Dioscoridis Imper. 638. *Alcyonium spongiosum officinarum J. B.* 3. 816.
Alcyonium molle, 4 Dioscoridis Imper. 640. *J. B.* 3. 817.
Alcyonium stuposum Imper. 640. *J. B.* 3. 817.
Alcyonium tuberosum, Ficus formâ Imper. 641. *Alcyonium tuberosum J. B.* 3. 817. *Alcyonio tuberoso Imper.* 941.
Alcyonium durum, Presbyterorum pileolum prorsus effingens H. Cathol. Supp. 1.
Alcyonium magnum, durum, arborescens H. Cathol. Supp. 1.
Alcyonium stuposum, rubrum, perforatum Bocc. Epist.
Alcyonium vermiculatum, purpureum. *Alcyonium* 3 *Dioscoridis purpureum*

reum Cæſalp. 608. *Vermicchiara, Alcyonio Mileſio. Alcyonio terzo di Dioſcoride Imper.* 639.

Alcyonium vermiculatum, candidum. *Alcyonium* 3. *Dioſcoridis candidum Cæſalp.* 608.

Alcyonium vermiculatum, flaveſcens. *Alcyonium* 3. *Dioſcoridis flaveſcens Cæſalp.* 608.

Alcyonium vermiculatum, capillaceum & criſpum.

Alcyonium vermiculatum, Anglicum. *Fucus chordam referens, teres, prælongus Raii Hiſt.* 75.

CLASSIS XVIII.

DE

ARBORIBUS ET FRUTICIBUS,

Flore apetalo.

SECTIO I.

De Arboribus, & Fruticibus, flore apetalo, cum fructu conjuncto.

GENUS I.

Fraxinus. *Frêne.*

FRAXINUS eſt plantæ genus, flore apetalo A, cujus ſtamina B gemino plerumque apice C, D donantur, è quibus ſæpe ſurgit piſtillum E, quod deinde abit in fructum F, G linguiformem, planum, membranaceum, ſemine fœtum H ejuſdem penè formæ. Occurrit & Fraxini ſpecies flore petalode I, K, L, quæ quoniam ſterilis eſt à vulgari ſeparanda non videtur. Tab. 343.

Fraxini ſpecies ſunt

Fraxinus excelſior C. B. Pin. 416. *Fraxinus vulgatior J. B.* 3. 174. *Fraxinus Dod. Pempt.* 833.

Fraxinus humilior, ſive altera Theophraſti, minore & tenuiore folio C. B. Pin. 416. *Fraxinus tenuiori & minori folio J. B.* 1. 177. *Ornus Lugd.* 83.

Fraxinus rotundiore folio C. B. Pin. 416. *J. B.* 1. 177.

Fraxinus florifera, botryoides Mor. H. R. Bleſ. *Fraxinus Americana, flo-*

rida H. R. Par. Frequens in Italia inter Pisas & Florentiam.

Fraxinus Flore fructuque carens vulgò dignoscitur foliis per conjugationes costæ innascentibus.

GENUS II.

Siliqua. *Carouge.*

Tab. 344. SILIQUA est plantæ genus, flore A apetalo, plurimis nempe staminibus B constante ex divisuris calycis C nascentibus, cujus meditullium occupat pistillum D, quod deinde abit in fructum seu siliquam E planam, veluti carnosam, seminibus fœtam G planis pariter & subrotundis F.

Siliquæ species sunt

Siliqua edulis C. B. Pin. 402. *Siliquæ arbor sive Ceratia J. B.* 1. 413. *Ceratonia Dod. Pempt.* 787.

Siliqua edulis, fructu breviori. *Ceratonia multorum, minùs longa, minúsve crassa, acinosior H. Cathol.*

Siliqua edulis, fructu vario. *Ceratiæ arbor, siliquâ variâ longâ, unâ tortuosâ & macri, brevi aliâ, multùm carnosâ, multúmque sapidâ H. Cathol.*

Siliqua non edulis. *Ceratiæ arbor sylvestris, extenuata ac ineduli siliquâ H. Cathol.*

Ab eo genere excludenda est. *Siliqua sylvestris, rotundifolia C. B. Pin.* 402. *ad Siliquastrum referenda; & Siliqua sylvestris, spinosa, arbor Indica C. B. Pin.* 402. *quæ species est Corallodendri.*

SECTIO II.

De Arboribus & Fruticibus, flore apetalo, in eadem planta à fructu separato.

GENUS I.

Buxus *Bouis ou Buis.*

Tab. 345. BUXUS est plantæ genus, flore A apetalo, plurimis scilicet staminibus B constante, è fundo plerumque tetragono D, E calycis foliati C surgentibus. Embryones autem F in aliis ejusdem plantæ locis oriuntur, abeuntque deinde in fructus G ollæ inversæ quodammodo æmulos, in tres partes H apice dehiscentes, in tria loculamenta divisos I, seminibusque fœtos K in capsula L vi elastica munita reconditis.

Buxi species sunt

Buxus arborescens C. B. Pin. 471. *Buxus J. B.* 1. 496. *Dod. Pempt.* 782.

Buxus foliis ex luteo variegatis H. R. Par. *Buxus foliis aureis Mor. H. R. Bles. Buxus aurea, striata Munt. Hist.* 158.

Buxus major, foliis per limbum aureis H. R. Par. *Buxus aureus, major Munt. Hist.* 158.

Buxus minor, foliis per limbum aureis. *Buxus aureus, medius Munt. Hist.* 158.

Buxus longioribus foliis, in acumen luteum desinentibus H. R. Par. *Buxus aureus, minor Munt.* 158.

Buxus foliis rotundioribus C. B. 471. *Chamæpyxos Tabern. Icon.* 1050. *Bouis à parterre.*

Buxus, ut aiunt, à voce Græca πύξος, quæ eandem arborem significat.

GENUS II.

Empetrum.

EMPETRUM est plantæ genus, flore A, B, C, D apetalo; plurimis nempè staminibus constante, sed sterili. Fructus enim E, F, L in aliis ejusdem plantæ locis oriuntur baccis similes, duobus aut tribus seminibus fœti H, osseis G, I, K, vel cartilagineis M. *Tab.* 421.

Empetri species sunt

Empetrum montanum, fructu nigro. *Erica baccifera procumbens nigra C.B. Pin.* 486. *Erica baccifera Mathioli J. B.* 1. 526. *Erica Coris folio, xj. Clus. Hist.* 45.

Empetrum Lusitanicum, fructu albo. *Erica erecta baccis candidis C. B. Pin.* 486. *Erica baccifera, Lusitanica J. B.* 1. 528. *Erica Coris folio, x. Clus. Hist.* 45.

SECTIO III.

De Arboribus & fruticibus Flore apetalo, quorum alii in eodem genere floribus, alii verò fructibus plerumque donantur.

GENUS I.

Terebinthus. *Terebinte.*

TEREBINTHUS est plantæ genus, flore apetalo A, plurimis nempè staminibus B constante, apicibus C, D donatis: embryones autem E iis Terebinthi speciebus innasci solent, quæ floribus carent abeuntque deinde in testam F, K, nunc unicapsularem G, M, M, nunc bicapsularem I, semine fœtam oblongo H, L. His notis addenda sunt folia per conjugationes costæ affixa, cui summæ folium impar innascitur. *Tab.* 345.

Terebinthi species sunt

Terebinthus vulgaris C. B. Pin. 400. *Terebinthus J. B.* 1. 278. *Dod. Pempt.* 870.

Terebinthus peregrina, fructu majore, Pistaciis simili, eduli C. B. Pin. 400. *Terebinthus Indica, major, fructu rotundo J. B.* 1. 277. *Terebinthus major, Pistachiæ folio Adv.* 412.

Terebinthus peregrina, fructu minore & cæruleo eduli C. B. Pin. 400. *Terebinthus Indica, fructu parvo, ad corculum accedente J. B.* 1. 278. *Terebinthi alterum genus Rauvolfii Clus. Hist.* 16.

Terebinthus Indica Theophrasti, Pistacia Dioscoridis Adv. 413. *Pistacia J. B.* 1. 275. *Pistacia peregrina, fructu racemoso, sive Terebinthus Indica Theophrasti C. B. Pin.* 401. *Pistachier.*

Terebinthus seu Pistacia trifolia. *Pistacium mas, Siculum, folio nigricante Bocc. Mus. Part.* 2. 139. *Tab.* 93.

Terebinthus Cappadocica H. R. Par.

Terebinthus Americana, Pistaciæ fructu non eduli Plum.

GENUS II.

Lentiscus. *Lentisque.*

LENTISCUS est plantæ genus, à Terebintho diversum foliis quæ per conjugationes quidem costæ affiguntur, sed nullo plerumque impari claudente.

Lentisci species sunt

Lentiscus vulgaris C. B. Pin. 339. *Lentiscus J. B.* 1. 285. *Dod. Pempt.* 871.

Lentiscus angustifolia, Massiliensis H. R. Par.

Lentiscus, ut aiunt, à lentis ramulis.

CLASSIS XIX.

DE ARBORIBUS ET FRUTICIBUS,

Flore Amentaceo.

FLOS AMENTACEUS seu IULUS nunc staminibus tantùm aut apicibus, nunc foliolis quibusdam componitur, axi cuidam affixis amenti seu lori (unde Latinis flos amentaceus) vel caudæ Felinæ formâ (ideoque Gallis *Chaton*:) Iulus autem semper à fructu separatur, vel in eadem arbore, vel in diversis arboribus ejusdem generis.

SECTIO I.

De Arboribus & Fruticibus, flore amentaceo in eadem arbore à fructu osseo separato.

GENUS I.

Nux. *Noyer.*

NUX est plantæ genus, flore A amentaceo; plurimis nempe foliis B constante, axi C squamatim affixis, quibus singulis subsunt denso agmine apices D, E: Embryones autem F, G in eadem arbore à floribus separati nascuntur; abeuntque in testam H osseam, cortice molli obvolutam I, in duas carinas K fissilem, nucleo fœtam L plerumque quadripartito, cum dissepimento ligneo M. *Tab. 346.*

Nucis species sunt

Nux juglans sive regia, vulgaris C. B. Pin. 417. *Nux juglans J. B.* 1. 241. *Dod. Pempt.* 816.

Nux juglans, fructu maximo C. B. Pin. 417. *Nuces Caballinæ Lugd.* 320.

Nux juglans, fructu tenero & fragili putamine C. B. Pin. 417.

Nux juglans, bifera C. B. Pin. 417.

Nux juglans, fructu perduro.

Nux juglans, foliis laciniatis D. Reneal.

Nux juglans, fructu serotino C. B. Pin. 417.

Nux juglans, fructu minimo D. Breman H. R. Monsp.

Nux juglans, folio serrato C. B. Pin. 417. *Juglandis genus alterum Clus. Hist.* 10.

Plures species Juglandis recensentur in Horto Catholico.

Nux, ut aiunt, à nocendo. *Juglandium umbra gravis*, ut refert Plinius, & *noxia etiam capiti humano, omnibusque juxta satis.* *Plin. Lib. cap. 12.*

GENUS II.

Corylus. *Noisetier.*

CORYLUS est plantæ genus, flore amentaceo A, plurimis nempe foliolis B, C constante axi E squamatim affixis, quibus singulis subsunt multi apices D: embriones autem F, G in eadem arbore à floribus separati nascuntur abeuntque in testam H, I subrotundam, osseam, involucro calloso fimbriatoque M, N obductam, & nucleo fœtam K, L. *Tab. 347.*

Coryli species sunt

Corylus sativa, fructu albo minore sive vulgaris C. B. Pin. 417. *Corylus sativa J. B.* 1. 266. *Corylus Clus. Hist.* 11.

Corylus sativa, fructu rotundo, maximo C. B. Pin. 418. *Avellana Lugdunensis, major Cam. Hort.*

Corylus ſativa, fructu oblongo, rubente C. B. Pin. 418. *Corylus ſativa, nuce oblonga Lugd.* 319.

Corylus ſativa, fructu oblongo, rubente, pelliculâ albâ tecto C. B. Pin. 418.

Corylus nucibus in racemum congeſtis C. B. Pin. 418.

Corylus ſylveſtris C. B. Pin. 418. *Lob. Icon.* 192.

Corylus Byzantina H. L. Bat. *Avellana peregrina, humilis C. B. Pin.* 418. *Avellana pumila, Byzantina Cluſ. Hiſt.* 11. *Avellana Byzantina J. B.* 1. 270.

Corylus, ut volunt, à voce Græca καρύα *Nux*; quaſi diceretur, *Nucula quædam.*

GENUS III.

Carpinus, *Charme.*

Tab. 348. CARPINUS eſt plantæ genus, flore amentaceo A, plurimis nempè foliolis B conſtante, axi D ſquamatim affixis, quibus ſingulis ſubſunt multa ſtamina C: Embriones autem E in eadem arbore à floribus ſeparati naſcuntur inter foliola F ſpicæ G (quæ longè amplior & elegantior fit K) abeuntque in fructum oſſeum H plerumque umbilicatum I, compreſſum, ſtriatum, nucleo fœtum L, è rotundo acuminatum M.

Carpini ſpeciem unicam novi.

Carpinus Dod. Pempt. 841. *Oſtrya Ulmo ſimilis, fructu in umbilicis foliaceis C. B. Pin.* 427. *Fagus ſepium, vulgò Oſtrys Theophraſti J. B.* 1. 146.

SECTIO II.

De Arboribus & Fruticibus, flore amentaceo, in eadem arbore plerumque ſeparato à fructu cujus involucrum coriaceum eſt.

GENUS I.

Quercus, *Chêne.*

Tab. 349. QUERCUS eſt plantæ genus, flore amentaceo A, plurimis ſcilicet apicibus B conſtante, tenui capillamento, denſo agmine affixis: embryones autem C in eadem arbore à floribus ſeparati naſcuntur, abeuntque deinde in glandem D cupulâ E munitam, nucleo fœtam K in duas partes L, M fiſſili. His notis addenda ſunt folia F, G, H ſinuoſa.

Quercus ſpecies ſunt

Quercus latifolia, mas quæ brevi pediculo eſt C. B. Pin. 419. *Quercus vulgaris, brevibus pediculis J. B.* 1. 70. *Platyphyllos mas Lugd.* 2.

Quercus latifolia, fæmina C. B. Pin. 419. *Platyphyllos fœmina Lugd.* 2.

Quercus latifolia, perpetuò virens C. B. Pin. 420. *Quercus in Apennino & Andium Gallicæ gentis agro Lugd.* 4.

Quercus cum longo pediculo C. B. Pin. 420. *Quercus vulgaris, longis pediculis J. B.* 1. 70. *Quercus Tabern. Icon.* 962.

Quercus parva ſive Phagus Græcorum & Eſculus Plinii C. B. Pin. 420. *Phagus Eſculus mas & fœmina Lugd.* 5.

Quercus calyce echinato, glande majore C. B. Pin. 420. *Egylops ſive Cerris majore glande Dod. Pempt.* 831.

Quercus calyce hiſpido, glande minore C. B. Pin. 420. *Egylops minore glande Dod. Pempt.* 831.

Quercus Burgundiaca, calyce hiſpido C. B. Pin. 420. *Quercus alia Bauhini ſive Haliphlæos Sequanorum Lugd.* 8.

Quercus pedem vix ſuperans C. B. Pin. 420. *Robur vij ſive Quercus pumila Cluſ. Hiſt.* 19. *Deſcript. vj. Ejuſd. Icon.*

Quercus foliis molli lanugine pubeſcentibus C. B. Pin. 420. *Robur* I *Cluſ. Hiſt.* 18.

Quercus Gallam exiguæ nucis magnioudine ferens C. B. Pin. 420. *Robur iij Cluſ. Hiſt.* 18.

Quercus foliis muricatis, non lanuginoſis, Gallâ ſuperiori ſimili C. B. Pin. 420. *Robur iiij. Cluſ. Hiſt.* 18.

Quercus foliis muricatis, minor C. B. Pin. 420. *Robur v. Cluſ. Hiſt.* 19.

Quercus humilis, Gallis binis, ternis aut pluribus ſimul junctis C. B. Pin. 421. *Robur vj. Cluſ. Hiſt.* 19. *Deſcript.*

Quercus Africana, glande longiſſimâ.

GENUS II.

Ilex. *Chêne - vert.*

ILEX eſt plantæ genus, flore amentaceo A, plurimis nempe ſtaminibus C conſtante, ſurgentibus è calyce B infundibuliformi, tenuique capillamento affixo. Glandes autem D in eadem arbore à floribus ſeparatæ naſcuntur, cupulâ munitæ E, F & nucleo fœtæ G in duas partes H, I fiſſili. His notis addenda ſunt folia K, L denticulata quidem, ſed longè minus ſinuoſa quàm folia Quercus. *Tab.* 350.

Ilicis ſpecies ſunt

Ilex oblongo ſerrato folio C. B. Pin. 424. *Ilex arborea J. B.* 1. 95. *Ilex anguſtifolia Tabern. Icon.* 969. *Yeuſe, Chêne-vert.*

Ilex folio anguſto, non ſerrato C. B. Pin. 424. *Smilax humilis, anguſtifolia, folio non ſerrato Lugd.* 25.

Ilex folio rotundiore, molli, modicéque ſinuato, ſive Smilax Theophraſti C. B. Pin. 425. *Smilax Dalechampii J. B.* 1. 101. *Ilex major Cluſ. Hiſt.* 23.

Ilex folio Agrifolii Bot. Monſp.

Ilex folio utrinque lanato, Monſpeliaca H. R. Par.

Ilex aculeata, cocciglandifera C. B. Pin. 425. *Coccus infectoria Lob. Icon.* 153. *Ilex coccigera J. B.* 1. 106.

Ilex media, Cocciferæ Ilici planè ſuppar, folio Aquifoliæ Adv. 431.
Ab eo genere excludenda eſt *Ilex aculeata, baccifera folio ſinuato C. B. Pin.* 425. quæ rectiùs Aquifolium appellatur.

GENUS III.

Suber. *Liege.*

SUBER eſt plantæ genus, à Quercu & Ilice diverſum cortice craſſo, fungoſo, levi, omnibus noto.

Suberis ſpecies ſunt

Suber latifolium, perpetuò virens C. B. Pin. 424. *Suber latifolium J. B.* 1. 103. *Suber latifolia Lob. Icon.* 159.

Suber anguſtifolium, non ſerratum C. B. Pin. 424. *Suber folio longiore & anguſtiore Lugd.* 22.

GENUS IV.

Fagus. *Hêtre.*

Tab. 351. FAGUS eſt plantæ genus, flore amentaceo A, glomerato D, plurimis nempe ſtaminibus B conſtante è calyce C campaniformi ſurgentibus: embryones autem E in eadem arbore à floribus ſeparati naſcuntur F, abeuntque in fructum G calloſum, acuminatum, quadrifariam apice dehiſcentem H, binis plerumque ſeminibus fœtum I, K trigonis L.

Fagi ſpeciem unicam novi

Fagus Dod. Pempt. 832. *Fagus Latinorum, Oxya Græcorum J. B.* 1. 117.

Fagus, à voce Græca φηγὸς, quæ eandem arborem ſignificat.

GENUS V.

Caſtanea. *Châteigner.*

Tab. 352. CASTANEA eſt plantæ genus, flore amentaceo A, plurimis nempè ſtaminibus C è calyce B quinquefolio ſurgentibus conſtante, tenui capillamento ſeu axi affixis. Fructus autem ſeu echini D in eadem arbore à flore ſeparati naſcuntur ſubrotundi, quadrifariàm plerumque dehiſcentes E, Caſtaneis fœti F, G, H, nucleum I continentibus.

Caſtaneæ ſpecies ſunt

Caſtanea ſativa C. B. Pin. 418. *Caſtanea J. B.* 1. 121. *Caſtaneæ majores Lugd.* 31. *Marronier.*

Caſtanea ſylveſtris, quæ peculiariter Caſtenea C. B. Pin. 419. *Caſtanea Dod. Pempt.* 814.

Caſtanea humilis, racemoſa C. B. Pin. 419. *J. B.* 1. 127. *Caſtanea humilis Lugd.* 33.

Caſtanea Americana, ampliſſimo folio, fructu molliter echinato.

Plures Caſtaneæ ſpecies recenſentur in Horto Catholico.

SECTIO

SECTIO III.

De Arboribus & Fruticibus, flore amentaceo, in eadem arbore separato à fructu squamoso.

GENUS I.

Abies. *Sapin.*

ABIES est plantæ genus, flore amentaceo A, plurimis scilicet apicibus B constante, sed sterili: embryones enim O inter folia N spicæ M à floribus separatæ nascuntur, abeuntque in semen R S, T V foliatum, pariter reconditum sub squamis Q, quæ axi X affixæ constituunt fructum P. Is autem aliud nihil est quàm spica M quæ crassior evasit. His notis addenda sunt folia Z singularia, non bina, ut in Pinu. *Tab.* 353. *Tab.* 354.

Abietis species sunt

Abies Taxi folio, fructu sursum spectante. *Abies conis sursum spectantibus, sive mas C. B. Pin.* 505. *Abies fœmina sive* Ἐλάτη τέλεια *J. B.* 1. 231. *Abies Clus. Hist.* 34. *Sapin.*

Abies tenuiore folio, fructu deorsum inflexo. *Picea major, prima, sive Abies rubra C. B. Pin.* 493. *Picea Latinorum sive* Ἐλάτη ἀῤῥῶν, *Abies mas Theophrasti J. B.* 1. 238. *Abies Dod. Pempt.* 866.

Abies foliis prælongis, Pinum simulans Raii Hist. 1916. *Abies minor, longioribus setis ramulorum ex omni parte prorumpentibus, Pinastrum referens Pluk. Almag. Bot.*

Abies minor, pectinatis foliis, Virginiana, conis parvis, subrotundis Pluk. Phytog. Tab. 121. fig. 1.

Abietis apices B in duo loculamenta dividuntur, transversâ dehiscunt C, E F, GH, IK, pulveremque fundunt minutissimum L sæpe lunatum, ut microscopii ope facilè patet.

GENUS II.

Pinus. *Pin.*

PINUS est plantæ genus, flore A amentaceo; plurimis nempe staminibus B constante, sed sterili: embryo enim F à flore separatim nascitur, abitque deinde in fructum G, P, inter cujus squamas Q, H, R duobus scrobibus excavatas I, K, L, S, T, V, occurrunt duo officula M, N, X, sæpe alata Z nucleo fœta oblongo O. His notis addenda sunt folia Y bina simul ex eadem vagina (&) prodeuntia. *Tab.* 355. & 356.

Pinus species sunt

Pinus sativa C. B. Pin. 491. *Pinus officulis duris, foliis longis J. B.* 1. 248. *Pinus Dod. Pempt.* 859.

Pinus ſylveſtris, vulgaris, Genevenſis J. B. 1. 253. *Pinus ſylveſtris C. B. Pin.* 491. *Pinus ſylveſtris, montana Cam. Epit.* 40.

Pinus ſylveſtris, montana, tertia C. B. Pin. 491. *Pinus cui oſſicula fragili putamine ſive Cembro J.B.* 1.251. *Pinus ſylveſtris, Cembro Tabern. Icon.* 939.

Pinus ſylveſtris, montana, altera C. B. Pin. 491. *Pinus ſylveſtris Mugho ſive Crein J. B.* 1.246. *Pinus ſylveſtris, Mugho, Pinus Mugus Tabern. Icon.* 938.

Pinus ſylveſtris, maritima, conis firmiter ramis adhærentibus J. B. 1. 245. *Pinus maritima, major C. B. Pin.* 492. *Pinus maritima, prima Tabern. Icon.* 936.

Pinus maritima, altera Mathioli C. B. Pin. 492. *J. B.* 1. 246. *Pinus Idæa Theophraſti Lob. Icon.* 229.

Pinus maritima, minor C. B. Pin. 492. *Pinaſter tertius, Hiſpanicus, pumilus J. B.* 1. 246. *Pinaſter iij. Hiſpanicus Cluſ. Hiſt.* 33.

Pinus humilis, iulis vireſcentibus aut palleſcentibus. *Pinaſter ij. Auſtriacus Cluſ. Hiſt.* 31.

Pinus humilis, iulo purpuraſcente. *Pinaſter iij. Auſtriacus Cluſ. Hiſt.* 31. *Pinaſter Auſtriacus tenuifolius J. B.* 255.

Pinus conis erectis. *Pinaſter conis erectis C. B. Pin.* 492. *Pinaſter iiij. Auſtriacus Cluſ. Hiſt.* 32.

Figura C D apices Pinus exhibet bicapſulares; figura verò E pulviſculum quem effundunt, qui microſcopii auxilio lunatus videtur.

GENUS III.

Larix. *Meleze.*

Tab. 357. LARIX eſt plantæ genus, flore A amentaceo; plurimis ſcilicet apicibus B C conſtante, ſed ſterili: embryo enim F inter folia E teneri fructus D naſcitur, abitque deinde in ſemen K foliatum L, pariter reconditum ſub ſquamis H, quæ axi I affixæ fructum G conſtituunt. Is autem aliud nihil eſt quàm tener fructus D qui craſſiore evaſit. His notis addenda ſunt folia confertim plura quàm bina, ab eodem exortu M prodeuntia.

Laricis ſpecies ſunt

Larix folio deciduo, conifera J. B. 1. 265. *Larix Dod. Pempt.* 868.

Larix Orientalis, fructu rotundiore, obtuſo. *Cedrus conifera, foliis Laricis C. B. Pin.* 490. *Cedrus Tabern. Icon.* 942. *Cedrus magna ſive Libani, conifera J. B.* 1. 277.

Larix Americana, foliis quinis ab eodem exortu Plum.

Larix Canadenſis, longiſſimo folio Sarrac.

GENUS IV.

Thuya. *Arbre de vie.*

Tab. 358. THUYA eſt plantæ genus, cujus embryones A ſquamoſi abeunt deinde in fructus B, C, oblongos, inter quarum ſquamas occurunt ſemina D veluti marginata. His notis addenda ſunt folia E ſquamoſa.

Thuyæ ſpeciem unicam novi.

Thuya Theophraſti C. B. Pin. 488. *Arbor vitæ ſive Paradiſiaca vulgò dicta, odorata, ad Sabinam accedens J. B.* 1. 286. *Arbor vitæ Cluſ. Hiſt.* 36.

GENUS V.

Cupreſſus. *Ciprès.*

CUPRESSUS eſt plantæ genus, flore A amentaceo; plurimis nempè foliolis B ſeu ſquamis conſtante, ſed ſterili: in earum alis C adſunt apices D E pulverem tenuiſſimum effundentes. Embryo autem F abit deinde in fructum G ſubrotundum, in plures veluti clavos I dehiſcentem H, ſeminibuſque fœtum K plerumque angulatis. *Tab.* 358.

Cupreſſi ſpecies ſunt

Cupreſſus metâ in faſtigium convoluta, [a] quæ fœmina Plinii. *Cupreſſus Dod. Pempt.* 856. *Ciprès femelle.*

Cupreſſus ramos extra ſe ſpargens [b] quæ mas Plinii. *Cupreſſus Math.* 119. *Cyprès mâle.*

Cupreſſus Luſitanica, patula, fructu minori.

a *Lib.* 16. *cap.* 33.

b *Ibid.*

GENUS VI.

Alnus. *Aune.*

ALNUS eſt plantæ genus, flore A amentaceo; plurimis nempè ſtaminibus D è Calyce E quadripartito ſurgentibus conſtante, glomerato B, axi C affixo ſed ſterili; tener enim fructus F ſquamoſus embryonibus G, H turget, abitque deinde in majorem molem I, L plurimis ſquamis M conflatam ac ſemine fœtam N ut plurimùm compreſſo. *Tab.* 359.

Alni ſpecies ſunt

Alnus rotundifolia, glutinoſa, viridis C. B. Pin. 438. *Alnus vulgaris J. B.* 1. 151. *Alnus Dod. Pempt.* 839.

Alnus folio oblongo, viridi C. B. Pin. 428.

Alnus folio incano C. B. Pin. 428. *Alnus hirſuta C. B. in Math. Alnus incana & hirſuta J. B.* 1. 154.

Alnus Alpina, minor C. B. Pin. 428.

Alnus foliis eleganter inciſis D. Breman.

Alnus montana, pallido, glabro, ſinuato Ulmi folio Bocc. Muſ. Part. 2. 139. Tab. 96.

Alnus montana, criſpo, glutinoſo, & denticulato folio Bocc. Muſ. Part. 2. 138. Tab. 96.

Alnus montana, lato, criſpo, glutinoſo folio ſerrato Bocc. Muſ. Part. 2. 138. Tab. 96.

Ab eo genere excludenda eſt *Alnus nigra, baccifera C. B. Pin.* 428. *ad Frangulam referenda.*

GENUS VII.

Betula. *Bouleau.*

Tab. 360. BETULA eſt plantæ genus, flore amentaceo A, plurimis ſcilicet foliolis C axi ſeu capillamento D affixis, apicibuſque B fœtis conſtante ſed ſterili: embryo enim E ſquamoſus F abit deinde in fructum cylindraceum G, ſub cujus ſquamis H axi I affixis occurrunt ſemina K alata L, M.

Betulæ ſpeciem unicam novi.

Betula Dod. Pempt. 839. *J. B.* 1. 148.

SECTIO IV.

De Arboribus & Fruticibus flore amentaceo, in eadem arbore ſeparato à fructu molli.

GENUS I.

Cedrus. *Cédre.*

Tab. 361. CEDRUS eſt plantæ genus, flore amentaceo A, plurimis ſcilicet foliolis B, apicibus C donatis conſtante, ſed ſterili: fructus autem ſeu baccæ D oſſiculis turgent E angulatis, ſemine fœtis G oblongo F. His notis addenda ſunt folia Cupreſſi æmula.

Cedri ſpecies ſunt

Cedrus folio Cupreſſi, major, fructu flaveſcente C. B. Pin. 487. *Cedrus Lycia, retuſa Bellonio dicta J. B.* 1. 300. *Oxycedrus Lycia Dod. Pempt.* 853.

Cedrus folio Cupreſſi, media majoribus baccis C. B. Pin. 487. *Cedrus Phœnicea, altera Plinii & Theophraſti Lob. Icon.* 221.

Cedrus Hiſpanica, procerior, fructu, maximo, nigro.

GENUS II.

Juniperus. *Genévrier.*

Tab. 361. JUNIPERUS eſt plantæ genus, flore amentaceo A, B, plurimis nempè foliolis C E, apicibus D, F donatis conſtante, ſed ſterili: fructus autem ſeu baccæ G H oſſiculis I turgent, angulatis K, ſemine fœtis M oblongo L. His notis addenda ſunt folia ſimplicia & plana.

Juniperi ſpecies ſunt

Juniperus vulgaris, fruticoſa C. B. Pin. 488. *Juniperus vulgaris, baccis parvis, purpureis J. B.* 1. 293. *Juniperus Dod. Pempt.* 852.

Juniperus vulgaris, arbor C. B. Pin. 488. *Juniperus vulgaris, celſior, & arboreſcens Cluſ. Hiſt.* 38.

Juniperus minor, montana, folio latiore fructuque longiore C. B. Pin. 489. *Juniperus Alpina Cluſ. Hiſt.* 38. *J. B.* 1. 301.

Juniperus major, baccâ cæruleâ C. B. Pin. 489. *Juniperus maxima, Illyrica J. B.* 1. 300. *Juniperus maximus, Illyricus, cæruleâ baccâ Lob. Icon.* 223.

Juniperus major, baccâ rufeſcente C. B. Pin. 489. *Juniperus Phœnicea, Bellonio, ſive Oxycedrus quibuſdam, Juniperus major, baccâ rubrâ J. B.* 1. 297. *Juniperus major, Monſpelienſium Lob. Icon.* 223.

GENUS III.

Taxus. *If.*

TAXUS eſt plantæ genus, flore amentaceo A, B: plurimis nempè apicibus C plerumque F ungiformibus conſtante ſed ſterili: embryo autem D E deindè abit in baccam F concavam ſeu campaniformem, ſucci plenam, & ſemine fœtam G: occurrunt quandoque & fructus I glandiformes, cupulâ ſcilicet donati I ſemen H complectente. *Tab.* 362.

Taxi ſpeciem unicam novi.

Taxus J. B. 1. 241. *Taxus Dod. Pempt.* 859.

Taxus foliis variegatis H. R. Par. App.

GENUS IV.

Morus. *Meurier.*

MORUS eſt plantæ genus, flore A amentaceo: plurimis nempè ſtaminibus C è calyce quadrifolio B ſurgentibus conſtante, ſed ſterili: embryo autem D abit deinde in fructum H compoſitum è glomerulis E ſquamarum G ſucculentarum, quæ ſemen complectuntur ſubrotundum F. *Tab.* 363.

Mori ſpecies ſunt

Morus fructu nigro C. B. Pin. 459. *Morus nigra J. B.* 1. 118. *Morus Dod. Pempt.* 810.

Morus fructu nigro, minori, foliis eleganter laciniatis. *Morus fœmina, laciniato folio minori ac tenuiori tenacius hærente, fructu minori, minuſque ſapore H. Cathol.*

Morus fructus albo C. B. Pin. 559. *Morus alba J. B.* 1. 119. *Morus candida Dod. Pempt.* 810.

Morus fructu albo, minori, ex albo purpuraſcente. *Morus fructu minori, albo, macriori, purpuraſcente H. Cathol.*

Morus alba, fructu minori, inſulſo H. Cathol.



SECTIO V.

De Arboribus & Fruticibus flore amentaceo, in eadem arbore separato à fructu sicco.

GENUS I.

Plantanus. *Platane.*

Tab. 363. PLATANUS est plantæ genus, flore A amentaceo, glomerato, plurimis nempè staminibus B constante, sed sterili: tener autem fructus D embryonibus E, F turgidus abit deinde in majorem globum G, semine fœtum H, I cum intermixta lanugine K.

Platani species sunt

Platanus Orientalis, verus Park. Theat. 1427. *Platanus J. B.* 1. 170. *Dod. Pempt.* 842.

Platanus Occidentalis aut virginensis Park. Theat. 1427. *Platane de Virginie.*

SECTIO VI.

De Arboribus & Fruticibus, flore amentaceo, quorum alii in eodem genere floribus tantùm, alii verò fructibus solis plerumque donantur.

GENUS I.

Salix. *Saule.*

Tab. 364. SALIX est plantæ genus, flore amentaceo A, B, plurimis nempe staminibus C, D in spicam congestis constante, sed sterili: embryones autem E, F, G iis Salicis speciebus innasci solent quæ floribus carent spicati pariter; abeuntque deinde in fructum H seu capsulam coniformem, bifariam dehiscentem I K, seminibusque fœtam L pappis instructis M.

Salicis species sunt

Salix vulgaris, alba, arborescens C. B. Pin. 473. *Salix maxima, fragilis, alba, hirsuta J. B.* 1. 212. *Salix Dioscoridis Lob. Icon.* 136.

Salix vulgaris, nigricans, folio non serrato C. B. Pin. 473. *Salix rubea, minimè fragilis, folio longo, angusto J. B.* 1. 215. *Salix Phænicophlæos sive Phœnicea Lugd.* 277.

Salix vulgaris, rubens C. B. Pin. 473. *Salix Amerina Lugd.* 274.

Salix sativa, lutea, folio crenato C. B. Pin. 473. *Salix lutea, tenuior, sativa, Viminea J. B.* 1. 214. *Salix angustifolia, sylvestris Tabern. Icon.* 1037.

Salix folio Amygdalino, utrinque virente, aurito C. B. Pin. 473. *Salix spontanea, fragilis, Amygdalino folio, auriculata & non auriculata J. B. 1. 214. Salix sylvestris, latifolia Tabern. Icon. 1037.*

Salix folio Amygdalino, utrinque aurito, corticem abjiciens Raii Synopf. 292.

Salix folio longissimo, angustissimo, utrinque albido C. B. Pin. 474. *Elæagnus Dalechampii Lugd. 278.*

Sulix humilis, angustifolia C. B. Pin. 474. *Salix humilis, repens, angustifolia J. B. 1. 214. Lob. Icon. 137.*

Salix oblongo, incano, acuto folio C. B. Pin. 474. *Salix foliis longissimis, crispis, subtus albicantibus J. B. 1. 212. Salix oblongo, incano folio C. B. Prodr. 159.*

Salix fragilis C. B. Pin. 474. *Prodr. 158.*

Salix humilis, capitulo squamoso C. B. Pin. 474. *Salix tenuior folio minore, utrinque glabro, fragilis J. B. 1. 213. Salix helice Theophrasti Lugd. 277.*

Salix montana, major, foliis Laurinis H. R. Par.

Salix subrotundo argenteo folio C. B. Pin. 474. *Prodr. 159.*

Salix humilis, latifolia, erecta C. B. Pin. 474. *Prodr. 159.*

Salix latifolia, repens C. B. Pin. 474. *Salix pusilla, humilis, Salicula repens Cam. Epit. 108.*

Salix Alpina, pumila, rotundifolia, repens, infernè subcinerea C. B. Pin. 474. *Salix pumila, latifolia, 1. Clus. Hist. 85. J. B. 1. 216. Salix pumila, prior Dod. Pempt. 843.*

Salix pumila, folio rotundo J. B. 1. 217.

Salix Alpina, Alni rotundo folio, repens Bocc. Mus. Part. 2. Tab. 1. *Salix Alpina, minima, lucida, repens, Alni rotundo folio Ejud. 19.*

Salix pumila, foliis utrinque glabro J. B. 1. 217. *Salix humilis, repens Lob. Icon. 138.*

Salix pumila, Linifolia, incana C. B. Pin. 474. *Salix pumila, angustifolia, pronâ parte cinerea J. B. 1. 213. Salix pumila, angustifolia, 1. Clus. Hist. 86.*

Salix pumila, brevi angustoque folio incana C. B. Pin. 484. *Salix pumila, angustifolia, infernè lanuginosa J. B. 1. 212. Salix pumila, angustifolia ij. Clus. Hist. 86.*

Salix Alpina, Pyrenaica C. B. Pin. 474. *Prodr. 159.*

Salix Alpina, angustifolia, repens, non incana C. B. Pin. 474. *Prodr. 159.*

Salix Alpina, Serpilli folio lucido Bocc. Mus. Part. 2. Tab. 1. *Salix Alpina, minima, repens, retuso Serpilli folio lucido Ejusd. 18. Salix saxatilis, minima C. B. Prodr. 159.*

Salix latifolia, rotunda C. B. Pin. 474. *Salix latifolia, infernè hirsuta J. B. 1. 215. Salix Caprea, rotundifolia Tabern. Icon. 1038. Marceau.*

Salix folio ex rotunditate acuminato C. B. Pin. 474. *Salix Caprea, latifolia Tabern. Icon. 1038.*

Salix platyphyllos, leucophlæos Lugd. 276. *Salix aquatica Lob. Icon.* 137.
Salix Lusitanica, Salviæ foliis auritis.
Salix, ait C. Bauhinus, quòd celeriter crescat, ut salire videatur, dicitur.

GENUS II.

Populus. *Peuplier.*

Tab. 365. POPULUS est plantæ genus, flore A amentaceo, plurimis nempe foliolis C apicibus donatis constante, sed sterili: teneri enim fructus B innasci solent iis Populi speciebus quæ floribus carent, spicati, plurimis foliolis compositi D, E, F, sub quibus latet campana quædam G embryonem H complectens. Is autem abit deinde in siliquam I membranaceam, bifariam dehiscentem K L, spicatam N, seminibusque fœtam M, pappis instructis O. His notis addenda est propria Populi facies quâ differt à Salice.

Populi species sunt

Populus alba, majoribus, foliis C. B. Pin. 492. *Populus alba*, Λευκή *J. B.* 1. 160. *Populus alba Dod. Pempt.* 835. *Peuplier blanc.*

Populus alba, minoribus foliis Lob. Icon. 193. *Populus alba, folio minore J. B.* 1. 160.

Populus nigra C. B. Pin. 429. *Dod. Pempt.* 836. *Populus nigra sive* αἴγειρος *J. B.* 1. 155. *Peuplier noir.*

Populus tremula C. B. Pin. 429. *Populus Lybica*, κερκίς *Theophrasti J. B.* 1. 163. *Populus Lybica Dod. Pempt.* 836. *Tremble.*



CLASSIS XX.

DE ARBORIBUS ET FRUTICIBUS,

Flore Monopetalo.

SECTIO I.

De Arboribus & Fruticibus, flore Monopetalo, cujus piſtillum abit in fructum mollem, ſeminibus calloſis fœtum.

GENUS I.

Rhamnus. *Nerprun.*

RHAMNUS eſt plantæ genus, flore A, C monopetalo, infundibuliformi, quadripartito, è cujus fundo ſtamina B ſurgunt cum piſtillo D, quod deinde abit in baccam E mollem, ſucci plenam, quatuor plerumque ſeminibus fœtam F calloſis, hinc gibbis G, inde verò planis. *Tab. 366.*

Rhamni ſpecies ſunt

Rhamnus catharticus C. B. Pin. 478. *J. B.* 1. 55. *Rhamnus ſolutivus. Dod. Pempt.* 756.

Rhamnus catharticus, minor C. B. Pin. 478. *Lycium Gallicum Ejuſd.* 478. *J. B.* 1. 58. *Spina infectoria, pumila,* 1 *Cluſ. Hiſt.* 111. *Graine d'Avignon.*

Rhamnus catharticus, minor, folio longiori. *Lycium facie Pruni ſylveſtris, ſive Italicum C. B. Pin.* 478. *Spina infectoria, pumila, ij, Cluſ. Hiſt.* 112.

Rhamnus tertius, flore herbaceo, baccis nigris C. B. Pin. 477. *Rhamnus iij. Cluſii J. B.* 1. 34. *Rhamnus iij. fortè niger Theophraſti Cluſ. Hiſt.* 110.

Rhamnus Hiſpanicus, Buxi folio, minor. *Lycium Hiſpanicum, folio Buxi C. B. Pin.* 478. *Lycium, quorundam, folio Myrti Tarentinæ aut Buxi J. B.* 1. 61. *Lycium quorundam Cluſ. Hiſt.* 111.

Rhamnus Hiſpanicus, Buxi folio ampliore.

Rhamnus Hiſpanicus, Oleæ folio.

Rhamnus Hiſpanicus, Hyperici folio.

Rhamnus Hiſpanicus, Siliquæ folio, & facie.

Rhamnus Hiſpanicus, ſaxatilis, capillaceo folio, rupibus innaſcens.

GENUS II.

Thymelæa. *Garou.*

Tab. 386. G THYMELÆA est plantæ genus, flore A monopetalo, quodammodo infundibuliformi, quadripartito, è cujus fundo surgit pistillum B, quod deinde abit in fructum ovatum, nunc succi plenum C, nunc siccum, semine fœtum oblongo D.

Thymelæ species sunt

Thymelæa foliis Lini C. B. Pin. 463. *Thymelæa Monspeliaca J. B.* 1. 591. *Thymelæa Clus. Hist.* 87.

Thymelæa foliis Lini C. B. Pin. 463. *Thymelæa Monspeliaca J. B.* 1. 591. *Thymelæa Clus Hist.* 87.

Thymelæa Linifoliæ similis, Africana, floribus pallidis, odoratissimis Prodr. Par. Bat. *Thymelæa Africana, Linariæ folio, floribus albis, in extremo caulium, odoratissimis Pluk. Phytog. Tab.* 113. *fig.* 3.

Thymelæa Linifoliæ similis, Africana, foliis lucidis, latioribus & obtusis Par. Bat.

Thymelæa Africana, foliis Lini, floribus in capitulum congestis Oldenl.

Thymelæa Alpina, Linifolia, humilior flore purpureo, odoratissimo. *Thymelææ affinis facie externa C. B. Pin.* 463. *Cneorum Mathioli suffrutex J. B.* 1. 570. *Cneorum Math.* 46.

Thymelæa Alpina, Linifolia, humilior, flore albo, odoratissimo.

Thymelæa villosa, minor Lusitanica, Polygonii folio. *Sanamunda pumila, Lusitana V. Lusit.*

Thymelæa Linariæ folio, vulgaris. *Lithospermum Linariæ folio, Germanicum C. B. Pin.* 259. *Passerina Tragi J. B.* 3. 456. *Linaria altera, botryoides, montana Col. Part.* 1. 82.

Thymelæa Linariæ folio, Hispanica.

Thymelæa Africana, Rorismarini folio angustissimo, breviori Oldenl.

Thymelæa Africana, Rorismarini folio, angustissimo, longiori Oldenl.

Thymelæa Africana, Rorismarini folio, flore albo Plum.

Thymelæa latifolia, Hispanica, Oleæ foliis.

Thymelæa argentea, Italica, Oleæ foliis.

Thymelæa saxatilis, Oleæ folio. *Chamelæa Alpina, folio infernè incano C. B. Pin.* 462. *Chamælea incana & lanuginosa J. B.* 1. 586. *Chamælea Alpina, incana Lob. Icon.* 370.

Thymelæa Alpina, folio utrinque incano, flore albo. *Chamelæa Sabaudica, folio utrinque incano, flore albo Raii Hist.* 1588.

Thymelæa foliis Polygalæ villosis.

Thymelæa foliis Chamelææ minoribus, subhirsutis C. B. Pin. 463. *Sanamunda* I *Clus. Hist.* 88.

Thymelæa foliis Kali lanuginosis, salsis C. B. Pin. 463. *Sanamunda ij. Clus. Hist.* 88. *J. B.* 1. 594.

Thymelæa Cantabrica, Juniperifolia, ramulis procumbentibus.
Thymelæa Pyrenaica, Juniperifolia, ramulis surrectis.
Thymelæa Africana, Sanamundæ facie, Ericæ foliis angustissimis Prodr. Par. Bat. *Pluk. Phytog.* 228. *fig.* 9.
Thymelæa foliis candicantibus, serici instar mollibus C. B. Pin. 463. *Tarton-raire Gallo-provinciæ Massiliensium Lob. Icon.* 371.
Thymælea Africana, Tarton-raire similis, floribus in capitulum congestis Oldenl.
Thymelæa tomentosa, foliis Sedi minoris C. B. Pin. 463. *Sesamoides parvum Dalechampii, Sanamunda iij. Clusii J. B.* 1. 595. *Sanamunda iij. Clus. Hist.* 89.
Thymelæa Hispanica foliis Myrti incanis.
Thymelæa Africana, foliis Rusci Oldenl.
Thymelæa Africana, frutescens, Jasmini flore, foliis Polygalæ Oldenl.
Thymelæa Africana, angustifolia, Jasmini flore Oldenl.
Thymelæa Capensis, Nepæ Theophrasti foliis aculeatis, flore parvo, purpureo Pluk. Phytog. 229. fig. 5.
Thymelæa Lauri folio, sempervirens, seu Laureola mas. *Laureola sempervirens, flore viridi, quibusdam Laureola mas C. B. Pin.* 462. *Laureola sempervirens, flore luteolo J. B.* 1. 564. *Laureola Dod. Pempt.* 365. *Laureole.*
Thymelæa Lauri folio deciduo, sive Laureola fœmina. *Thymælea folio deciduo, flore purpureo, officinis Laureola fœmina C. B. Pin.* 462. *Laureola folio deciduo, sive Mesereon Germanicum J. B.* 1. 566. *Chamælea Germanica Dod. Pempt.* 364.
Thymelæa Lauri folio deciduo, flore albido, fructu flavescente. *Laureola folio deciduo, flore albo, officinis Laureola fœmina C. B. Pin.* 462.

GENUS III.

Alaternus. *Alaterne.*

ALATERNUS est plantæ genus, flore A, C monopetalo, infundibuliformi, quinquepartito & quasi stelliformi, è cujus fundo surgit pistillum D quod deinde abit in fructum seu baccam E seminibus plerumque fœtam ternis F, hinc gibbis G, inde verò angulatis H. *Tab. 366.*

Alaterni species sunt
Alaternus 1 Clus. Hisp. 56. *Phylica elatior C. B. Pin.* 476. *Spina Bourgi Monspeliensium J. B.* 1. 542.
Alaternus minore folio. *Alaternus ij. Clus. Hisp.* 58. *J. B.* 1. 542.
Alaternus aurea seu foliis ex luteo variegatis H. R. Par. *Alaternus foliis ex luteo variegatis Mor. H. R. Bles.*
Alaternus argentea, seu foliis ex albo variis H. R. Par. *Alaternus foliis ex albo variegatis Mor. H. R. Bles.*
Alaternus Monspeliaca, foliis profundiùs incisis H. R. Par.
Alaternus minima, Buxi minoris foliis H. R. Par.

Alaternus Hiſpanica, latifolia.

Alaternus Americana, ſpinoſiſſima, Buxi folio Plum.

Alaternus, ut aiunt, quaſi foliis alterno ordine naſcentibus: his autem facilè dignoſcitur à Phillyrea.

GENUS IV.

Phillyrea. *Filaria.*

Tab. 367. PHILLYREA eſt plantæ genus, flore A monopetalo, campaniformi, quadripartito, è cujus calyce D ſurgit piſtillum C infimæ floris parti B adinſtar clavi infixum, quod deinde abit in fructum E ferè globoſum, ſemine fœtum G ejuſdem formæ F.

Phillyreæ ſpecies ſunt

Phillyrea latifolia, lævis C. B. Pin. 476. *Phillyrea arbor Gallo-provinciæ, verior Macaleb Serapionis Lob. Icon.* 132. *Phillyrea arbor Lobelio J. B.* 1. 540.

Phillyrea latifolia, ſpinoſa C. B. Pin. 476. *Phillyrea folio Ilicis J. B.* 1. 541. *Phillyrea Cluſ. Hiſt.* 51.

Phillyrea folio leviter ſerrato C. B. Pin. 476. *Phillyrea folio Alaterni J. B.* 1. 541. *Phillyrea ij. Cluſ. Hiſt.* 52.

Phillyrea folio Liguſtri C. B. Pin. 476. *Phillyrea latiuſculo folio J. B.* 1. 539 *Phillyrea iij. Cluſ.* 52.

Phillyrea anguſtifolia, prima C. B. Pin. 470. *Phillyrea iiij. Cluſ. Hiſt. Phillyrea anguſtifolia J. B.* 1. 538.

Phillyrea anguſtifolia, ſecunda C. B. Pin. 476. *Phillyrea v. Cluſ. Hiſt.* 52.

Phillyrea anguſtifolia, ſpinoſa H. R. Par.

Phillyrea longiore folio profundè crenato H. R. Par.

Phillyrea folio Buxi H. R. Par.

Phillyrea Hiſpanica, Lauri folio ſerrato & aculeato.

Phillyrea Hiſpanica, Nerii folio.

Phillyrea Americana, humilis, radice craſſâ, luteâ, foliis acuminatis Plum.

Phillyrea Americana, humilis, radice craſſâ, roſeâ, foliis rotundioribus Plum.

Phillyrea flore fructuque carens foliis binis ex adverſo naſcentibus, facilè dignoſcitur.

GENUS V.

Liguſtrum. *Troëne.*

Tab. 367. LIGUSTRUM eſt plantæ genus, flore monopetalo A, B infundibuliformi, è cujus calyce D ſurgit piſtillum E infimæ floris parti C clavi adinſtar infixum quod deinde abit in fructum F ferè globoſum, mollem, ſucci plenum, ſeminibuſque fœtum ut plurimùm quaternis G, hinc gibbis H, inde verò planis.

Liguſtri ſpecies ſunt

Liguſtrum J. B. 1. 528. *Liguſtrum Germanicum C. B. Pin.* 475. *Phillyrea Dod. Pempt.* 775.

Liguſtrum foliis è luteo variegatis H. R. Par. *Liguſtrum variegatum Munt. Hiſt.* 254. *Troëne panaché.*

Liguſtrum Americanum, Lauri folio, flore flaveſcente, baccis niveis Plum.

GENUS VI.

Laurus. *Laurier.*

LAURUS eſt plantæ genus, flore A, B monopetalo, pelviformi, multifido, è cujus fundo ſurgit piſtillum C quod deinde abit in fructum plerumque ovatum ſeu baccam D, cujus cortici E ſubeſt teſta F unicapſularis G, ſemine fœta H ejuſdem penè formæ. *Tab.* 367.

Lauri ſpecies ſunt

Laurus latifolia, πλατυτέρα Dioſcoridis C. B. Pin. 460. *Laurus latifolia, mas & fœmina Tabern Icon.* 951.

Laurus vulgaris C. B. Pin. 460. *Laurus J. B.* 1. 409. *Laurus mas & fœmina Tabern. Icon.* 950. *Laurier franc.*

Laurus vulgaris, flore pleno H. R. Monſp. *Laurier franc à fleur double.*

Laurus vulgaris, folio undulato H. R. Par.

Laurus tenuifolia, mas Tabern. Icon. 952.

GENUS VII.

Jaſminum. *Jaſmin.*

JASMINUM eſt plantæ genus, flore A B monopetalo, infundibuliformi, multifido, è cujus calyce E ſurgit piſtillum D infimæ floris parti C adinſtar clavi infixum, quod deinde abit in fructum mollem ſeu baccam F, I uno K vel altero G, H ſemine fœtam. *Tab.* 368.

Jaſmini ſpecies ſunt

Jaſminum vulgatius, flore albo C. B. Pin. 397. *Jaſminum ſive Gelſeminum flore albo J. B.* 2. 101. *Gelſeminum vulgatius. Jaſminum Lob. Icon.* 105.

Jaſminum Hiſpanicum, flore majore, externè rubente J. B. 2. 101. *Jaſminum humilius, magno flore C. B. Pin.* 398. *Jaſminum candidiflorum Tabern. Icon.* 885. *Jaſmin d'Eſpagne.*

Jaſminum Hiſpanicum, flore prolifero Mentz. Pug. *Jaſmin d'Eſpagne à fleur double.*

Jaſminum Azoricum, flore albo V. Luſit. *Jaſminum Azoricum, trifoliatum flore albo, odoratiſſimo H. Amſtel. in folio* 159.

Jaſminum ſive Gelſeminum luteum J. B. 2. 102. *Jaſminum humile, luteum C. B. Pin.* 397. *Jaſminum luteum Lob. Icon.* 106.

Jaſminum luteum, vulgò dictum bacciferum C. B. Pin. 398. *Trifolium fruticans quibuſdam, Polemonium flore luteo J. B.* 1. 374. *Trifolium fruticans Dod. Pempt.* 571.

Jaſminum Indicum, latifolium, fructu gemino. *Tſiregam-Mulla H. Mal.* 6. 97.

Jasminum Indicum, angustifolium, fructu gemino. *Katu-Pits je gam-Mulla H. Mal.* 6.93.

Jasminum Indicum, latifolium, fructu biventri, *Katu-Mulla H. Mal.* 6.99.

Jasminum Indicum, latifolium, monococcon. *Katu Tsiiregam-Mulla H. Mal.*6.95.

Jasminum arborescens, Lauri folio odoratissimo, flore albo Plum.

Jasminum arborescens, Nicotaniæ folio flore albo. Plum.

Jasminum arborescens, foliis Solani, baccis nigro-violaceis Plum.

Jasminum inodorum, repens, foliis Violæ Plum.

GENUS VIII.

Arbutus. *Arbousier.*

Tab. 368. ARBUTUS est plantæ genus, flore A monopetalo, campaniformi, globoso, ex cujus calyce D surgit pistillum C posticæ floris parti B adinstar clavi infixum, quod deinde abit in fructum E subrotundum, carnosum, in quinque loculamenta divisum F seminibusque fœtum L placentæ G H, I K affixis.

Arbuti species sunt

Arbutus folio serrato C. B. Pin. 460. *Arbutus, Comarus Theophrasti J. B.* 1. 83. *Arbutus Dod. Pempt.* 804.

Arbutus fructu turbinato, folio serrato. *Arbutus oblongo & acuto fructu Barr. Icon.*

SECTIO II.

De Arboribus & Fruticibus, flore monopetalo, cujus pistillum abit in fructum seminibus osseis fœtum.

GENUS I.

Styrax. *Storax.*

Tab. 369. STYRAX est plantæ genus, flore A monopetalo, veluti infundibuliformi, multifido, è cujus calyce surgit pistillum C posticæ floris parti B adinstar clavi infixum, quod deinde abit in fructum E subrotundum, carnosum F, uno vel altero osseiculo G,H plerumque fœtum,in quo I nucleus continetur L.

Styracis speciem unicam novi.

Styrax folio mali Cotonei C. B. Pin. 452. *Styrax arbor* 1. 3. 341. *Styrax Lob. Icon.* 151.

GENUS II.

Olea. *Olivier.*

Tab. 370. OLEA est plantæ genus, flore A monopetalo, veluti infundibuliformi, ple-

rumque quadripartito, ex cujus calyce C surgit pistillum D infimæ floris parti B adinstar clavi infixum, quod deinde abit in fructum ovatum E, mollem, succi plenum, osficulo fœtum F oblongo G, in quo G,H,K nucleus continetur H ejusdem formæ.

Oleæ species sunt

Olea fructu maximo. *Olivæ maximæ, Hispanicæ C. B. Pin.* 472. *Oliva crassior, circa Hispalim nascens Clus. Hist.* 25. *Olive d'Espagne.*

Olea fructu oblongo, minori. *Olivæ minores & Genuenses & ex Provincia C. B. Pin.* 472. *Oliva minor, oblonga Bot. Monsp. & H. R. Monsp. Olive Picholine.*

Olea fructu oblongo, atrovirente. *Olivæ oblongæ, atrovirentes C. B. Pin.* 472.

Olea fructu albo. *Oliva alba Clus. Hist.*

Olea fructu minore & rotundiore. *Olivæ minores, rotundiores C. B. Pin.* 472. *Olivolæ Cæsalp.* 73.

Olea fructu majusculo & oblongo. *Olivæ majusculæ, oblongæ C. B. Pin.* 472.

Olea fructu majori, carne crassâ. *Olivæ majores & pulposiores C. B. Pin.* 472. *Olivæ regiæ Cæsalp.* 73.

Olea sativa, major, oblonga, angulosa, Amygdali formâ H. R. Monsp.

Olea media, oblonga, fructu Corni H. R. Monsp.

Olea maxima, subrotunda H. R. Monsp.

Olea media, rotunda viridior H. R. Monsp.

Olea media, rotunda, præcox H. R. Monsp.

Olea minor, rotunda, racemosa H. R. Monsp.

Olea minor, rotunda, rubro-nigricans H. R. Monsp.

Olea minor, rotunda, ex rubro & nigro variegata H. R. Monsp.

Olea minor, Lucensis, fructu odorato. *Oliva minor, Lucensis, odorata H. R. Par. Olive de Luques.*

Olea sylvestris, folio duro, subtus incano C. B. Pin. 472. *Oleaster sive Olea sylvestris J. B.* 1. 17. *Sylvestris Olea Clus. Hist.* 26. *Olivier sauvage.*

Olea sylvestris, Hispanica folio duro, subtus incano, fructu obtuso, mucronato.

Plures aliæ species Oleæ recensentur in Horto Catholico.

GENUS III.

Uva Ursi.

UVA Ursi est plantæ genus, flore monopetalo A, campaniformi, globoso, ex cujus calyce D surgit pistillum C posticæ floris parti B adinstar clavi infixum, quod deinde abit in fructum mollem seu baccam E sphæricam, osficulis fœtam F, hinc gibbis G, inde verò planis. *Tab.* 370.

Uva Ursi speciem unicam novi.

Uva Ursi Clus. Hist. 63. *Vitis Idæa foliis carnosis & veluti punctatis, sive Idæa radix Dioscoridi C. B. Pin.* 470.

GENUS IV.

Aquifolium. *Houx.*

Tab. 371. AQUIFOLIUM eſt plantæ genus, flore A plerumque monopetalo, rotato, ex cujus calyce C ſurgit piſtillum D mediæ floris parti B adinſtar clavi infixum, quod deinde abit in fructum mollem E ſeu baccam oſſiculis fœtam F hinc gibbis G, inde verò planis.

Aquifolii ſpecies ſeu potius varietates ſunt

Aquifolium ſive Agrifolium vulgò J. B. 1. 114. *Agrifolium Dod. Pempt.* 758. *Ilex aculeata, baccifera, folio ſinuato C. B. Pin.* 425.

Aquifolium foliis ex luteo variegatis H. R. Par. *Aquifolium Aureum Munt. Hiſt.* 163.

Aquifolium foliis ex albo variegatis H. L. Bat.

Aquifolium foliis oblongis, ſpinis & limbis argenteis H. L. Bat.

Aquifolium foliis ſubrotundis, ſpinis & limbis argenteis H. L. Bat.

Aquifolium longioribus foliis limbis & ſpinis ex unico tantum latere per totum argenteo pictis Pluk. Almag. Bot.

Aquifolium foliis oblongis, ſpinis & limbis aureis H. L. Bat.

Aquifolium foliis ſubrotundis, ſpinis & limbis aureis H. L. Bat. *Raii Synopſ.* 307.

Aquifolium baccis luteis H. L. Bat.

Aquifolium echinata folii ſuperficie Corn. 180.

GENUS V.

Guaiacana.

Tab. 371. GUAIACANA eſt plantæ genus, flore monopetalo A Campaniformi, è cujus calyce C ſurgit piſtillum D infimæ floris parti B adinſtar clavi infixum, quod deinde abit in fructum E F mollem, ſubrotundum, multicapſularem G, ſeminibus fœtum H, I, ex J. Bauhino *tanta duritie, ut vix dentibus atteri*
Cæſalp. 150. *poſſint*; ex Cæſalpino verò *cartilagineis.*

Guaiacanæ ſpecies ſunt

Guaiacana J. B. 1. 138. *Lotus Africana, latifolia C. B. Pin.* 447. *Dioſpyros ſive Faba Græca latifolia, Pſeudolotus Mathioli Lugd.* 349.

Guaiacana anguſtiore folio. *Lotus Africana, anguſtifolia, ſive fœmina C. B. Pin.* 447. *Dioſpyros ſive Faba Græca anguſtifolia, ſeu Lotus Africanus Lugd.* 349.

Guaiacana, quòd ad Guaiaci vires accedere exiſtimarint nonnulli recentiores medici.

SECTIO III.

De Arboribus & Fruticibus, flore monopetalo, cujus piſtillum abit in fructum membranaceum.

GENUS I.

Ulmus. *Orme.*

ULMUS eſt plantæ genus, flore monopetalo A campaniformi, flaminibus B inſtructo, è cujus fundo ſurgit piſtillum C quod deinde D, E abit in fructum membranaceum ſeu foliaceum F veluti cordiformem G, in cujus meditullio capſula H Pyriformis poſita eſt, membranacea pariter I, ſemine fœta I, K ejuſdem formæ. *Tab.* 372.

Ulmi ſpecies ſunt

Ulmus campeſtris & Theophraſti C. B. Pin. 426. *Ulmus J. B.* 1. 139. *Dod. Pempt.* 837. *Ulmus vulgaris cum ſamarris ſive ſeminibus ſuis Park. Theat.* 1404. *Ulmus vulgatiſſima, folio lato, ſcabro Ger. Emac.* 1480.

Ulmus folio latiſſimo, ſcabro Ger. Emac. 1481. *Ulmus latiore folio Park. Theat.* 1404.

Ulmus minor, folio anguſto ſcabro Ger. Emac. 1480. *Ulmus minor Park. Theat.* 1404.

Ulmus folio glabro Ger. Emac. 1481. *Park. Theat.* 1404.

SECTIO IV.

De Arboribus & Fruticibus, flore monopetalo, cujus piſtillum abit in fructum multicapſularem.

GENUS I.

Lilac.

LILAC eſt plantæ genus, flore A monopetalo, infundibuliformi, plerumque quadripartito, ex cujus calyce D ſurgit piſtillum C poſticæ floris parti D adinſtar clavi infixum, quod deinde abit in fructum E compreſſum, linguiformem, in duas parte hiantem F, G, ſepto medio H, I in duo loculamenta K diviſum ſeminibuſque fœtum L M compreſſis & marginatis. *Tab.* 372.

Lilac ſpecies ſunt

Lilac Math. 1237 *Syringa cærulea C. B. Pin.* 398. *Syringa flore cæruleo ſive Lilac J. B.* 1. 204.

Lilac flore albo. *Syringa flore quaſi argenteo C. B. Pin.* 398.

Lilac flore ſaturatè purpureo. *Syringa ſeu Lilac flore ſaturatè purpureo H. Edinb.*

Lilac Liguſtri folio. *Jaſminum Perſicum, foliis non laciniatis H. Edinb.*

Lilac laciniato folio. *Agem Lilac Perſarum Corn.* 189.

GENUS II.

Erica *Bruyere.*

Tab. 373. ERICA eſt plantæ genus, flore A, B monopetalo, campaniformi, è cujus fundo ſurgit piſtillum C quod deinde abit in fructum D, ut plurimum ſubrotundum quadrifariàm hiantem & in quatuor loculamenta F plerumque diſtinctum, ſeminibuſque fœtum G ut plurimùm exiguis.

Ericæ ſpecies ſunt

Erica vulgaris, glabra C. B. Pin. 485. *Erica vulgaris, humilis ſempervirens flore purpureo J.B.* 1. 354. *Erica Tabern. Icon.* 1111.

Erica vulgaris, glabra, flore albo C. B. Pin. 485. *Erica vulgaris, humilis ſempervirens, flore albo J. B.* 1. 154. *Erica alba Tabern. Icon.* 1111.

Erica Myricæ folio, hirſuta C. B. Pin. 485. *Erica myricæ folio, tomentoſis & incanis foliis Cluſii J. B.* 1. 355. *Erica foliis tomentoſis & incanis Cluſ. Hiſt.* 41.

Erica maxima, alba C. B. Pin. 485. *Erica foliis Corios, flore albo J. B.* 1. 355. *Erica Coris folio, i, Cluſ. Hiſt.* 41.

Erica maxima, purpuraſcens, longioribus foliis C. B. Pin. 485. *Erica foliis Corios quaternis, flore purpuraſcente J. B.* 1. 356. *Erica Coris folio, ij Cluſ. Hiſt.* 42.

Erica foliis Corios, multiflora J. B. 1. 356. *Erica Coris folio ij altera ſpecies Cluſ. Hiſt.* 42. *Erica Juniperifolia, densè fruticans, Narbonenſis Lob. Obſ.* 620.

Erica fruteſcens, peregrina C. B. Pin. 485. *Erica peregrina Brancionis Lob. Icon.* 216. *J. B.* 1. 359.

Erica major, floribus ex herbaceo purpureis C. B. Pin. 485. *Erica foliis Corios quaternis, floribus herbaceis, deinde ex albo purpuraſcentibus J.B.* 1. 356. *Erica Coris folio, iij. Cluſ. Hiſt.* 42.

Erica major, ſcoparia, foliis deciduis C. B. Pin. 485. *Erica arboreſcens, floribus luteolis vel herbaceis, minimis J.B.* 1. 356. *Erica Coris folio, iiij. Cluſ. Hiſt.* 42.

Erica ex rubro nigricans, ſcoparia C. B. Pin. 486. *Erica Brabantica, folio Coris hirſuto, quaterno J. B.* 1. 358. *Erica xiij. Cluſ. Hiſt.* 46.

Erica humilis, cortice cinericeo, Arbuti flore C. B. Pin. 486. *Erica ramulis ternis, floribus ſaturatioribus, purpureis J. B.* 1. 357. *Erica Coris folio, vj. Cluſ. Hiſt.* 43.

Erica humilis, cortice cinericeo, Arbuti flore albo H. R. Par.

Erica hirſuta, Anglica C. B. Pin. 486. *Erica ramis & foliis Corios ternis, floribus ex rubro purpuraſcentibus, majoribus J. B.* 1. 357. *Erica xij. Cluſ. Hiſt.* 46.

Erica ternis per intervalla ramulis C. B. Pin. 486. *Erica arborescens, Monspeliensis, flore purpurascente, ramulis ternis J. B.* 1. 357. *Erica Coris folio, v Clus. Hist.* 43.

Erica procumbens, ternis foliolis, carnea C. B. Pin. 486. *Erica parva, Pannonica, foliis Corios ternis, flore carneo, capitulis Thymi J. B.* 1. 358. *Erica Coris folio, ix. Clus. Hist.* 44.

Erica procumbens, herbacea C. B. Pin. 486. *Erica parva, foliis Corios quaternis, flore herbaceo, foliaceis capitulis J. B.* 1. 358. *Erica Coris folio viij. Clus. Hist.* 44.

Erica procumbens, dilutè purpurea C. B. Pin. 486. *Erica foliis Corios, flore purpureo dilutioris coloris J. B.* 1. 358. *Erica Coris folio, vij. Clus. Hist.* 43.

Erica Cantabrica, flore maximo, foliis Myrti subtus incanis.

Erica Africana, viridis, angustissimis & brevissimis foliis, flosculis in capitulum congestis Oldenl.

Erica Africana, flosculis subhirsutis, secundum ramulos dispositis Oldenl.

Erica Africana, incana, foliis angustissimis Oldenl.

Erica Africana, capillaceo brevique folio, flore rotundiori, purpureo Oldenl.

Erica Africana, folio minimo, flore rotundiori, albido Oldenl.

Erica Africana, Juniperifolia, flore oblongo spicato. *Erica Africana, arborescens, flore carneo Barth. Act. Hafs. Vol.* 2. 57.

Erica Africana, Coris folio, flore oblongo, spicato Oldenl.

Erica Africana, Juniperifolia, flore oblongo, umbellato. *Erica Africana, umbellata, flore purpureo Barth. Act. Hafs. Vol.* 2. 57. *Erica Coris folio hispido, Cerinthoides, Africana Breyn. Cent.* 1. 25.

Erica Africana, Coris folio, flore oblongo purpureo, è foliorum alis prodeunte Oldenl.

Erica Africana, Coris folio, flore breviori, purpureo, è foliorum alis prodeunte Oldenl.

Erica Africana, Coris folio, floribus vesicariis Oldenl.

Ab eo genere excludendæ sunt. Ericæ bacciferæ species & ad Empetrum revocandæ.

GENUS III.

Vitex.

VITEX est plantæ genus, flore monopetalo A, B, C, quasi bilabiato, posteriùs tubulato, è cujus calyce F surgit pistillum E posticæ floris parti D adinstar clavi infixum, quod deinde abit in fructum G ferè sphæricum in quatuor loculamenta divisum H seminibusque fœtum oblongis I. *Tab.* 373.

Viticis species sunt

Vitex latiore folio C. B. Pin. 475. *Agnus folio serrato J. B.* 1. 205. *Vitex latiore serrato folio Lob. Icon.* 139.

Vitex foliis angustioribus, Cannabis modo dispositis C. B. Pin. 475. *Agnus folio non serrato J. B.* 1. 205. *Vitex Dod. Pempt.* 774.

Vitex foliis anguſtioribus, Cannabis modo diſpoſitis, floribus cæruleis H. L. Bat.

Vitex ſive Agnus flore albido H. R. Par.

Vitex ſive Agnus minor, foliis anguſtiſſimis H. R. Par.

GENUS IV.

Chamærhododendros.

Tab. 373. CHAMÆRHODODENDROS eſt plantæ genus, flore A monopetalo, tubulato & quaſi infundibuliformi, è cujus calice ſurgit piſtillum C poſticæ floris parti B adinſtar clavi infixum, quod deinde abit in fructum D oblongum, in quinque loculamenta diviſum E, in totidem capſulas F, H dehiſcentem, axi G affixas ſeminibuſque fœtas I minutiſſimis.

Chamærhododendri ſpecies ſunt

Chamærhododendros Alpina, glabra. *Chamærhododendros montana Allobrogum Lentiſcifolia, Chamæleæ folia vel Oleaſtrifolia minùs odora Lob. Icon. 366. Ledum Alpinum, foliis ferrea rubigine nigricantibus C. B. Pin.* 468. *Nerium Alpinum quibuſdam, aliis Ledum glabrum J. B.* 2. 21.

Chamærhododendros Alpina, villoſa. *Balſamum Alpinum Geſneri Lob. Icon.* 366. *Ledum Alpinum, hirſutum C. B. Pin.* 468. *Nerium Alpinum quibuſdam, aliis Ledum hirſutum J. B.* 2. 21.

Chamærhododendros Alpina, Serpillifolia. *Chamæciſtus Serpillifolia, floribus Carneis C. B. Pin.* 466. *Anonymos fruticoſa foliis Ericæ bacciferæ Mathioli J. B.* 1. 527. *Chamæciſtus vij. Cluſ. Hiſt.* 75.

Chamærhododendros Indica flore amplo, coccineo. *Chamærhododendros exoticum, ampliſſimis floribus Liliaceis Breyn. Prodr.* 1. 23. *Ciſtus, Indicus, Ledi Alpini foliis & floribus amplis H. L. Bat.*

Camærhododendros à vocibus χάμαι *Humi*, & ῥοδοδένδρος *Nerion*; quaſi dicas Nerion humile.

SECTIO V.

De Arboribus & fruticibus Flore monopetalo, cujus piſtillum abit in fructum ſiliquoſum.

GENUS I.

Nerion. *Laurier-roſe.*

Tab. 374. NERION eſt plantæ genus, flore A monopetalo, veluti infundibuliformi multifido, è cujus calyce D ſurgit piſtillum C poſticæ floris parti B adinſtar clavi infixum, quod deinde abit in fructum E teretem, ex duabus veluti ſiliquis F G, H I compoſitum, ſemine fœtis K pappis inſtructo L.

Nerii ſpecies ſunt

Nerion floribus rubeſcentibus C. B. Pin. 464. *Nerion ſive Rhododendron flore rubro J. B. 2. 141. Oleander, Laurus roſea Lob. Icon. 364. Laurier-roſe à fleur rouge.*

Nerion floribus albis C. B. Pin. 464. *Lob. Icon. 365. Nerion ſive Rhododendron flore albo J. B. 1. 141. Laurier roſe à fleur blanche.*

Nerion Indicum, anguſtifolium, floribus odoratis, ſimplicibus H. L. Bat.

Nerion Indicum, latifolium, floribus odoratis, plenis H. L. Bat.

Nerion latifolium, Indicum, flore variegato, odorato pleno H. Amſtel. in fol.

Nerion ſcandens, Americanum, radice Bryoniæ tuberoſâ Plum.

GENUS II.

Acacia. *Caſie.*

ACACIA eſt plantæ genus, flore A monopetalo, infundibuliformi, ſtaminibus numeroſis plerumque donato B & in capitulum collecto C C: ex floris autem fundo ſurgit piſtillum D quod deinde abit in fructum ſiliquoſum E, in plurimas veluti foveas diviſum F ſeminibuſque fœtum ſubrotundis G. *Tab. 375.*

Acaciæ ſpecies ſunt

Acacia vera J. B. 429. *Acacia foliis Scorpioidis leguminoſæ C. B. Pin. 392. Acacia Dod. Pempt. 752.*

Acacia Ægyptiaca, floribus albis P. Alp. de Plant. Ægypt. Deſcript. 10.

Acacia Indica, Farneſiana Ald. 2. *Acacia Indica, foliis Scorpioidis leguminoſæ, ſiliquis fuſcis, teretibus, reſinoſis H. L. Bat.*

Acacia Americana, foliis amplioribus, ſiliquis cincinnatis Plum. *Bracelets.*

Acacia Americana, foliis amplioribus ſiliquis compreſſis, flore coccineo Plum.

Acacia Americana, latifolia, Alopecuroides, flore albo Plum.

Acacia Americana, non ſpinoſa ſiliquis latis, compreſſis, flore albo Plum.

Acacia Americana, aculeata, flore albo, foliis Tamarini Plum.

Acacia Americana, repens, aculeata, flore albo, foliis ſiliquæ Plum.

Acacia Americana, non ſpinoſa, foliis Juglandis, flore purpureo Plum.

Acacia Americana, repens, aculeata, flore albo, foliis omnium minimis Plum.

Acacia Americana, fruteſcens, non aculeata, flore purpuraſcente Plum.

Acacia validiſſimis & longiſſimis aculeis albicantibus munita, flore luteo.

Piper Æthiopicum Mathioli ad hoc genus ſpectare videtur.

GENUS III.

Mimoſa. *Senſitive.*

MIMOSA eſt plantæ genus, flore A monopetalo, infundibuliformi, numeroſis ſtaminibus B plerumque donato & in capitulum quoddam collecto: ex floris autem fundo ſurgit piſtillum C quod deinde abit in ſiliquam vel ſimplicem D & bivalvem, F, ſeminibus fœtam oblongis G, vel compoſitam H ex plurimis partibus articulatione quadam tranſverſa conjunctis I, M, qua- *Tab. 375.*

rum ſingulæ K ſemine turgent ſubrotundo L. His notis addendum eſt folia Mimoſæ ſi tangantur motu quodam ſyſtoles & diaſtoles donari.

Mimoſæ ſpecies ſunt

Mimoſa ſeu frutex ſenſibilis. *Frutex ſenſibilis, Herba mimoſa dicta Park. Theat.* 1617.

Mimoſa altera, ſpinis horridiuſcula & ſenſitiva magis H. R. Par. *Æſchynomene ſpinoſa, 1, ſive latifolia, Braſiliana, ſiliquis radiatis Breyn. Cent.* 1. 31.

Mimoſa latifolia, ſiliculis in orbem glomeratis. *Herba mimoſa, minor, ſpinoſa foliis latioribus, ſiliculis plurimis, villoſis, in capitulum congeſtis Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 2. 199.

Mimoſa Jamacenſis Zan. Hiſt. 149.

Mimoſa ſpinoſa, Pernambucana Zan. Hiſt. 144.

Mimoſa, à mimo, cujus motus imitari videtur.

SECTIO VI.

De Arboribus & Fruticibus, flore monopetalo, cujus calyx abit in baccam.

GENUS I.

Sambucus. *Sureau.*

Tab. 376. SAMBUCUS eſt plantæ genus, flore A, C monopetalo, rotato, multifido, cujus meditullium B à mucrone E calycis D tanquam à clavo perfoditur: calyx autem abit deinde in baccam F ſucci plenam & ſeminibus fœtam oblongis G.

Sambuci ſpecies ſunt

Sambucus fructu in umbellâ nigro C. B. Pin. 456. *Sambucus vulgaris J. B.* 1. 544. *Sambucus Dod. Pempt.* 845.

Sambucus fructu in umbellâ viridi C. B. Pin. 456. *Sambucus fructu albo Lob. Icon.* 162.

Sambucus racemoſa, rubra C. B. Pin. 456. *Sambucus racemoſa, acinis rubris J. B.* 1. 551. *Sambucus montana, racemoſa Lob. Icon.* 163.

Sambucus laciniato folio C. B. Pin. 456. *Sambucus laciniata J. B.* 1. 549. *Sambucus lacinioſo folio Dod. Pempt.* 845.

Sambucus humilis ſive Ebulus C. B. Pin. 456. *Ebulus ſive Sambucus herbacea J. B.* 1. 546. *Ebulus Dod. Pempt.* 381. *Yeble.*

Sambucus humilior, fruteſcens, foliis eleganter variegatis H. Edinb.

Sambucus humilis, ſive Ebulus folio laciniato C. B. Pin. 456. *Ebulo laciniato Pon. Bald. Ital.* 234.

Sambucus flore fructuque carens foliis conjugatis & fœtidis dignoſci ſolet.

GENUS II.

Opulus. *Obier.*

OPULUS est plantæ genus, flore A monopetalo sed multiplici: alius enim A ad muscarii circumferentiam positus, rotatus est, perfossus in meditullio C ab pistillo F calycis K, & sterilis. Alius verò B pelviformis à cacumine calycis E, in meditullio D etiam perfossus: hujus verò calyx abit in fructum G seu baccam mollem, semine fœtam H I cordiformi & compresso. *Tab. 376.*

Opuli species sunt

Opulus Ruellii 281. *Sambucus aquatica flore simplici C. B. Pin.* 564. *Sambucus aquatica, J. B.* 1. 552. *Sambucus palustris Dod. Pempt.* 846.

Opulus flore globoso. *Sambucus aquatica, flore globoso, pleno C. B. Pin.* 456. *Sambucus rosea J. B.* 1. 553. *Sambucus rosea sive aquatica Lob. Icon.* 201.

GENUS III.

Viburnum. *Viorne.*

VIBURNUM est plantæ genus, flore A monopetalo, rotato, multifido, cujus meditullium B perfoditur à cacumine calycis C. Is autem deinde abit in fructum mollem seu baccam D succi plenam & semine fœtam osseo E compresso, striato. *Tab. 377.*

Viburni speciem unicam novi.

Viburnum Math. 217. *Lantana vulgò, aliis Viburnum J. B.* 1. 557.

GENUS IV.

Tinus. *Laurier - tin.*

TINUS est plantæ genus, flore A monopetalo, rotato, multifido, cujus meditullium B perfoditur à cacumine calycis C: Is autem deinde abit in fructum Olivæformem D umbilicatum, semine fœtum E plerumque Pyriformi *Tab. 377.*

Tini species sunt

Tinus prior Clus. Hist. 49. *Laurus sylvestris, Corni fœminæ foliis subhirsutis C. B. Pin.* 461. *Laurus Tinus seu sylvestris, prior J. B.* 1. 418.

Tinus alter Clus. Hist. 49. *Laurus sylvestris, foliis venosis C. B. Pin* 461.

Tinus tertius Clus. Hist. 50. *Laurus sylvestris, folio minore C. B. Pin.* 461.

GENUS V.

Vitis Idæa. *Airelle ou Mirtile.*

VITIS IDÆA est plantæ genus, flore A monopetalo, campaniformi, globoso, è cujus calyce D surgit pistillum C posticæ floris parti B adinstar clavi infixum: calyx autem D abit deinde in fructum mollem E seu baccam umbilicatam F, succi plenam seminibusque fœtam G plerumque exiguis H. *Tab. 377.*

Vitis Idææ ſpecies ſunt

Vitis Idæa foliis oblongis, crenatis, fructu nigricante C. B. Pin. 470. *Vitis Idæa anguloſa J. B.* 1. 522. *Vitis Idæa ſive Myrtillus* 1 *Tabern. Icon.* 1078.

Vitis Idæa foliis ſubrotundis, non crenatis, baccis rubris C. B. Pin. 470. *Vitis Idæa ſempervirens, fructu rubro J. B.* 1. 522. *Vaccinia rubra Lob. Icon.* 109.

Vitis Idæa foliis oblongis albicantibus C. B. Pin. 470. *Vitis Idæa fructu nigro J. B.* 1. 519. *Vitis Idæa Cluſ. Hiſt.* 61.

Vitis Idæa magna quibuſdam ſive Myrtillus grandis J. B. 1. 518. *Vitis Idæa foliis ſubrotundis, exalbidis C. B. Pin.* 470.

Vitis Idæa Zeylanica, odoratiſſima. *Myrtus Zeylanica, odoratiſſima, baccis niveis, monococcis H. L. Bat.*

Vitis Idæa Canadenſis, Pyrolæ folio Sarrac.

Vitis Idæa Canadenſis, Myrti folio Sarrac.

GENUS VI.

Caprifolium. *Chevre-feüille.*

Tab. 378. CAPRIFOLIUM eſt plantæ genus, flore H monopetalo, calyci K inſidente, in orbem poſito A, B, C, D, E, F, tubulato G in duo labia dehiſcente, quorum ſuperius H multifidum, inferius I plerumque linguiforme: calyx autem deinde abit in fructum mollem ſeu baccam L ſemine fœtam M compreſſo & ſubrotundo.

Caprifolii ſpecies ſunt.

Caprifolium Germanicum Dod. Pempt. 411. *Periclymenum non perfoliatum, Germanicum C. B. Pin.* 301. *Periclymenum non perfoliatum J. B.* 2. 104.

Caprifolium Italicum Dod. Pempt. 411. *Periclymenum perfoliatum C. B. Pin.* 302. *Periclymenum perfoliatum J. B.* 2. 104.

Caprifolium Germanicum, flore rubello, ſerotinum Broſſ. *Periclymenum perfoliatum, ſerotinum, ſpecioſius H. R. Par.*

Caprifolium Italicum perfoliatum præcox Broſſ. *Periclymenum perfoliatum, præcox, Narbonenſe H. R. Par.*

Caprifolium perfoliatum, foliis ſinuoſis & variegatis. *Periclymenum perfoliatum, folio variegato D. Marchant H. L. Bat. App. Periclymenum foliis ſinuatis, variegatis & hirſutis Raii Hiſt. App.* 1918.

Caprifolium non perfoliatum, foliis ſinuoſis.

GENUS VII.

Periclymenum.

Tab. 378. PERICLYMENUM eſt plantæ genus, flore A, B monopetalo, in orbem poſito, tubæ quodammodo æmulo, multifido, calyci C inſidente, qui deinde abit in fructum mollem ſeu baccam D ſemine fœtam E compreſſo & ſubrotundo.

Periclymeni

Periclymeni ſpecies ſunt

Periclymenum perfoliatum, Virginianum, ſempervirens & florens H. L. Bat.

Periclymenum Indicum, flore flaveſcente. *Itti-Canni H. Mal.* 755.

GENUS VIII.

Chamæceraſus.

CHAMÆCERASUS eſt plantæ genus, flore monopetalo C, calyci E inſidente, ſed gemino A A eidem pediculo B innaſcente, tubulato, in duo labia dehiſcente, quorum ſuperis C multifidum, inferius D plerumque linguiforme: calyx autem deinde abit in baccas gemellas F G molles, ſemineque fœtas compreſſo & ſubrotundo H. *Tab.* 379.

Chamæceraſi ſpecies ſunt

Chamæceraſus Alpina, fructu gemino, rubro, duobus punctis notato C. B. Pin. 451 *Chamæceraſus Geſneri vel Chamæpericlymenon quoddam Alpinum J. B.* 2. 107. *Chamæceraſus Alpigena Lob. Icon.* 173.

Chamæceraſus Alpina, fructu nigro, gemino C. B. Pin. 451. *Periclymenum rectum, folio ſerrato J. B.* 2. 107. *Periclymenum rectum, ij. Cluſ. Hiſt.* 58.

Chamæceraſus montana, fructu ſingulari, cæruleo C. B. Pin. 451. *Periclymenum rectum, fructu cæruleo J. B.* 2. 108. *Periclymenum rectum, iij. Cluſ. Hiſt.* 58.

Chamæceraſus dumetorum, fructu gemino, rubro C. B. Pin. 451. *Periclymenum rectum, fructu rubro J. B.* 2. 106. *Xyloſteum Dod. Pempt.* 412.

GENUS XI.

Xyloſteon.

XYLOSTEON eſt plantæ genus, flore monopetalo A calyci C inſidente, gemino, eidem pediculo B innaſcente, tubulato, multifido. Calyx autem deinde abit in baccas gemellas D D, molles ſemineque fœtas compreſſo & ſubrotundo E. *Tab.* 379.

Xyloſtei ſpeciem unicam novi.

Xyloſteon Pyrenaicum.

SECTIO VII.

De Arboribus, & Fruticibus, flore monopetalo, à fructu ſeparato.

GENUS I.

Viſcum. *Gui.*

VISCUM eſt plantæ genus, flore A monopetalo, pelviformi, plerumque quadripartito, verrucis conſperſo B tanquam apicibus pulverem effun- *Tab.* 380.

dentibus : embryones autem D C à floribus separati nascuntur : tener scilicet fructus E quatuor foliolis F, G, H, I stipari solet, abitque deinde in baccam K subrotundam, glutinis plenam, semineque fœtam L, M compresso & cordiformi.

Visci species sunt

Viscum baccis albis C. B. Pin. 423. *Viscum Dod. Pempt.* 826.

Viscum baccis rubris C. B. Pin. 423. *Viscum baccis è rubro purpurascentibus Clus. Hist.* 26.

CLASSIS XXI.

DE ARBORIBUS ET FRUTICIBUS,

Flore Rosaceo.

SECTIO I.

De Arboribus & Fruticibus, flore rosaceo, cujus pistillum abit in fructum unicapsularem.

GENUS I.

Cotinus. *Fustet.*

Tab. 380. COTINUS est plantæ genus, flore A rosaceo, plurimis scilicet petalis B in orbem positis constante : ex cujus calyce D surgit pistillum C quod deinde abit in fructum G an unicapsularem ? in his enim regionibus ad maturitatem non pervenit ; innascitur autem ramulis E in capillamenta F villosa desinentibus.

Cotini speciem unicam novi.

Cotinus coriaria Dod. Pempt. 780. *Coccigrya sive Cotinus putata J.B.* 1.494.

GENUS II.

Toxicodendron.

Tab. 381. TOXICODENDRON est plantæ genus, flore A rosaceo, plurimis scilicet petalis B in orbem positis constante, ex cujus calyce C surgit pistillum quod deinde abit in fructum D subrotundum, siccum, plerumque striatum, semine fœtum E.

Toxicodendri ſpecies ſunt

Toxicodendron triphyllon, glabrum. *Edera trifolia, Canadenſis Corn. 96.*

Toxicodendron triphyllon, folio ſinuato, pubeſcente. *Hederæ trifoliæ Canadenſi affinis planta: Arbor venenata quorundam H. R. Par.*

Toxicodendron à vocibus Græcis τοξικὸν *Venenum*, & δένδρον *Arbor*. Dionyſius enim Jonquetus, Doctor Medicus Pariſienſis & in Horto Regio doctiſſimus Botanices Profeſſor arborem venenatam appellare ſolebat alteram ſpeciem de qua locuti ſumus.

GENUS III.

Rhus. *Sumac.*

RHUS eſt plantæ genus, flore A roſaceo, plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis conſtante, ex cujus calyce C ſurgit piſtillum H quod deinde abit in capſulam E ſubrotundam, quaſi reniformem, ſemine fœtam F ejuſdem formæ G. *Tab. 381.*

Rhois ſpecies ſunt

Rhus folio Ulmi C. B. Pin. 414. *Rhus ſive Sumach J. B. 1. 555. Rhus coriaria Dod. Pempt. 779.*

Rhus Virginianum C. B. Pin. 517.

Rhus Canadenſe, folio longiori, utrinque glabro.

GENUS IV.

Tilia. *Tillau*, vel *Tilleul.*

TILIA eſt plantæ genus, flore roſaceo A, plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis conſtante, ex cujus calyce C ſurgit piſtillum D quod deinde abit in teſtam E, F unicapſularem G, ſeminibus fœtam oblongis H. *Tab. 381.*

Tiliæ ſpecies ſunt

Tilia fœmina, folio majore C. B. Pin. 426. *Tilia vulgaris, platyphyllos J. B. 1. 133. Tilia Dod. Pempt. 838.*

Tilia fœmina, folio minore C. B. Pin. 426. *Tilia folio minore J. B. 1. 137. Tilia ſylveſtris Trag. 1111.*

Tilia foliis molliter hirſutis, viminibus rubris, fructu tetragono Raii Synopſ. 316.

GENUS V.

Hippocaſtanum. *Marronier d'Inde.*

HIPPOCASTANUM eſt plantæ genus, flore roſaceo A, plurimis ſcilicet petalis B, C in orbem poſitis conſtante, ex cujus calice D ſurgit piſtillum E quod deinde abit in fructum F multifariam dehiſcentem G, unicapſularem H, ſeminibus fœtam I Caſtanearum æmulis. *Tab. 382.*

Hippocaſtani ſpeciem unicam novi.

Hippocaſtanum vulgare. *Caſtanea folio multifido C. B. Pin.* 419. *Caſtanea Equina, folio multifido J. B.* 1. 128. *Caſtanea Equina Dod. Pempt.* 814.

SECTIO II.

De Arboribus & Fruticibus, flore roſaceo, cujus piſtillum abit in baccam vel ſingularem vel multiplicem.

GENUS I.

Celtis. *Micocoulier.*

Tab. 383. CELTIS eſt plantæ genus, flore A, B roſaceo, ſtaminibus breviſſimis C plerumque ſtipato, è quorum meditullio ſurgit piſtillum D quod deinde abit in fructum ſeu baccam E oſſiculo fœtam F ſubrotundo G.

Celtis ſpecies ſunt

Celtis fructu nigricante. *Lotus fructu Ceraſi C. B. Pin.* 447. *Lotus arbor Lob. Icon.* 186. *Lotus arbor, fructu Ceraſi J. B.* 1. 229.

Celtis fructu obſcurè purpuraſcente. *Lotus arbor Virginiana, fructu rubro Raii Hiſt.* 1917.

Celtis Americana, folio Citri, ſubtus aureo, fructu rubro Plum.

GENUS II.

Frangula.

Tab. 383. FRANGULA eſt plantæ genus, flore A, C roſaceo, plurimis ſcilicet petalis B inter diviſuras calycis monophylli D poſitis conſtante: è calycis autem fundo ſurgit piſtillum E quod deinde abit in fructum ſeu baccam F mollem, duobus plerumque ſeminibus fœtam G & planis ſubrotundis H.

Frangulæ ſpecies ſunt

Frangula Dod. Pempt. 784. *Alnus nigra, baccifera C. B. Pin.* 428. *J. B.* 1. 560.

Frangula rugoſiore & ampliore folio. *Alnus nigra, baccifera, rugoſiore folio ſeu major J. B.* 1. 562.

Frangula montana, pumila, ſaxatilis, folio ſubrotundo.

Frangula montana, pumila, ſaxatilis, folio oblongo.

GENUS III.

Hedera. *Lierre.*

Tab. 384. HEDERA eſt plantæ genus, florè A roſaceo, plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis conſtante, è cujus meditullio ſurgit piſtillum C quod deinde abit in baccam D ferè globoſam, ſeminibus fœtam E hinc gibbis F, inde verò planis.

Hederæ ſpecies ſunt

Hedera arborea C. B. Pin. 305. *Hedera communis, major J. B. 2. 111. Hedera corymbosa, communis Lob. Icon. 614.*

Hedera Poëtica C. B. Pin. 305. *Hedera Dionysias Dalechampii Lugd. 1419. J. B. 2. 113.*

Hedera arbor Americana, folio hastato Plum.

GENUS IV.

Vitis. *Vigne.*

VITIS est plantæ genus, flore A rosaceo, plurimis scilicet petalis in orbem positis constante, è quorum meditullio surgit pistillum B staminibus stipatum C quibus flos D, E, F rejici solet: Pistillum autem abit in baccam G mollem, carnosam, succi plenam, quatuor plerumque seminibus seu gigartis H I fœtam veluti Pyriformibus K. *Tab. 384.*

Vitis species sunt

Vitis sylvestris, Labrusca C. B. Pin. 299. *Labrusca Lugd. 1406. Vigne sauvage.*

Vitis Corinthiaca sive Apyrina J. B. 2. 72. *Uvæ passæ, minores vel Passulæ Corinthiacæ C. B. Pin. 299. Passulæ Trag. 1054. Raisin de Corinthe.*

Vitis laciniatis foliis Corn. 183. *Vitis folio Alpii J. B. 2. 73. La Cioutat.*

Vitis præcox Columellæ H. R. Par. *Vigne hastive. Morillon noir.*

Vitis Damascena H. R. Par. *Vigne de Damas.*

Vitis Apiana C. B. Pin. 298. *Uva Muscatella Car. Steph. Præd. rust. 342. Muscat.*

Vitis pergulana, acinis Prunorum magnitudine & formâ C. B. Pin. 299. *Rognon de Coq.*

Vitis Africana, duracina J. B. 2. 71. *Marroquin.*

Vitis Allobrogica Plinii Car. Steph. Præd. rust. 300. *Raisins de livre ou Daufiné.*

Vitis uvâ peramplâ, acinis albidis, dulcibus, durioribus. *Chasselas blanc. Bar-sur-Aube.*

Vitis uvâ peramplâ, acinis albidis, dulcibus, nigricantibus aut rubentibus. *Chasselas noir, ou rouge.*

Vitis uvâ peramplâ, acinis ovatis, albidis. *Bourdelais.*

Vitis subhirsuta C. B. Pin. 299. *Vitis lanata Car. Steph. Præd. rust. 307.*

Vitis quinquefolia, Canadensis, scandens. *Edera quinquefolia, Canadensis Corn. 100.*

Vitis Canadensis, Aceris folio.

Vitis Americana, Abutili folio, acinis atro-purpureis Plum.

Vitis Americana, Hederæ folio serrato Plum.

Vitis Americana, folio subrotundo, uvâ corymbosâ, cæruleâ Plum.

Vitis Americana, trifolia, major, uvâ corymbosâ, acinis minoribus, rotundis Plum.

Vitis Americana, trifolia, minor, uvâ corymbosâ, acinis majoribus, turbinatis Plum.

Vitis Americana, foliis Cyclamini, uvâ corymbosâ, acinis nigricantibus Plum.

Vitis plurimæ ſpecies recenſentur in Horto Catholico.

GENUS V.

Berberis. *Epine-vinete.*

Tab. 385. BERBERIS eſt plantæ genus, flore roſaceo A, plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis conſtante, è cujus meditullio ſurgit piſtillum C quod deinde abit in fructum D cylindraceum, mollem, ſucci plenum, uno vel altero ſemine fœtum oblongo E.

Berberis ſpecies ſunt

Berberis dumetorum C. B. Pin. 454. *Berberis vulgò quæ & Oxyacantha putata J. B.* 1. 52. *Spina acida ſive Oxyacantha Dod. Pempt.* 750.

Berberis ſine nucleo C. B. Pin. *Berberis ἄσπορος Cluſ. Hiſt.* 121.

Berberis latiſſimo folio, Canadenſis H. R. Par.

GENUS VI.

Rubus. *Ronce.*

Tab. 385. RUBUS eſt plantæ genus, flore roſaceo A, C plurimis ſcilicet petalis D conſtante in orbem poſitis, calyci B E inſidentibus, è cujus meditullio ſurgit piſtillum F ſtaminibus numeroſis ſtipatum, quod deinde abit in fructum G ferè globoſum, è plurimis veluti baccis H compoſitum, placentæ K affixis, ſucci plenis, & ſemine fœtis ut plurimùm oblongo I.

Rubi ſpecies ſunt

Rubus vulgaris, ſive Rubus, fructu nigro C. B. Pin. 479. *Rubus major, fructu nigro J. B.* 2. 57. *Dod. Pempt.* 742.

Rubus flore albo H. R. Monſp.

Rubus flore albo, pleno H. R. Monſp. *Ronce à fleur double.*

Rubus non ſpinoſus, fructu nigro, majore, Polonicus Barr. Icon.

Rubus vulgaris, ſpinis carens H. R. Par. *& Joncq. Hort. Rubus non ſpinoſus, major, fructu nigro Barr. Icon. Ronce de Saint François.*

Rubus ſpinoſus, foliis & flore eleganter laciniatis. *Rubus foliis eleganter diſſectis D. Fagon. Pluk. Phytog. Tab.* 108. *fig.* 4.

Rubus Idæus, ſpinoſus C. B. Pin. 479. *Rubus Idæus, ſpinoſus, fructu rubro J. B.* 2. 59. *Rubus Idæus Pempt.* 743. *Framboiſier.*

Rubus Idæus, lævis C. B. Pin. 479. *Rubus Idæus, non ſpinoſus J. B.* 2. 60. *Rubus Hircinus Tabern. Icon.* 897.

Rubus odoratus Corn. 150.

Rubus Idæus, fructu albo C. B. Pin. 479. *Rubus Idæus, ſpinoſus, fructu albo J. B.* 2. 59. *Rubus Idæus albo fructu Cluſ. Hiſt.* 117.

Rubus repens, fructu cæſio C. B. Pin. 479. *Rubus minor, fructu cæruleo J. B.* 2. 59. *Rubus minor Dod. Pempt.* 742.

Rubus Alpinus, humilis J. B. 2. 61. *Chamærubus saxatilis C. B. Pin.* 479. *Rubus saxatilis, Alpinus Clus. Hist.* 118.

Rubus palustris, humilis. *Chamærubus foliis Ribes, Anglica C. B. Pin.* 480. *Chamæmorus Clus. Hist.* 118.

Rubus trifolius, repens, molliculo folio piloso, fructu cæsio, majori H. Cathol.

Rubus minor, Alpinus, Æthnicus, rectus, canescens, candido flore H. Cathol.

Rubus elegantissimus, rectus, humilis, trifolius, Rosæ spinulis, fructu colore & sapore Fragariæ H. Cathol.

SECTIO III.

De Arboribus & Fruticibus flore rosaceo, cujus pistillum abit in fructum multicapsularem.

GENUS I.

Acer. *Erable.*

ACER est plantæ genus, flore rosaceo A, plurimis scilicet petalis B, 1, 2, 3, 4, 5, in orbem positis constante, ex cujus calyce C surgit pistillum E quod deinde abit in fructum F ex duabus, quandoque tribus capsulis G H compositum, in alam foliaceam I, K desinentibus & semine fœtis L subrotundo M. *Tab.* 386.

Aceris species sunt

Acer montanum, candidum C. B. Pin. 430. *Acer major multis, falso Platanus J. B.* 1. 168. *Acer major Dod. Pempt.* 840.

Acer majus, foliis eleganter variegatis H. Edinb.

Acer Platanoides Munt. Hist. 55. *Acer major Cam. Epit.* 63. *Aceris majoris varietas J. B.* 1. 168. *Acer montanum, Orientalis Platani foliis atrovirentibus Pluk. Phytog. Tab.* 252. *fig.* 1.

Acer major, folio rotundiore, minus laciniato, an Opalus Italorum? Raii Hist. 1701.

Acer campestre & minus C. B. Pin. 431. *Acer vulgare, minori folio J. B.* 1. 166. *Acer minor Dod. Pempt.* 840.

Acer trifolia C. B. Pin. 431. *Acer Monspessulanum Lugd.* 83. *J. B.* 1. 167. *Pluk. Phytog. Tab.* 251. *fig.* 3.

Acer Americanum, scandens, Convolvuli folio, flore ex aureo coccineo Plum.

Acer Americanum, scandens, foliis Citri, flore cæruleo, spicato Plum.

Acer Americanum, scandens, Pseudoacaciæ folio, flore purpurascente Plum.

GENUS II.

Staphylodendron. *Nez-coupez.*

Tab. 386. STAPHYLODENDRON eſt plantæ genus, flore roſaceo A C, plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis 1, 2, 3, 4, 5 conſtante, ex cujus calyce D multifido 6, 7, 8, 9, 10 ſurgit piſtillum E quod deinde abit in fructum F membranaceum, veſicæ modo inflatum, in loculamenta diviſum G, ſeminibuſque fœtum H ferè oſſeis.

Staphylodendri ſpecies ſunt

Staphylodendron Math. 274. *J.B.* 1. 274. *Piſtacia ſylveſtris C.B. Pin.* 401.

Staphylodendron Virginianum, triphyllum. *Piſtacia ſylveſtris trifolia, Virginenſis H. R. Par. Piſtacia Virginiana, ſylveſtris, trifolia Mor. H. R. Bleſ.*

Staphylodendron à vocibus Græcis σαφυλὴ *Racemus*, & δένδρον *Arbor*, quaſi diceres arborem, fructu racemoſo.

GENUS III.

Paliurus.

Tab. 387. PALIURUS eſt plantæ genus, flore A roſaceo, plurimis ſcilicet petalis in orbem poſitis 1, 2, 3, 4, 5 conſtante, è cujus calyce E ſurgit piſtillum D quod deinde abit in fructum F clypeiformem, oſſiculo G fœtum ferè globoſo, in tria loculamenta H diviſo, in quibus adſunt nuclei I ejuſdem formæ.

Paliuri ſpeciem unicam novi.

Paliurus Dod. Pempt. 756. *Rhamnus folio ſubrotundo, fructu compreſſo C. B. Pin.* 479. *Rhamnus ſive Paliurus folio Jujubino J. B.* 1. 35.

GENUS IV.

Azedarach.

Tab. 387. AZEDARACH eſt plantæ genus, flore A roſaceo, plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis conſtante, è quorum meditullio ſurgit tubus C piſtillum E condens, quod è fundo calycis D prodit. Piſtillum autem abit deinde in fructum F ferè globoſum, mollem, oſſiculo fœtum G plerumque ſtriato, in plurima loculamenta diviſo H, ſemen comprehendentia oblongum I.

Azedarach ſpecies ſunt

Azedarach Dod. Pempt. 848. *Arbor Fraxini folio, flore cæruleo C. B. Pin.* 415. *Azadaracheni arbor J. B.* 1. 554.

Azedarach ſempervirens & florens. *Azadarach Indica, foliis non deciduis, oſſiculo polypyreno Prodr. Par. Bat. Azadirachta Indica, foliis ramoſis, minoribus, flore albo, ſubcæruleo, purpuraſcente, majore Breyn. Prodr.* 2. *Hort. Amſtel. in fol.* 76.

GENUS V.

Evonymus. *Fusain.*

EVONYMUS est plantæ genus, flore A, B, C rosaceo, plurimis scilicet petalis D in orbem positis constante, è cujus calyce F surgit pistillum E quod deinde abit in fructum G K membranaceum, angulatum, in loculamenta divisum H, L seminibusque fœtum ut plurimùm oblongis I, M. *Tab.* 388.

Evonymi species sunt

Evonymus vulgaris, granis rubentibus C. B. Pin. 428. *Evonymus multis, aliis Tetragonia J. B.* 1. 201. *Evonymus Dod. Pempt.* 783.

Evonymus granis nigris C. B. Pin. 428. *Evonymus flore phæniceo J. B.* 1. 203. *Evonymus ij. Clus. Hist.* 55.

Evonymus latifolius C. B. Pin. 428. *Evonymus latifolia J. B.* 1. 202. *Evonymus* I *sive latifolius Clus. Hist.* 56.

Evonymus Virginianus, Pyracanthæ foliis, sempervirens, capsulâ verrucarum instar asperatâ, rubente Pluk. Phytog. Tab. cxv. fig. 5.

Evonymus Africanus, folio lucido, serrato Oldenl.

Evonymus Americanus, latifolius, racemosus, fructu pentagono, atro-purpureo Plum.

Evonymus, à vocibus Græcis εὖς *bonus*, & ὄνομα *nomen*; quasi diceres *plantam boni nominis*, ironicè sumptum, quòd animalibus nocere existimetur.

GENUS VI.

Syringa.

SYRINGA est plantæ genus, flore A rosaceo, plurimis scilicet petalis B in orbem positis constante, è cujus calyce C surgit pistillum D quod deinde abit in fructum E calyci hærentem, turbinatum F, quadrifariam plerumque dehiscentem G & in quatuor loculamenta divisum H seminibus I exiguis fœta. *Tab.* 389.

Syringæ speciem unicam novi

Syringa alba sive Philadelphus Athenæi C. B. Pin. 398. *Frutex coronarius Clus. Hist.* 55.

Syringa flore albo, pleno C. B. Pin. 398. *Syringa Italica, flore albo, pleno Eyst.*

SECTIO IV.

De Arboribus & Fruticibus, flore rosaceo, cujus pistillum abit in fructum ex siliculis in capitulum congestis compositum.

GENUS I.

Spiræa.

Tab. 389. SPIRÆA est plantæ genus, flore A, B rosaceo, plurimis scilicet petalis C in orbem positis constante, è cujus calyce D surgit pistillum E quod deinde abit in fructum F ex plurimis siliquis G compositum, semine fœtis I oblongo K.

Spirææ species sunt

Spiræa Salicis folio. *Frutex spicatus, foliis Salignis, serratis C. B. Pin.* 475. *Spiræa Theophrasti fortè Clusio J. B.* 1. 559. *Speirea Theophrasti fortè Clus. Hist.* 84.

Spiræa Opuli folio. *Anonymos Ribesii foliis Icon. Robert. Evonymus Virginiana, Ribesii folio, capsulis eleganter bullatis H. Amstel. in fol.* 169.

Spiræa Hyperici folio non crenato. *Pruno sylvestri affinis Canadensis C. B. Pin. App.* 517.

Spiræa Hispanica, Hyperici folio crenato.

SECTIO V.

De Arboribus & fruticibus Flore rosaceo, cujus pistillum abit in siliquam.

GENUS I.

Senna. *Sené.*

Tab. 390. SENNA est plantæ genus, flore A ex quinque ut plurimùm petalis B in orbem positis constante, cujus pistillum C abit deinde in siliquam D, E planam admodum, ut plurimùm incurvam, ex duabus membranis F, G compositam, quas inter nidulantur semina K gigartis similia, tenuibus veluti dissepimentis H, I inter se distincta.

Sennæ species sunt

Senna Alexandrina, sive foliis acutis C. B. Pin. 397. *Sena J. B.* 1. 377. *Sena Orientalis Tabern. Icon.* 517.

Senna Italica sive foliis obtusis C. B. Pin. 397. *Sena Florentina sive foliis per extremum latis, penè cordatis J. B.* 1. 377. *Descript. Sena Italica Tabern. Icon.* 518.

Senna Americana, Liguſtri folio Plum.
Senna, ut aiunt, quaſi Sana, quia nemini unquam nocuit.

GENUS II.

Poinciana. *Poincillade.*

POINCIANA eſt plantæ genus, flore A ex quinque ut plurimùm petalis B *Tab.* 391. conſtante in orbem poſitis, quorum meditullium occupat numeroſa ſtaminum E incurvorum congeries: piſtillum autem F quod è calyce C ſurgit in quinque folia diviſo, inferiori D adunco & imbricato, abit deinde in ſiliquam G planam, duram, in duas partes H, I dehiſcentem, ſeminibuſque fœtam L ſubrotundis K, tenuibus veluti diſſepimentis M inter ſe diſtinctis.

Poincianæ ſpeciem unicam novi.

Poinciana flore pulcherrimo. *Acacia orbis Americani altera, flore pulcherrimo H. R. Par. Frutex pavoninus ſive Criſta Pavonis Breyn. Cent.* 1. 61.

Poinciana ab illuſtriſſimo viro D. De Poinci inſularum Antillarum præfecto.

GENUS III.

Caſſia. *Caſſe.*

CASSIA eſt plantæ genus, flore A ex quinque ut plurimùm petalis B in *Tab.* 392. orbem poſitis conſtante, cujus piſtillum C abit deinde in ſiliquam nunc teretem & cylindraceam E nunc compreſſam D, in varia loculamenta F, G diviſam à diſſepimentis H, I tranſversâ poſitis, medullâ quadam ut plurimùm nigricante obductis, ſeminibuſque fœtam L duris.

Caſſiæ ſpecies ſunt

Caſſia fiſtula, Alexandrina C. B. Pin. 403. *Caſſia purgatrix J. B.* 1. 416. *Caſſia nigra Dod. Pempt.* 787. *Caſſe de Levant.*

Caſſia fiſtula, Braſiliana C. B. Pin. 403. *Caſſia ſiliqua, Braſiliana, purgatrix, compreſſa Lob. Pharm. Rond.* 41. *Caſſia fiſtula, Braſiliana, flore incarnato Breyn. Cent.* 1. 58. *Caſſe du Breſil.*

Caſſia fiſtula, Javanica, flore carneo H. Amſtel. in fol. 217.

Caſſia Americana, ſiliquis planis Plum.

Caſſia Americana, fœtida, foliis Sennæ Plum.

Caſſia Americana, fœtida, foliis oblongis, glabris. *Paiomirioba* 1 *Piſon. Edit.* 1658. 185. *Senna Occidentalis, odore Opii viroſo, Orobi Pannonici foliis mucronatis, glabra H. L. Bat.*

Caſſia Americana, fœtida, foliis amplioribus, villoſis.

Caſſia Americana, fœtida, foliis ſubrotundis, acuminatis. *Paiomirioba ij. Piſon. Edit.* 1658. 185. *Senna Occidentalis odore Opii, minus viroſo, foliis glabris, obtuſis H. L. Bat.*

Caſſia Americana, fœtida, foliis obtuſis.

Caſſia Americana, hexaphylla, ſiliquâ bicapſulari Plum.

SECTIO VI.

De Arboribus & Fruticibus flore rosaceo, cujus pistillum abit in fructum carnosum, seminibus callosis fœtum.

GENUS I.

Aurantium. *Oranger.*

Tab. 393. & 394. AURANTIUM est plantæ genus, flore A rosaceo, plurimis scilicet petalis B in orbem positis constante, ex cujus calyce D surgit pistillum E foliolis C in stamina desinentibus stipatum, quod deinde abit in fructum F ferè globosum, cortice carnoso G obductum, in varia loculamenta H divisum succi & vesicularum plena, seminibusque fœta I callosis. His notis addenda sunt folia O ad exortum cordiformia P.

Aurantii species sunt

Aurantium dulci medullâ, vulgare Ferr. Hesp. 377.

Aurantium acri medullâ, vulgare Ferr. Hesp. 377. *Malus Aurantia, major C. B. Pin.* 436. *Arantia Malus J. B.* 1. 97.

Aurantium sicciore medullâ, hybernum Ferr. Hesp. 379.

Aurantium sylvestre, medullâ acri. *Malus Aurantia sylvestris J. B.* 1. 99. *Oranger sauvage, ou Sauvageon.*

Aurantium crispo folio Ferr. Hesp. 389.

Aurantium stellatum & roseum Ferr. Hesp. 395.

Aurantium virgatum Ferr. Hesp. 399.

Aurantium virgatum, angustifolium. *Malus Aurantia angustioribus foliis & fructu, variegatis H. L. Bat.*

Aurantium corniculatum Ferr. Hesp. 409.

Aurantium corniculatum, fructu minori. *Malum Aurantium, corniculatum, minori fructu H. R. Par.*

Aurantium striatum Ferr. Hesp. 401.

Aurantium fœtiferum Ferr. Hesp. 405.

Aurantium fœtiferum, multiplex. *Malus Aurantia, fructu duos vel tres alios fructus includente H. Cathol.*

Aurantium Olyssiponense Ferr. Hesp. 427.

Aurantium Sinense Ferr. Hesp. 433.

Aurantium maximum Ferr. Hesp. 439.

Aurantium fructu multiplici. *Riche dépoüille.*

Aurantium folio angustissimo, lanceolato.

GENUS II.

Citreum. *Citronier.*

Tab. 395. & 396. CITREUM est plantæ genus, flore A rosaceo, plurimis scilicet petalis B in orbem positis constante, ex cujus calyce C surgit pistillum D quod deinde

abit in fructum E plerumque oblongum & crassa carne F donatum, in varia loculamenta G divisum, succi & vesicularum plena, seminibusque callosis fœta. His notis addenda sunt folia simplicia K.

Citrei species sunt

Citreum vulgare. *Malum Citreum, vulgare Ferr. Hesp.* 61. *Malus Medica C. B. Pin.* 435.

Citreum dulci medullâ. *Malum Citreum, dulci medullâ Ferr. Hesp.* 73.

Citreum magno fructu. *Citria Malus, cum fructu magno J. B.* 1. 94. *Malus Medica fructu ingenti, tuberoso C. B. Pin.* 435.

Citræum Corcyræum Ferr. Hesp. 58.

Citreum Cretense Ferr. Hesp. 58.

GENUS III.

Limon. *Limonier.*

LIMON est plantæ genus, flore foliisque Citrei, fructu verò ferè ovato A carne tenui B donato, in varia loculamenta C diviso, succi & vesicularum plena, seminibusque fœta D callosis. His notis addenda est propria quædam facies, qua ab Hortulanis facilè dignoscitur ab Aurantio & Citreo. *Tab.* 397.

Limonis species sunt

Limon vulgaris Ferr. Hesp. 193. *Malus Limonia, acida C. B. Pin.* 436. *Limonia Malus J. B.* 1. 96.

Limon vulgò pusilla pila Ferr. Hesp. 201.

Limon incomparabilis Ferr. Hesp. 223.

Limon dulci medullâ, vulgaris Ferr. Hesp. 229. *Malus Limonia, major, dulcis C. B. Pin.* 436.

Limon dulci medullâ, Olyssiponensis Ferr. Hesp. 230.

Limon Pyri effigie Ferr. Hesp. 230.

Limon Spataphora Reginorum Ferr. Hesp. 241.

Limon Sbardonius Ferr. Hesp. 253.

Limon Barbadorus Ferr. Hesp. 259.

Limon dulcis Ferr. Hesp. 331. *Malus Limonia, minor, dulcis C.B.Pin.* 436.

Limon acris Ferr. Hesp. 331. *Malus Limonia, minor, acida H. R. Par.*

Limon citratus Ferr. Hesp. 331. *Malus Limonia, citrata H. L. Bat.*

Limon citratus, altero fœtus. *Malus Limonia citrata, fructu fructum includente H. L. Bat.*

Limon fructu racemoso. *Malus Limonia, uberrima, fructu racematim nonnihil mammillas imitante, vix acidum includente H. Cathol.*

SECTIO VII.

De Arboribus & Fruticibus, flore rosaceo, cujus pistillum abit in fructum ossiculo fœtum.

GENUS I.

Prunus. *Prunier.*

Tab. 398. PRUNUS est plantæ genus, flore A rosaceo, plurimis scilicet petalis B in orbem positis constante, ex cujus calyce C surgit pistillum D quod deinde abit in fructum ovatum E vel globosum, carnosum, mollem, ossiculo fœtum F utrinque plerumque acuminato, nucleumque G includente.

Pruni species sunt

Pruni flore pleno H. R. Par. *Prunus flore duplicato Boss. Prunier à fleur double.*

Prunus fructu magno, dulci, atro-cæruleo. *Pruna magna, dulcia, atro-cærulea C. B. Pin.* 443. *Pruna Damascena Lugd.* 314. *Gros Damas violet de Tours.*

Prunus fructu parvo, dulci, atro-cæruleo. *Pruna parva, dulcia, atro-cærulea C. B. Pin.* 443. *Pruna Damascena, nostratia Bell. Petit Damas noir.*

Prunus fructu magno, crasso, subacido. *Pruna magna, crassa, subacida C. B. Pin.* 443. *Pruna Hungarica, præstantissima, Damascena forte Gesn. Damas noir hastif.*

Prunus fructu oblongo, cæruleo. *Pruna oblonga, cærulea C. B. Pin.* 343. *Prunydactyla Trag.* 1020. *Prune datte.*

Prunus fructu nigro, carne dura. *Pruna nigra, carne durâ C. B. Pin.* 443. *Pruna Perdigona Lugd.* 314. *Prune Perdrigon.*

Prunus fructu magno, è violaceo rubente, suavissimo, saccharato. *Perdrigon violet.*

Prunus fructu magno, è violaceo rubente, serotino. *Imperatrice.*

Prunus fructu ovato, magno, rubente. *Imperiale rouge.*

Prunus fructu ovato, magno, flavescente. *Imperiale.*

Prunus fructu ovato, maximo, flavo. *Prune de Monsieur.*

Prunus fructu cerei coloris. *Pruna coloris cerea ex candido in luteum pallescentis C. B. Pin.* 443. *Pruna cerea sive Cereola, Tabern. Icon.* 991. *Prune Sainte Catherine.*

Prunus fructu majori, rotundo, rubro. *Pruna magna, rubra, rotunda C. B. Pin.* 443. *Pruna Asinina Trag.* 1020. *Prune Cerizette.*

Prunus fructu maximo, rotundo, flavo & dulci. *Pruna rotunda, flava, dulcia. Mali amplitudine C. B. Pin.* 443. *Prune d'Abricot.*

Prunus fructu Amygdalino. *Pruna Amygdalina Plinii C. B. Pin.* 443. *Amygdalina Pruna Lob. Icon.* 177. *Rognon de Coq.*

Prunus fructu albo, oblongiusculo, acido. *Pruneoli albi, oblongiusculi, acidi C. B. Pin.* 443. *Galatensia Pruna Clus. Hist.* 4.

Prunus Brignoniensis, fructu suavissimo. *Pruna ex flavo rufescentia, mixti saporis, gratissima C. B. Pin.* 443. *Brignoles ou Brignole.*

Prunus fructu rubente, dulcissimo. *La Roche-Courbon.*

Prunus fructu rotundo, nigro-purpureo, majori dulci C. B. Pin. 444. *Prunus Myrobalanus dicta J. B.* 1. 189. *Myrabolan.*

Prunus fructu rotundo, minori, nigro-purpureo, dulci C. B. Pin. 444.

Prunus fructu minori, austero. *Pruna Augusto maturescentia, minora & austeriora C. B. Pin.* 443.

Prunus fructu parvo, præcoci. *Pruna parva, præcocia C. B. Pin.* 443. *Pruna Avenaria Tabern. Icon.* 991.

Prunus fructu parvo, ex viridi flavescente. *Pruna parva, ex viridi flavescentia C. B. Pin.* 443. *Pruna parva, serotina, cereola Gesn. La Mirabelle.*

Prunus sylvestris C. B. Pin. 444. *J. B.* 1. 193. *Lob. Icon.* 176.

Prunus sylvestris, præcox, altior, H. R. Par. *Prùna sylvestria, præcocia C. B. Pin.* 444. *Pruni sylvestris, altera species Trag.* 1017.

Prunus sylvestris, fructu majore, albo Raii Synopf. 302.

Prunus sylvestris, fructu rubro, acerbo & ingrato Raii Synopf. 302.

Pruni species aliæ recensentur in Horto Catholico.

GENUS II.

Armeniaca. *Abricotier.*

ARMENIACA est plantæ genus, flore A rosaceo, plurimis scilicet petalis B in orbem positis constante: ex cujus calyce C surgit pistillum D quod deinde abit in fructum E carnosum, ferè globosum, utrinque plerumque compressum, secundùm longitudinem sulcatum, officulo fœtum F compresso pariter G nucleum H includente. His notis addenda est facies quædam propria, qua Armeniaca à cæteris arboribus dignoscitur. *Tab. 399.*

Armeniacæ species sunt

Armeniaca fructu majori, nucleo amaro. *Mala Armeniaca, majora C. B. Pin.* 442. *Armeniaca mala majora Cam. Epit.* 146. *J. B.* 1. 167.

Armeniaca fructu majori, nucleo dulci. *Mala Armeniaca, majora, nucleo dulci C. B. Pin.* 442.

Armeniaca, fructu medio, oblongo, ex luteo rubente, nucleo dulci. *Malus Armeniaca, pilosulo, oblongo fructu medio, ex luteo rubescente, nucleo dulci H. Cathol.*

Armeniaca fructu minori, glabro, aureo, nucleo dulci. *Malus Armeniaca, ferocior, fructu minori, glabro, luteo seu aureo, aversa parte subrutilante, odorulo, nucleo dulci H. Cathol.*

Armeniaca fructu medio, oblongo, partim pallidè luteo, partim suave-rubente, nucleo dulci. *Malus Armeniaca, pallidè luteo fructu, medio, adversa*

parte ſuaverubente, nitido, glabro oblongo, imbecilli odore, ori grato, nucleo dulci H. Cathol.

Armeniaca fructu rotundo, Avellanæ magnitudine, partim flaveſcente, partim rubente. *Malus Armeniaca, frugeſcens, fructu rotundo, Avellanæ magnitudine, pilis carente, ex candido luteo, parte contraria ruberculo H. Cathol.*

Geniſta-Spartium majus, brevioribus & longioribus aculeis. *Geniſta ſpinoſa, major, brevibus aculeis C. B. Pin.* 394. *Geniſtellæ ſpinoſæ affinis, Nepæ quibuſdam J. B.* 1. 400. *Scorpius* 1. *Cluſ. Hiſt.* 106.

Geniſta-Spartium minus, Germanicum. *Geniſta ſpinoſa, minor, Germanica C. B. Pin.* 395. *Geniſta aculeata, folioſa J. B.* 1. 399. *Geniſtella Dod. Pempt.* 760.

Geniſta Spartium minus, Anglicum. *Geniſtella minor, Aſpalathoides, vel Geniſta ſpinoſa, Anglica C. B. Pin.* 395. *Geniſtella minor, Aſpalathoides J. B.* 1. 401.

Geniſta-Spartium, Montis ventoſi. *Geniſtella Montis ventoſi, ſpinoſa J.B.* 1. 400. *Geniſta ſpinoſa, minor, Hiſpanica, villoſiſſima C. B. Pin.* 395.

Geniſta-Spartium Hiſpanicum, lanuginoſum, longiſſimis & tenuiſſimis aculeis tridentatis munitum.

Geniſta-Spartium Luſitanicum, lanuginoſum, aculeis tridentatis, longioribus munitum.

Geniſta-Spartium Luſitanicum, aculeis tridentatis brevioribus munitum.
Geniſta-Spartium Luſitanicum, breviſſimis, craſſioribus, tridentatis, incurvis aculeis munitum.
Geniſta-Spartium Luſitanicum, aculeis breviſſimis cæſiis munitum.
Geniſta-Spartium Luſitanicum, denſiſſimis aculeis horridum, glomerato flore.
Geniſta-Spartium Luſitanicum, argenteum, validiſſimis aculeis munitum, copioſo flore. *Erinacea altera, Luſitanica V. Luſit.*
Geniſta-Spartium Luſitanicum, majus & ſpinoſius, ſpicato flore.
Geniſta-Spartium Algarvienſe, humilius, parvo flore.
Geniſta-Spartium Luſitanicum, minus, ſpicato flore.
Geniſta-Spartium Luſitanicum, ſiliquâ falcatâ.

GENUS V.

Erinacea.

ERINACEA eſt plantæ genus, à Geniſta-Spartio diverſum, quod aculeis denſis Erinaceum ſeu Hyſtricem referat.

Erinaceæ ſpecies ſunt

Erinacea Hiſpanica. *Erinacea Cluſ. Hiſt.* 107. *Geniſta Erinacea J. B.* 1. 403. *Geniſta-Spartium ſpinoſum, foliis Lenticulæ, floribus ex cæruleo purpuraſcentibus C. B. Pin.* 394.
Erinacea Cretica. *Echinus id eſt Tragacantha altera P. Alp. Exot.* 56.

GENUS VI.

Geniſtella.

Tab. 413. GENISTELLA eſt plantæ genus, à Geniſta diverſum foliis quadam veluti articulatione ſibi invicem innaſcentibus.

Geniſtellæ ſpecies ſunt

Geniſtella herbacea ſive Chamæſpartium J. B. 1. 393. *Chamægeniſta ſagittalis C. B. Pin.* 395. *Chamægeniſta ij Cluſ. Hiſt.* 104.
Geniſtella herbacea, platyphyllos J. B. 1. 394. *Chamægeniſta caule foliato C. B. Pin.* 396. *Chamægeniſta peregrina Cluſ. Hiſt.* 104.
Geniſtella fruticoſa, Luſitanica, latifolia.
Geniſtella fruticoſa, Luſitanica, anguſtifolia.

GENUS VII.

Siliquaſtrum. *Guainier.*

Tab. 414. SILIQUASTRUM eſt plantæ genus, flore papilionaceo A, alis tamen B C, vexillo D ſupereminentibus, carinâque E ex duobus petalis F compoſitâ: piſtillum autem H ſtaminibus I obvolutum, ex calyce G emergens abit deinde in ſiliquam K planam, membranaceam, ſeminibus fœtam L, M quaſi reniformibus N. His notis addenda ſunt folia alterno ordine diſpoſita.

Siliquaſtri ſpecies ſunt

Siliquaſtrum Caſt. Dur. 415. *Judaica arbor J. B.* 1. 433. *Siliqua ſylveſtris, rotundifolia C. B. Pin.* 402. *Arbor Judæ Dod. Pempt.* 786. *Arbre de Judas.*

Siliquaſtrum flore albo. *Arbre de Judas à fleur blanche.*

Siliquaſtrum amplioribus ſiliquis & foliis acuminatis.

Siliquaſtrum Canadenſe. *Siliqua ſylveſtris, rotundifolia, Canadenſis H. B. Par.*

SECTIO II.

De Arboribus, & Fruticibus, flore leguminoſo, folio terno ſingulis pediculis innaſcente.

GENUS I.

Anagyris. *Bois puant.*

ANAGYRIS eſt plantæ genus, flore A papilionaceo, cujus vexillum cæteris petalis longe brevius eſt: piſtillum autem B quod ſurgit è calyce C abit deinde in ſiliquam D Phaſeoli ſiliquæ æmulam, ſeminibus fœtam E F ut plurimùm reniformibus G H. His notis addenda ſunt folia terna, ſingulis pediculis innaſcentia. *Tab.* 415.

Anagyridis ſpecies ſunt

Anagyridis fœtida C. B. Pin. 391. *Anagyris vera, fœtida J. B.* 1. 364. *Anagyris Dod. Pempt.* 785.

Anagyris fœtida, Cretica, oblongis foliis, luteis floribus Barr. Icon.

GENUS II.

Cytiſus. *Citiſe.*

CYTISUS eſt plantæ genus, flore A, B papilionaceo, è cujus calyce C ſurgit piſtillum D quòd deinde abit in ſiliquam E, I planam, in duas partes dehiſcentem F G, K L ſeminibuſque fœtam H M planis & oblongis. His notis addenda ſunt folia terna N ſingulis pediculis innaſcentia, Fœni-Græci aut Loti trifoliæ æmula ut ait Dioſcorides. *Tab.* 416. *Lib.* 3. *cap.* 113.

Cytiſi ſpecies ſunt

Cytiſus hirſutus J. B. 372. *Cytiſus foliis ſubrufa lanugine hirſutis C. B. Pin.* 390. *Cytiſus iij Cluſ. Hiſt.* 94.

Cytiſus incanus, ſiliquâ longiore C. B. Pin. 390. *Cytiſus Lob. Icon.* 45.

Cytiſus hirſutus, flore luteo purpuraſcente C. B. Pin. 390. *Cytiſus magnus, flore luteo, purpuraſcente Pon. Bald. Ital.* 148.

Cytiſus minoribus foliis, ramulis tenellis, villoſis C. B. Pin. 390. *Cytiſus Hiſpanicus primus Cluſii, folio vireſcente J.B.* 1. 369. *Cytiſus* 1 *Cluſ. Hiſt.* 94.

Cytisus glabris foliis subrotundis, pediculis brevissimis C. B. Pin. 390. *Cytisus glaber, siliquâ lata J. B.* 1. 373. *Cytisus v, rotundifolius Tabern. Icon.* 1095.

Cytisus glaber, viridis C. B. Pin. 390. *Cytisus ij. Tabern. Icon.* 1094.

Cytisus glaber, nigricans C. B. Pin. 390. *Cytisus Gesneri, cui flores ferè spicati J. B.* 1. 370. *Cytisus iiij Clus. Hist.* 95.

Cytisus foliis incanis, angustis, quasi complicatis C. B. Pin. 390. *Cytisus montis Calcaris J. B.* 1. 370. *& Cytisus Hispanicus Clusii secundus Ejusd. Cytisus ij Clus. Hist.* 94.

Cytisus Alpinus, latifolius, flore racemoso, pendulo. *Anagyris non fœtida, major vel Alpina C. B. Pin.* 391. *Laburnum arbor trifolia, Anagyridi similis J. B.* 1. 361.

Cytisus Alpinus latifolius, flore racemoso, pendulo, foliis variegatis. *Anagyris non fœtida, major, Alpina, foliis ex albo & viridi eleganter variegatis Almag. Bot.*

Cytisus Alpinus, angustifolius, flore racemoso, pendulo, longiori. *Anagyris non fœtens, minor C. B. Pin.* 391. *Eghelo Dod. Pempt.* 705.

Cytisus Alpinus, flore racemoso, pendulo, breviori. *Anagyris non fœtida, latifolia, floribus densiùs congestis in breviorem uvam Schol. Bot.*

Cytisus spicatus, flore purpureo Cat. Georg. à Tur. *Cytisus præcox, spicatus, rubello flore, caule rubro Bocc. Mus. Part.* 2. 31. *Tab.* 19.

Cytisus Africanus, argenteus, flore atro-purpureo Oldenl.

Cytisus spinosus H. L. Bat. *Acacia trifolia C. B. Pin.* 392. *Aspalathus secunda, trifolia, quæ Acacia secunda Mathiolo, trifolia J. B.* 1. 375. *Acacia altera Dod. Pempt.* 753.

Cytisus humilis, argenteus, angustifolius. *Trifolium argentatum, floribus luteis J. B.* 2. 359. *Lotus fruticosus, incanus, siliquosus C. B. Pin.* 332. *Lotus asperior, fruticosa, Lotus Narbonensis, incana Lob. Icon.* 41.

Cytisus glutinosus, omnium minimus. *Trifoglio sassatile, glutinoso Zan. Hist.* 202.

Cytisus argenteus, Linifolius Insularum Stœchadum. *Cytisus Insularum Stœchadum, foliis oblongis, angustis, subtus argenteis Schol. Bot.*

Cytisus Monspessulanus, Medicæ folio, siliquis densè congestis & villosis.

Cytisus Hispanicus, procerior, Anagyridis folio, floribus glomeratis.

Cytisus Hispanicus, humilior, floribus glomeratis.

Cytisus Lusitanicus, Medicæ folio, floribus in foliorum alis.

Cytisus Lusitanicus, foliis minimis, argenteis, parvo flore albo.

Cytisus Lusitanicus, foliis exiguis, magno flore, siliquis latis & tomentosis.

Cytisus Africanus, hirsutus, angustifolius Oldenl.

Cytisus Americanus, spinosus, floribus luteis, ad alas nascentibus Plum.

Cytisus Americanus, frutescens, sericeus Plum.

Cytisus differt à Genista foliis ternis, ab Anonide verò siliquis planis. Cytisi species flore fructuque carentes foliis ternis, singulis pediculis insidentibus dignosci solent maximè si frutescant.

GENUS

GENUS III.

Cytiso-Genista.

CYTISO-GENISTA est plantæ genus, à Genista & Cytiso diversum, quòd foliis sit partim singularibus, partim ternis.

Cytiso-Genistæ species sunt

Cytiso-Genista scoparia, vulgaris, flore luteo. *Genista angulosa & scoparia C. B. Pin. 395. Genista angulosa, trifolia J. B. 1. 388. Genista Dod. Pempt. 761. Genêt commun.*

Cytiso-Genista scoparia, vulgaris, flore albo.

Cytiso-Genista Lusitanica, foliis Myrti, siliquis tomentosis.

Cytiso-Genista Lusitanica, magno flore.

SECTIO III.

De Arboribus & Fruticibus flore papilionaceo, foliis per conjugationes costæ plerumque innascentibus.

GENUS I.

Pseudoacacia.

PSEUDOACACIA est plantæ genus, flore papilionaceo A, ex cujus calyce B surgit pistillum C membranâ fimbriatâ D obvolutum, quod deinde abit in siliquam E planam, in duas partes dehiscentem F, G seminibusque fœtam H reniformibus. His notis addenda sunt folia K L veluti per conjugationes costæ M affixa, cui summæ folium impar I innascitur. *Tab. 417.*

Pseudoacaciæ species sunt

Pseudoacacia vulgaris. *Arbor siliquosa, Virginensis, spinosa, Locus nostratibus dicta Park. Theat. 1550.*

Pseudoacacia Americana, latifolia, flore roseo Plum.

Pseudoacacia Americana, Fraxini folio, floribus violaceis Plum.

GENUS II.

Colutea. *Baguenaudier.*

COLUTEA est plantæ genus, flore A papilionaceo, ex cujus calyce B surgit pistillum C quod deinde abit in capsulam D membranaceam, vesicæ adinstar inflatam, seminibusque fœtam E, F reniformibus G. *Tab. 418.*

Coluteæ species sunt

Colutea vesicaria C. B. Pin. 396. *J. B.* 1. 380. *Colutea Dod. Pempt.* 784.

Colutea vesicaria, versiculis rubentibus J. B. 1. 380. Descript.

Colutea Æthiopica, flore purpureo Breyn. Cent. 1. 70.

Colutea humilis, Syriaca, flore violaceo Breyn. Cent. 1. 72.
Colutea Veræ Crucis, vesicaria Prodr. Par. Bat.

GENUS III.

Emerus.

Tab. 418. EMERUS est plantæ genus, flore A papilionaceo, ex cujus calyce C surgit pistillum B quod deindè abit in siliquam D tenuem, seminibus fœtam E ferè cylindraceis F.

Emeri species sunt

Emerus Cæsalp. 117. *Colutea Scorpioides sive siliquosa, major C. B. Pin.* 397. *Colutea Scorpioides*, 1. *elatior Clus. Hist.* 97.

Emerus minor. *Colutea siliquosa, minor C. B. Pin.* 397. *Colutea Scorpioides, humilis J. B.* 1. 382. *Colutea Scorpioides*, 1. *humilior Clus. Hist.* 97.

Emerus Americanus, siliquâ incurvâ. *Colutea foliis Anil nominatum J. B.* 1. 384. *Isatis Indica foliis Rorismarini, Glasto affinis C.B. Pin.* 1130. *Indigo.*

GENUS IV.

Coronilla.

Tab. 419. CORONILLA est plantæ genus, flore A papilionaceo, cujus pistillum C quod surgit ex calyce B abit deinde in siliquam D ex multis partibus quasi articulatione conjunctis compositam, quarum singulæ G semine turgescunt E oblongo F.

Coronillæ species sunt

Coronilla sive Colutea minima Lob. Icon. 87. *Colutea parva species, Polygala Valentina Clusii J. B.* 1. 383. *Polygala altera C. B. Pin.* 344.

Coronilla caule Genistæ fungoso. *Colutea caule Genistæ fungoso J.B.* 1. 383.

Coronilla maritima, glauco folio. *Colutea Scorpioides, maritima, glauco folio C. B. Pin.* 397. *Prodr.* 157.

Coronilla siliquis & seminibus crassioribus. *Colutea Scorpioides, humilior, siliquis & seminibus crassioribus Mor. Hist. Oxon. Part.* 2. 122.

Coronilla argentea, Cretica. *Colutea Scorpioides, odorata P. Alp. Exot.* 17.

Coronilla minima. *Ferrum equinum Gallicum, siliquis in summitate C. B. Pin.* 349. *Polygalon Cortusi J. B.* 2. 351. *Lotus enneaphyllos Dalechampii Lugd.* 410.

Coronilla herbacea, flore vario. *Securidaca dumetorum major, flore vario siliquis articulatis C. B. Pin.* 349. *Melilotus quinta Tragi J. B.* 2. 349.

Coronilla herbacea, flore vario, pleno D. Vaillant.

GENUS V.

Barba Jovis.

Tab. 419. BARBA JOVIS est plantæ genus, flore A papilionaceo, cujus pistillum C quod surgit è calyce B abit deinde in siliquam D brevem & plerumque ovatam, semine fœtam E subrotundo F.

Barbæ Jovis ſpecies ſunt

Barba Jovis pulchrè lucens J. B. 1. 385. *Jovis Barba Lugd.* 194.

Barba Jovis pumila, villoſa, flore globoſo, purpureo Breyn. Prodr. 2. *Aſtragalus villoſus, floribus globoſis C. B. Pin.* 351. *Aſtragalus Monſpeliano candidior & Onobrychis quorundam J. B.* 2. 337. *Aſtragalus purpureus Lugd.* 1347.

Barba Jovis Lagopoides, Cretica, fruteſcens, incana, flore ſpicato, purpureo, amplo Breyn. Prodr. 2. *Ebenus Cretica P. Alp. Exot.* 278.

Barba Jovis Hiſpanica, incana, flore luteo. *Cytiſus incanus, folio medio longiore C. B. Pin.* 390. *Cytiſus vj. Cluſ. Hiſt.* 96.

Barba Jovis Indiæ Orientalis, foliis conjugatis, ſubtus incanis.

Barba Jovis minor, Luſitanica, flore minimo, variegato. *Glaux ſupina, viminoſa, Luſitana V. Luſit.*

Barba Jovis differt à Dorycnio foliorum formâ.

APPENDIX.

Chamælea. *Camelée.*

CHAMÆLEA eſt plantæ genus, flore A monopetalo, tripartito, ita ut quandoque ex tribus petalis B C conſtante videatur: hujus autem piſtillum D abit deinde in fructum E tricoccum ſeu ex tribus oſſiculis F compoſitum, tenui cute G H obvolutis, ſubrotundis I, ſemine fœtis K oblongo L. *Tab.* 421.

Chamæleæ ſpecies ſunt

Chamælea tricoccos C. B. Pin. 462. *J. B.* 1. 564. *Chamælea Dod. Pempt.* 363.

Chamælea tricoccos, Nebrodenſis, nigro-virenti folio Buxi, flore candido H. Cathol. Supp. 2.

Ageratum.

AGERATUM eſt plantæ genus, flore A monopetalo, perſonato, infernè tubulato B ſupernè in duo veluti labia diviſo, quorum ſuperius A bifidum, inferius verò tripartitum C D E: piſtillum autem G quod ſurgit ex calyce F abit deinde in fructum H oblongum, membranaceum, in duo loculamenta diviſum I ſeminibuſque fœtum tenuiſſimis L, placentæ K affixis. *Tab.* 422.

Agerati ſpecies ſunt

Ageratum ſerratum, Alpinum, glabrum, flore purpuraſcente. *Ageratum purpureum Lugd.* 1184. *Ageratum ſerratum, Alpinum C. B. Pin.* 221. *Ageratum purpureum Dalechampii J. B.* 3. 144.

Ageratum ſerratum, Alpinum, glabrum, flore albo. *Ageratum ſerratum, Alpinum, flore albo H. R. Par.*

Ageratum ſerratum, Pyrenaicum, villoſum, flore purpuraſcente. *Ageratum purpureum, villoſum Mor. H. R. Bleſ.*

Ageratum ſerratum, Pyrenaicum, villoſum, flore albo.

Ageratum Americanum, folio & facie Rapunculi Plum.

Cuſcuta. *Cuſcute.*

Tab. 422. CUSCUTA eſt plantæ genus, flore A B monopetalo, veluti campaniformi, multifido, ex cujus calyce D ſurgit piſtillum E poſticæ floris parti C adinſtar clavi infixum, quod deinde abit in fructum F, G, H, I membranaceum, ſubrotundum, angulatum (poſticâ parte L perforatâ incumbente capſulæ M, quæ fundum calycis D occupat) ſeminibuſque fœtum N tenuiſſimis.

Cuſcutæ ſpecies ſunt

Cuſcuta major C. B. Pin. 219. *Caſſuta ſive Cuſcuta J. B. 3. 266. Caſſitha Tabern. Icon. 901. Cuſcute de Veniſe.*

Cuſcuta minor. *Epithymum ſive Cuſcuta minor C. B. Pin. 219. Epithymum Tabern. Icon. 357. Epithim.*

Coris.

Tab. 423. CORIS eſt plantæ genus, flore A monopetalo, perſonato, poſteriùs tubulato, anteriùs veluti flabelliformi, ex cujus calyce C ſurgit piſtillum D poſticæ floris parti B adinſtar clavi infixum, quod deinde abit in fructum E ferè globoſum, in multas partes dehiſcentem F, ſeminibus fœtum G ſubrotundis & in ipſo calyce C reconditum.

Coris ſpeciem unicam novi, cujus varietates ſunt

Coris cærulea, maritima C. B. Pin. 280. *Coris Monſpeſſulana, cærulea J. B. 3. 434. Deſcript. Coris quorundam, flore ex purpura cæruleo Cluſ. Hiſt. clxxiiij.*

Coris maritima, flore rubro C. B. Pin. 280. *Coris Monſpeſſulana, purpurea J. B. 3. 434. Coris quorundam, flore purpureo Hiſt. Cluſ. clxxiiij.*

Coris maritima, flore albo H. R. Monſp.

Clandeſtina. *Clandeſtine.*

Tab. 424. CLANDESTINA eſt plantæ genus, flore A monopetalo, perſonato, infernè tubulato, ſupernè in duo labia diviſo, quorum ſuperiùs B fornicatum eſt, inferius verò C tripartitum: ex calyce autem tubulato pariter D crenatoque ſurgit piſtillum E quod infimam floris partem perfodit, abitque deinde in fructum F oblongum, unicapſularem G, in duas partes dehiſcentem, vi elaſticâ ſemina I ſubrotunda propellentes.

Clandeſtinæ ſpeciem unicam novi, cujus varietates ſunt

Clandeſtina flore ſubcæruleo. *Dentariæ affinis, altera, acaulos H. R. Par. Herbe cachée ou Clandeſtine de Leon Lugd. Gal. 960.*

Clandeſtina, flore albo Borel. Obſ. 30. Cent. 1.

Melocactus.

MELOCACTUS eſt plantæ genus, flore A monopetalo, campaniformi, tubulato, multifido B, calyci C inſidente, qui deinde abit in fructum D mollem, Olivæ æmulum, carnoſum, ſemine fœtum E exiguo F. Fructus autem ille in multis ſpeciebus in capitulum quoddam elegans G colligi ſolet. Tab. 425.

Melocacti ſpecies ſunt

Melocactus Indiæ Occidentalis C. B. Pin. 384. *Echinomelocactus J. B.* 3. 95. *Melocarduus Tabern. Icon.* 703. *Melon épineux ou Tête à l'Anglois.*

Melocactus purpureus, ſtriis in ſpiram intortis Plum.

Melocactus Americanus, repens, tetragonus, flore albo, fructu coccineo Plum.

Melocactus Americanus, repens, trigonus, flore albo, fructu violaceo Plum.

Melocactus Americanus, arboreſcens, tetragonus, flore exalbido Plum.

Melocactus Americanus, arboreſcens, folio ſtriato, ſpinoſiſſimo, fructu aureo tuberoſo, flore albo Plum.

Melocactus Americanus, ex pluribus globulis Opuntiæ modo naſcentibus conflatus, ſpinoſiſſimus, flore & fructu roſeo Plum.

Melocactus Americanus, minimus, lanuginoſus, tuberoſus Plum.

Melocactus Americanus, monoclonos flore albo, fructu atro-purpureo. *Cereus craſſiſſimus, fructu intus & extus rubro Sloane Cat. Plant. Jam.* 196. *Cereus Peruanus, ſpinoſus, fructu rubro, Nucis magnitudine C.B. Pin.* 458. *Cereus Peruvianus Tabern. Icon.* 705. *Cierge épineux du Tertre.* 132.

Melocactus Americanus, tuberoſus, purpureus, validiſſimis aculeis munitus Plum.

Melocactus Americanus, arboreſcens, trigonus, unduloſus, aculeis validis munitus, flore albo, fructu ſubviridi Plum.

Melocactus Americanus, trigonus, brevibus aculeis munitus, flore albo, fructu coccineo Plum.

Melocactus Americanus, repens, pentagonus, flore albo, fructu rubro Plum.

Ananas.

ANANAS eſt plantæ genus, auctore Clariſſ. Plumerio, flore A monopetalo, infundibuliformi, tripartito, tuberculis embryonis B innaſcente. Is autem deinde abit in fructum carnoſum C, turbinatum, ſucci plenum, ſeminibus fœtum D exiguis E, veluti reniformibus, calyptrâ obvolutis F. Tab. 426. 427. & 428.

Ananas ſpecies ſunt

Ananas aculeatus, fructu ovato, carne albida Plum. *Carduus Baſilianus, foliis Aloës C. B. Pin.* 384. *Ananas Acaſtæ J. B.* 3. 95. *Nana fructu ſive Yayama Lugd.* 1481.

Ananas aculeatus, fructu pyramidato, carne aurea Plum. *Ananas, Pain de ſucre.*

Ananas non aculeatus, Pitta dictus Plum.

Tithymaloides.

TITHYMALOIDES eſt plantæ genus, flore monopetalo, calceolum quemdam referente, cujus piſtillum abit in fructum Tithymali æmulum.

Tithymaloidis ſpecies ſunt

Tithymaloides fruteſcens, folio Myrti ampliſſimo. *Tithymalus Curaſſavicus, Myrtifolius, flore coccineo, mellifero Par. Bat.*

Tithymaloides fruteſcens, folio Anacampſerotis Plum.

Tithymaloides fruteſcens, foliis Nerii Plum.

Amaranthoides.

Tab. 429. AMARANTHOIDES eſt plantæ genus, auctore Clariſſ. Plumerio flore floſculoſo, in capitulum ſquamatum A collecto: axi enim B ſquamatim innaſcuntur bina folia C imbricata D chelarum Cancrorum æmula & floſculum E complectentia, multifidum, calyce F obvolutum, è cujus fundo ſurgit piſtillum G infimæ floris parti H adinſtar clavi infixum, calyptrâ K obvolutum: hoc autem deinde abit in ſemen ſubrotundum I, plerumque aduncum.

Amaranthoidis ſpecies ſunt

Amaranthoides Lychnidis folio, capitulis argenteis, majoribus. *Amaranthoides affinis Indiæ Orientalis, floribus glomeratis, Ocymoidis folio Breyn. Cent. 1. 109. Icon. 51.*

Amaranthoides Lychnidis folio, capitulis argenteis, minoribus. *Amaranthoides affinis Braſiliana, glomeratis parviſque floſculis Breyn. Cent. 1. 111. Icon. 52.*

Amaranthoides marina, repens, Polygoni folio, capitulis argenteis Plum.

Amaranthoides Lychnidis folio, capitulis purpureis. *Amaranthoides affinis altera ſpecies ſive flore purpureo Breyn. Cent. 1. 110.*

Smilax.

Tab. 421. SMILAX eſt plantæ genus, flore A roſaceo, plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis conſtante, cujus piſtillum C abit deinde in fructum mollem D ſeu baccam ſubrotundam, ſemine fœtam E F plerumque globoſo G H vel ovato.

Smilacis ſpecies ſunt

Smilax aſpera, fructu rubente C. B. Pin. 296. *Smilax aſpera J. B. 2. 115. Smilax aſpera, rutilo fructu Cluſ. Hiſt. 112.*

Smilax aſpera, minus ſpinoſa, fructu nigro C. B. Pin. 236. *Smilax aſpera J. B. 2. 16. Smilax aſpera, nigro fructu Cluſ. Hiſt. 113.*

Smilax aſpera, ſeu ſpinoſa, latifolia, retuſa, folio peripheriâ leni H. Cathol.

Smilax unifolia, humillima. *Unifolium Dod. Pempt. 205. Lilium Convallium minus C. B. Pin. 304. Unifolium ſive Ophris unifolia J. B. 3. 534.*

Smilax aſpera, racemoſa, Polygonati folio. *Polygonatum racemoſum Corn. 36.*

Smilax ſpicata, Polygonati folio. *Polygonatum ſpicatum, fertile Corn. 34.*

Garidella.

GARIDELLA eſt plantæ genus, flore A roſaceo, plurimis ſcilicet petalis B fornicatis, bifidiſque in orbem poſitis conſtante: ex cujus calyce C multifolio ſurgit piſtillum D quod deinde abit in capitulum quoddam E, ex multis capſulis F oblongis, bivalvibus G compoſitum, ſemine fœtis ut plurimùm ſubrotundo H. *Tab.* 430.

Garidellæ ſpeciem unicam novi.

Garidella foliis tenuiſſime diviſis. *Nigella Cretica, folio Fœniculi C. B. Pin.* 146. *Melanthium Peregrinum ſive Creticum Pon. Bald. Ital.* 46. *Nigellaſtrum raris & Fœniculaceis foliis H. B. Monſp.*

Garidella dicitur à Clariſſ. D. *Garidel* in Academia Aquiſextienſi Botanices profeſſore doctiſſimo, qui rariorem hanc plantam in Agro Aquiſextienſi invenit.

Tribuloides.

TRIBULOIDES eſt plantæ genus, flore A roſaceo, plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis conſtante, ex cujus calyce C D ſurgit piſtillum quod deinde ſimul cum calyce abit in fructum F ſubrotundum, aculeatum, unicapſularem G, ſemine fœtum Caſtaneæ æmulo H: fructus autem aculei aliud nihil ſunt quàm folia calycis in aculeos verſa. *Tab.* 431.

Tribuloidis ſpeciem unicam novi.

Tribuloides vulgare, aquis innaſcens. *Tribulus aquaticus C. B. Pin.* 194. *J. B.* 3. 775. *Tribulus aquatilis Dod. Pempt.* 581. *Macre.*

Oxycoccus. *Canneberge.*

OXICOCCUS eſt plantæ genus, flore A roſaceo, plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis conſtante; cujus calyx C deinde abit in fructum D ſeu baccam ferè globoſam, in quatuor loculamenta E diviſam ſeminibuſque fœtam F rubrotundis. *Tab.* 431.

Oxycocci ſpecies ſunt

Oxycoccus ſive Vaccinia paluſtris J. B. 1. 227. *Vitis Idæa paluſtris C.B.Pin.* 471. *Vaccinia paluſtria Dod. Pempt.* 770.

Oxycoccus latifolia. *Vitis Idæa paluſtris, foliis majoribus, acutis Mentz.Pug.*

Ricinoides.

RICINOIDES eſt plantæ genus, flore A roſaceo, ex plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis conſtante, calici multifolio C inſidentibus ſed ſterili: Embryo enim D in aliis plantæ partibus naſcitur, calyce E obvolutus, abitque deinde in fructum F in tres capſulas G fiſſilem, ſemine fœtas oblongo H. *Tab.* 425.

Ricinoidis ſpecies ſunt

Ricinoides ex qua paratur *Tourneſol* Gallorum. *Heliotropium tricoccum C.B. Pin.* 253. *Heliotropium parvum Dioſcoridis*, *Heliotropium minus Clu-*

ſii ſive tricoccon Plinii Lob. Icon. 261.

Ricinoides arbor Americana, folio multifido. *Ricinus Americanus tenuiter diviſo folio Breyn. Cent.* 1. 116. *Avellana purgatrix C. B. Pin.* 418. *Avellana purgatrix novi orbis J. B.* 1. 322. *Medicinier d'Eſpagne.*

Ricinoides Americana, Goſſypii folio. *Ricinus Americanus, major, ſemine nigro C. B. Pin.* 432. *Ricinus major, Americanus, Curcas dictus & Faba purgatrix Indiæ Occiduæ J. B.* 3. 643. *Pignon d'Inde.*

Ricinoides Americana, Staphiſagriæ folio. *Ricinus Americanus, folio Staphiſagriæ C. B. Pin.* 432.

Ricinoides Americana, foliis Populi hirſutis Plum.

Ricinoides Americana, Caſtaneæ folio Plum.

Ricinoides Americana, fruteſcens, Altheæ folio Plum.

Ricinoides Americana, Verbaſci folio Plum.

Ricinoides Americana, Æleagni folio Plum.

Ricinoides Americana arbor, folio Citri, argenteo polline conſperſo Plum.

Hermania.

Tab. 432. HERMANIA eſt plantæ genus, flore A roſaceo, plurimis ſcilicet petalis B tubulatis & corniculatis, in orbem poſitis conſtante, è cujus calyce C monophyllo & veſicario ſurgit piſtillum D quod deinde abit in fructum E ſubrotundum, quinquefariam apice dehiſcentem F, in quinque loculamenta divisum G ſeminibuſque fœtum H exiguis.

Hermaniæ ſpeciem unicam novi.

Hermania fruteſcens, foliis oblongis, ſerratis.

A præſtantiſſimo viro Paulo Hermanno à quo plantam acceperam, nomen impoſui.

Echinophora.

Tab. 433. ECHINOPHORA eſt plantæ genus, flore A roſaceo, in capitulum B umbellatum naſcente & calyci C communi inſidente, qui deinde abit in fructum D unicapſularem E, ſemine fœtum oblongo F.

Echinophoræ ſpecies ſunt

Echinophora maritima, ſpinoſa. *Crithmum maritimum, ſpinoſum C. B. Pin.* 288. *Paſtinaca marina Lob. Icon.* 710.

Echinophora Paſtinacæ folio. *Paſtinaca ſylveſtris, anguſtifolia, fructu echinato C. B. Pin.* 451. *Paſtinaca echinophora, Apula Col. Part.* 1. 101.

Niſſolia.

NISSOLIA eſt plantæ genus à Lathyro diverſum foliis ſingularibus & caule claviculis carente.

Niſſoliæ ſpeciem unicam novi.

Niſſolia vulgaris. *Lathyrus ſylveſtris, minor C. B. Pin.* 344. *Catanance leguminoſa quorundam J. B.* 2. 309. *Lathyrus anguſtifolius, erectus, folio*

folio singulari sine capreolis D. Nissole H. L. Monsp.

A Clarissimo D. Nissole D. M. Monspeliensi rerum naturalium studiosissimo nomen habet.

Aphyllanthes.

APHYLLANTHES est plantæ genus, flore A liliaceo ex senis scilicet petalis B constante, è fundo calycis C squamosi & veluti tubulati emergentibus: pistillum autem D surgit ex eodem calyce, abitque deinde in fructum E trigonum, turbinatum, trifariam dehiscentem F, in tria loculamenta G divisum seminibusque fœtum subrotundis H. *Tab.* 439.

Aphyllanthis speciem unicam novi.

Aphyllanthes Monspeliensium Adv. 190. *Caryophyllus cæruleus Monspeliensium C. B. Pin.* 209.

Hæmanthus.

HÆMANTHUS est plantæ genus, flore liliaceo A, monopetalo, in sex lacinias diviso, cujus calyx B abit deinde in capsulam C ferè globosam, in tria loculamenta D divisam, seminibusque fœtam oblongis E. His notis addendum est flores Hæmanthi in capitulum F nasci sex foliolis compositum. *Tab.* 433.

Hæmanthi speciem unicam novi.

Hæmanthus Africanus H. L. Bat. *Tulipa Capensis sive Promontorii Bonæ Spei Stap.* 334. *Narcissus Indicus puniceus, gemino latiori folio Ferr. Flor.* 137.

Sarracena.

SARRACENA est plantæ genus, flore A rosaceo, plurimis scilicet petalis B in orbem positis constante, calyci C multifolio insidentibus, ex cujus meditullio surgit pistillum D clypeo quodam membranaceo E instructum, quod deinde abit in fructum F subrotundum, in quinque loculamenta G ut plurimùm divisum, seminibusque fœtum H oblongis. *Tab.* 476.

Sarracenæ speciem unicam novi.

Sarracena Canadensis, foliis cavis & auritis. *Limonium peregrinum, foliis formâ floris Aristolochiæ C. B. Pin.* 192. *Limonio congener Clus. Hist.*

Sarracenam appellavi à Clarissimo D. *Sarrazin*, Medicinæ Doctore, Anatomico & Botanico Regio insigni, qui eximiam hanc plantam, pro summa qua me complectitur benevolentia è Canada misit.

Ahouai.

AHOUAI est plantæ genus, auctore Clariss. Plumerio, flore A monopetalo, infundibuliformi, multifido, ex cujus calyce B surgit pistillum C infimæ floris parti D adinstar clavi infixum, quod deinde abit in fructum E carnosum, quodammodo Pyriformem, ossiculo fœtum F ferè trigono G, nucleum condente H. *Tab.* 434.

Ahouai ſpecies ſunt

Ahouai Thev. Franc. Antarct. 66. *Arbor America, foliis Pomi, fructu triangulo C. B. Pin.* 434. *Ahouai fructus venenatus J. B.* 1. 337.

Acajou.

Tab. 435. ACAJOU eſt plantæ genus, auctore Clariſſ. Plumerio, flore A monopetalo, veluti infundibuliformi & multifido, è cujus calyce B ſurgit piſtillum C capillamentis D ſtipatum, poſticæ floris parti E adinſtar clavi infixum, quod deinde abit in fructum F turbinatum, mollem, cui adnaſcitur capſula reniformis G, ſemine fœta H ejuſdem formæ I.

Acajou ſpeciem unicam novi.

Acajou Thev. Franc. Antarct. 120. *Anacardii alia ſpecies C. B. Pin.* 512. *Cajous J. B.* 1. 336.

Genipa.

Tab. 436. 437. GENIPA eſt plantæ genus, auctore Clariſſ. Plumerio, flore A monopetalo, campaniformi, patente, è cujus calyce B ſurgit piſtillum C poſticæ floris parti D adinſtar clavi infixum: calyx autem deinde abit in fructum E plerumque ovatum, carnoſum, in duo veluti loculamenta diviſum F ſeminibuſque fœtum ut plurimùm planis G.

Genipæ ſpeciem unicam novi.

Genipa fructu ovato Plum. *An una ex ſpeciebus Genipat Thev. Franc. Antarct.* 19?

Manihot. *Caſſave.*

Tab. 438. MANIHOT eſt plantæ genus, auctore Clariſſ. Plumerio, flore A monopetalo, campaniformi, plerumque patente, multifido, cujus piſtillum B abit deinde in fructum C ſubrotundum, tribus capſulis fœtum D ſimul junctis E, oblongis, quæ ſingulæ F nucleum condunt oblongum G.

Manihot ſpecies ſunt

Manihot Theveti, Juca & Caſſavi J. B. 2. 794. *Ricinus minor, Viticis obtuſo folio, caule verrucoſo, flore pentapetalo, albido, ex cujus radice tuberoſa ſucco venenato turgida, Americani panem conficiunt Sloane Cat. Plant. Jam.* 41. *Manihot Indorum ſive Yuca foliis Cannabinis C. B. Pin.* 90. *Pluk. Phytog. Tab. ccv. fig.* 1.

Manihot Americana, ſpinoſiſſima, folio Vitigineo Plum. *Ricinus Americanus, urens Hort. Amſtel. in fol. fig.* 10.

Manihot Americana, Ulmi folio ampliore Plum.

Manihot Americana, Ulmi folio anguſtiore Plum.

Manihot Americana, ſcandens, Betonicæ folio Plum.

Manihot Americana, minima, Camædryfolia Plum.

Plumeria. *Frangipanier.*

PLUMERIA eſt plantæ genus, flore A monopetalo, infundibuliformi, multifido, ex cujus calyce B furgit piſtillum C infimæ floris parti D adinſtar clavi infixum, quod deinde abit in fructum E ſiliquoſum, plerumque geminum F G, per longitudinem dehiſcentem H ſeminibuſque fœtum oblongis I, foliatis K, ſquamatim poſitis, placentæ L affixis. *Tab.* 439.

Plumeriæ ſpecies ſunt

Plumeria flore roſeo, odoratiſſimo. *Frangipanier à fleur rouge.*

Plumeria flore niveo, foliis longis, anguſtis & acuminatis. *Frangipanier à fleur blanche.*

Plumeria flore niveo, foliis brevioribus & obtuſis.

Plumeria, ab inventore Clariſſ. Plumerio, Botanico Regio, qui tot tantiſque plantis Botanicam locupletavit.

Papaya. *Papaie.*

PAPAYA eſt plantæ genus, auctore Clariſſ. Plumerio, flore gemino, alio ſcilicet tubulato A & ſtelliformi, ſed ſterili: alio vero roſaceo B ex plurimis petalis C conſtante, ex cujus calyce D ſurgit piſtillum E quod deinde abit in fructum F veluti Meloniformem, carnoſum, ſeminibus fœtum G plerumque ſtriatis H, calyptrâ obvolutis I. *Tab.* 441.

Papayæ ſpecies ſunt

Papaya fructu Melopeponis effigie Plum. *Arbor Platani folio, fructu Peponis magnitudine eduli C. B. Pin.* 431. *Mamœra Luſitanorum Cluſ. Cur. poſt. in fol.* 41.

Papaya fructu maximo, Peponis effigie.

Papaya fructu oblongo, Melonis effigie.

Sapindus.

SAPINDUS eſt plantæ genus, auctore Clariſſ. Plumerio, flore A roſaceo, ex quatuor plerumque petalis B conſtante: ex cujus calyce C quadrifolio ſurgit piſtillum D quod deinde abit in fructum E ſphæricum, nuculâ fœtum F ſphæricâ pariter G, nucleum condente H ejuſdem formæ I. *Tab.* 440.

Sapindi ſpeciem unicam novi.

Sapindus foliis coſtæ alatæ innaſcentibus. *Nuculæ Saponariæ, non edules C.B. Pin.* 511. *Saponariæ ſphærulæ arboris Filicifoliæ J. B.* 1. 312. *Prunifera racemoſa, folio alato, coſtâ mediâ membranulis utrinque extantibus donatâ, fructu ſaponario Sloane Cat. Jam.* 184. *Prunifera ſeu Nuciprunifera fructu ſaponario, orbiculato, monococco, nigro, Americana Pluk. Tab. ccxvij. fig.* 7. *Arbre qui porte des Savonettes, Du Tertre.* 165.

Sapindus, quaſi Sapo Indus, propter fructus corticem qui Saponis uſum præbet.

Begonia.

Tab. 442. BEGONIA eſt plantæ genus, auctore Clariſſ. Plumerio, flore gemino, alio ſcilicet ſterili A, ex quatuor petalis amplioribus B & anguſtioribus C compoſito: alio verò roſaceo D ex plurimis petalis E in orbem poſitis conſtante & calyci foliato F inſidentibus: is autem deinde abit in fructum G trigonum, alatum H, in tria loculamenta I diviſum, ſeminibuſque fœtum exiguis L.

Begoniæ ſpecies ſunt

Begonia purpurea, maxima, folio aurito Plum.

Begonia roſeo flore, folio aurito, minor & glabra Plum.

Begonia roſeo flore, folio aurito, minor & hirſuta Plum.

Begonia roſeo flore, foliis acutioribus, auritis & latiùs crenatis Plum.

Begonia roſeo flore, folio orbiculari Plum.

Begonia nivea, maxima, folio aurito Plum.

Begoniam appellavit Clariſſ. Plumerius tanquam perenne obſervantiæ ſuæ monumentum erga Illuſtriſſ. virum DD. *Bégon*, Regi ab intimis conſiliis & Rei nauticæ Præfectum in orâ Santonum.

Guaiava. *Gaiave.*

Tab. 443. GUAIAVA eſt plantæ genus, auctore Clariſſ. Plumerio flore roſaceo A ex plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis conſtante, cujus calyx C infundibuliformis abit deinde in fructum D ferè ovatum, coronatum E, mollem, in cujus carne F multa ſemina exigua nidulantur.

Guaiavæ ſpeciem unicam novi.

Guaiava Cluſ. Hiſt. App. 1. *Guyabo Pomifera, Indica C. B. Pin.* 437.

Cacao.

Tab. 444. CACAO eſt plantæ genus, auctore Clariſſ. Plumerio, flore A roſaceo, plurimis ſcilicet petalis B conſtante, ex cujus calyce C multifolio ſurgit piſtillum D tubi cujuſdam E multiſciſſi laciniis cinctum, quod deinde abit in fructum F Cucumiformem, ſtriatum, ſeminibus fœtum G in quinque ut plurimùm acervulos collectum, oblongos H, in multas veluti Amygdalas I fiſſiles.

Cacao ſpeciem unicam novi.

Cacao Cluſ. Exot. 55. *Amygdalis ſimilis Guatimalenſis C. B. Pin.* 442.

Tamarindus. *Tamarin.*

Tab. 445. TAMARINDUS eſt plantæ genus, flore A roſaceo, plurimis ſcilicet petalis B in orbem diſpoſitis conſtante: ex cujus calyce C multifido ſurgit piſtillum D quod deinde abit in ſiliquam E compreſſam, aliam F condentem, ſemine fœtam G plano H, ut plurimùm angulato: intervallum autem quod inter duas ſiliquas occurrit, pulpâ turget plerumque nigrâ & acidâ.

Tamarindi ſpeciem unicam novi.

Tamarindus Raii Hiſt. 1748. *Tamarindi J. B.* 1. 422. *Siliqua Arabi-*

ca, quæ Tamarindus C. B. Pin. 403. *Tamarindus Derelſide appellata P. Alp.*

Tamariſcus. *Tamaris.*

TAMARISCUS eſt plantæ genus, flore roſaceo, plurimis ſcilicet petalis in orbem poſitis conſtante, ex cujus calyce ſurgit piſtillum quod deinde abit in capſulam Salicis fructus æmulam, oblongam nempe, membranaceam, in duas partes dehiſcentem, ſeminibuſque fœtam pappo inſtructis.

Tamariſci ſpecies ſunt

Tamariſcus Germanica Lob. Icon. 218. *Tamarix fruticoſa, folio craſſiore ſive Germanica C. B. Pin.* 485. *Tamarix Germanica ſive minor, fruticoſa J. B.* 1. 351.

Tamariſcus Narbonenſis Lob. Icon. 218. *Tamarix altera folio tenuiore ſive Gallica C. B. Pin.* 485. *Tamarix major ſive arborea, Narbonenſis J. B.* 1. 351.

Molle.

MOLLE eſt plantæ genus, flore roſaceo, plurimis ſcilicet petalis in orbem poſitis conſtante, cujus piſtillum abit in fructum Piperis grani æmulum.

Molles ſpeciem unicam novi.

Molle Cluſ. in Monard. 311. *Lentiſcus Peruana C. B. Pin.* 399.

Caryophyllus aromaticus.

CARIOPHYLLUS AROMATICUS eſt plantæ genus, flore A roſaceo, plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis conſtante, calyci C inſidentibus: Is autem deinde abit in fructum D ovatum, umbilicatum E, unicapſularem F, ſemine fœtum oblongo G. *Tab.* 432.

Caryophylli Aromatici ſpeciem unicam novi.

Caryophyllus Aromaticus, fructu oblongo C. B. Pin. 410. *Caryophylli Cam. Epit.* 349.

Corallodendron.

CORALLODENDRON eſt plantæ genus, flore papilionaceo A, vexillo longiſſimo, enſiformi B, alis C & carinâ D breviſſimis: ex floris autem calyce E ſurgit piſtillum F teres, membranâ fimbriatâ G obvolutum, quod deinde abit in ſiliquam H veluti nodoſam, bivalvem I K, ſeminibus fœtam quaſi reniformibus L. *Tab.* 446.

Corallodendri ſpecies ſunt

Corallodendron triphyllum, Americanum, ſpinoſum, flore ruberrimo. *Siliqua ſylveſtris, ſpinoſa, arbor Indica C. B. Pin.* 402. *Coral arbor Cluſ. App.* 1. *Coral arbor ſiliquoſa J. B.* 1. 426. *Arbuſcula Corallii Ferr. Flor.* 381.

Corallodendron triphyllum, Americanum, minus, ſpinis & ſeminibus nigricantibus. *Coral arbor, ſiliquoſa, minor, ſpinis & ſeminibus nigricantibus H. L. Bat.*

Corallodendron Americanum, Fraxini foliis Plum.

Corallodendron Americanum, folio ſingulari, oblongo, ſiliquâ planâ Plum.

Corallodendron Americanum, foliis Pſeudoacaciæ ſubtus tomentoſis, flore luteo Plum.

Corallodendron, à vocibus Græcis Κοράλλιον *Corallum*, & Δένδρον *Arbor*, quaſi dicas arborem Coralli æmulam, propter floris colorem.

Ficus. *Figuier.*

Tab. 420.
a Hiſt. 184.

FICUS eſt plantæ genus floribus, auctore [a] Valerio Cordo, in ipſius fructus A B C cavitate naſcentibus, capillamentis ſcilicet tenuibus ex involucro quodam D F prodeuntibus, quod ſemen complectitur E G ut plurimùm ſubrotundum. Fructus autem plerumque turbinatus eſt, vel globoſus, quandoque ovatus, ſeſſilis, carnoſus, & mollis.

Ficus ſpecies ſunt

Ficus ſativa, fructu præcoci, pallidè virenti, intus roſeo. *Ficus veris primula, bifera, oblongo-rotundo, compreſſo, volemo fructu decumano, coſtato, craſſoque cortice viridi, pallido, intus roſeo H. Cathol. Figue fleur griſe.*

Ficus ſativa, fructu præcoci, ſubrotundo, albido, ſtriato intus roſeo. *Ficus bipara, oblongo, ſubrotundo fructu, ſatis magno, coſtulato, candidè palleſcente, ſtrigato cortice, intus roſeo, veris præcoquis ſapore præferendo H. Cathol. Figue Cordeliere ou Servantine.*

Ficus ſativa, fructu oblongo, albo, mellifluo. *Ficus Uttata vulgo dicta, ſuavi fructu albo, ſciſſurato, oblongo, medio, delicatis micis albis conſtante H. Cathol. La groſſe blanche longue.*

Ficus ſativa, fructu globoſo, albo, mellifluo. *La groſſe blanche, ronde.*

Ficus ſativa, fructu præcoci, albido, fugaci. *Ficus æſtatis prodroma, fructu albido, medio, ſuperiùs preſſo, fugaci H. Cathol. Petite figue blanche ou précoce.*

Ficus ſativa, fructu parvo, ſerotino, albido, intus roſeo, mellifluo, cute lacerâ. *Figue de Marſeille.*

Ficus ſativa, fructu globoſo, albido, omnium minimo. *Ficus Liparenſis cognomento, fructu Pilæformi, ſeſſili, omnium minimo, albo, melicompote H. Cathol*

Ficus ſativa, fructu viridi, longo pediculo inſidente. *Figue verte.*

Ficus ſativa, fructu flaveſcente, intus ſuaverubente. *La groſſe jaune.*

Ficus ſativa, fructu intus & extus flaveſcente. *Figue Medot.*

Ficus ſativa, fructu parvo, fuſco, intus rubente. *Melette ou Coucourelle.*

Ficus ſativa, fructu majori, violaceo, oblongo, cute lacerâ. *Ficus nitidi purpureo, cæſio fructu majori ſeu magnitudine & formâ Melongenis propinquo, ſcarificato cortice H. Cathol. Groſſe violette longue.*

Ficus ſativa, fructu minori, violaceo, oblongo, cute lacerâ. *Ficus nitidè purpureo, cæſio fructu, Melongeniformi, duplo minori, intus rubro, granis extuberante, tunicâ lacerâ H. Cathol. Figue violette.*

Ficus ſativa, fructu violaceo, longo, intus rubente. *Ficus longo fructu medio,*

nigro-rubente, cortice duro, intus rubro non contemnendi saporis H. Cathol. Figue Angelique.

Ficus sativa, fructu atro-rubente, polline cæsio asperso. *Ficus sphærico-plano fructu majori, cortice admodum crasso, Lactuco, Bresilici seu moschati coloris, veluti polline asperso albo, punctato, carne granatâ, rubrâ H. Cathol. Grosse Bourjassote.*

Ficus sativa, fructu globoso, atro-rubente, intus purpureo, cute firmâ. *Ficus rotundo depresso fructu purpureo, tardè maturascente, corticato, granuloso, lacte turgente, interiùs rubro, dulci acerbescente H. Cathol. Petite Bourjassote.*

Ficus sativa, fructu longo, majori, nigro, intus, albo, serotino. *Ficus fructu longo majori, nigro, sponte dehiscente, tardissimæ maturationis, interiùs albo, siccis crassisque micis seu vermiculis H. Cathol. La noire blanche.*

Ficus sativa, fructu longo, majori, nigro, intus purpurascente. *Figue noire.*

Ficus humilis C. B. Pin. 457. *Chamæficus J. B.* 1. 120. *Ficus pumila Dod. Pempt.* 812. *Figuier nain.*

Ficus sylvestri Dioscoridi C. B. Pin. 457. *Caprificus Plinii J. B. Descript.*

Ficus sylvestris, fructu minori, rotundo, albido. *Ficus sylvestris minori, albo, pallido, rotundo, fructu immiti, intus rufo, granoso H. Cathol.*

Ficus sylvestris, fructu minori, oblongo, atro-cæruleo. *Ficus sylvestris minori oblongo fuscè cæruleo fructu, minùs acerbo, interiùs rubro, granuloso H. Cathol.*

Ficus Lusitanica, sylvestris, Mori folio.

Ficus Indica, foliis Mali Cotonei similibus, fructu Ficubus simili, in Goa C. B. Pin. 457. *Ficus Indica Clus.* 2. *Hanc Clariss. Plumerius mihi affirmavit veram esse Ficus speciem perinde ac sequentes.*

Ficus Americana, Castaneæ folio, fructu globoso, maculato Plum.

Ficus Americana, maxima, folio Citri subrotundo, fructu umbilicato Plum.

Ficus Americana, folio Citri acutiore, fructu viridi Plum.

Ficus Americana, folio Citri obtuso, fructu sanguineo Plum.

Ficus Americana, folii Lauri, fructu maximo Plum.

Ficus Americana, Dactyloides, folio subtus argenteo Plum.

Ephedra.

EPHEDRÆ species sunt

Ephedra sive Anabasis Bellon. *Polygonum maritimum, scandens C.B. Pin.* 15.

Ephedra maritima, major. *Polygonum bacciferum, maritimum majus, sive Uva maritima, major C. B. Pin.* 15. *Tragus sive Uva marina major J. B.* 1. 406.

Ephedra maritima, minor. *Polygonum bacciferum maritimum, minus C. B. Pin.* 15. *Tragus sive Uva marina J. B.* 1. 406. *Polygonum marinum, ij Tabern. Icon.* 836.

Ephedra Hispanica, arborescens, tenuissimis & densissimis foliis.

Casia.

CASIÆ species sunt

Casia Poëtica Monspeliensium, an Theophrasti Lob. Icon. 433. *Osyris frutescens, baccifera C. B. Pin.* 312.

Casia Hispanica procerior Myrti folio.

Linagrostis.

LINAGROSTIS species seu potiùs varietates sunt

Linagostris panicula ampliore. *Linagostris Tabern. Hist.* 559. *Gramen tomentarium. Linum pratense Tabern. Icon.* 230. *Gnaphalium Tragi sive Juncus Bombycinus J. B.* 2. 514.

Linagrostis paniculâ minore.

EXPLICATIO

EXPLICATIO
QUARUNDAM VOCUM,
quibus Rei Herbariæ Scriptores uti ſolent.

A CAULIS & ACAULOS, ſine caule. Planta caule carere dicitur, cujus flos humi ſedet. *Carlina Acaulos, magno flore C. B. Pin.* id eſt Carlina flore ſeſſili.

ACINUS & ACINI ſumuntur pro granis illis densè naſcentibus, ex quibus fructus Sambuci, Liguſtri, & aliarum id genus plantarum componitur. Inter Acinos, inquit Ruellius, enumerantur grana Uvæ, Hederæ, Sambuci, Ebuli, Mali Punicæ; addunt etiam Morum, & quidquid his eſt ſimile. Uſurpantur etiam Acini pro ipſo ſemine intus latente, ideoque ſæpe præſcribuntur à Medicis uvæ exacinatæ, hoc eſt purgatæ ab acinis ſeu ſeminibus illis quæ γιγαρτον dicuntur. *De Nat. Stirp.*

ADNATA ſeu ADNASCENTIA, *Cayeux*: nova germinatione ſub terra prodeunt adnata in Lilio, Narciſſo, Hyacintho, quæ deinde in veras radices extuberant.

ALA ſumitur, 1. pro cavo illo anfractu ſeu ſinu inter caulem & folium vel ramum poſito, unde nova proles A egredi ſolet. Sic, inquit Ruellius, alarum cava ſinuſque idem ſibi velle fatebitur, qui bonos auctores evolverit. Cum igitur flos è foliorum alis naſci dicitur, intelligendus eſt prodire ex illo ſinu ſeu angulo qui conſtituitur à caule & foliis coeuntibus: ſimilitudine ducta ab alis ſeu axillis humanis, quæ ſumuntur pro angulo illo qui occurrit inter truncum & brachium; quare Plantarum alæ dicuntur Gallicè, *Les aiſſelles des plantes* 2. Alæ dicuntur etiam [a] petala florum papilionaceorum inter vexillum & carinam poſita, Gallis *Les aîles des fleurs legumineuſes.* 3. Habentur pro extremis tenuibus ac membranaceis ſeminum quorundam partibus, ut in Bignonia, Plumeria, Aceris fructu, Gallicè *Semences aîlées.* 4. Uſurpantur interdum pro membranis illis foliaceis, quæ ſecundùm caulium longitudinem excurrunt, unde caulis alatus dicitur [b] A, B, C, D, E, *Tige aîlée.* *Tab.* 468. a *Pag.* 74. b *Tab.* 475.

ALBURNUM, *Aubier.* Adeps arborum à nonnullis exiſtimatum, dicitur pars illa trunci, quæ corticem inter & materiem occurrit, ſeu materies tenerior poſt aliquot annos induranda: nam quotannis ferme ſuperficies alburni materiei jam induratæ adhæreſcens revera induratur ipſa, ſuperficie alterâ quæ cortici ſubeſt ſeſe dilatante in alburnum novum. Unde circuli illi concentrici truncorum arborum aliud nihil ſunt quàm alburni pars ſpatio aliquot annorum indurata. Quapropter in arborum truncis quatuor ſpectanda

ſunt 1° Cortex omnibus notus; 2° liber ſeu cortex interior in aliquibus arboribus ab alburno ſeparabilis & in prætenues philyras acu ſeparandus, quæ Papyrus antiquorum. 3° alburnum ipſum. 4° materies ſeu lignùm.

AMENTACEUS FLOS. *Chaton.* pag. 580.

APICES, *Sommets.* pag. 69. 70.

ARBOR, eſt plantæ genus perenne, excelſum, ſimplici trunco ſeu caudice craſſo, duro, brachiatoque donatum. Arborum ſolemus appellare, ut ait, Ruellius, quidquid ab radice ſtatim ſimplici caudice, brachiatum ramis, circuloſum, diſſolutuque contumax aſſurgit; quemadmodum Quercus, Tilia, Ulmus.

ARISTA, cùm de Cerealibus agitur, dicitur acus illa tenuis, eminens, è gluma ſive folliculo grani. *La barbe du blé.*

ARTICULATIO eſt connexio partium, quæ articulis ſeu geniculis conſtant; quales ſunt plurimarum plantarum ſiliquæ, Ornithopodii ſcilicet, Coronillæ, Securidacæ, quæ ſolubili nexu committuntur. Unde partes illæ *articuloſæ* appellantur, & *articulatim* ſeu *geniculatim* connecti dicuntur. Quæ verò partes plantarum eandem formam præ ſe ferunt, *articuloſæ* etiam appellantur, quamvis articulis careant. Sic Polygonati radix *articuloſa* dicitur ſeu *geniculata*. *Internodium*, ut ait Ruellius, dici conſuevit ſpatium, quod inter artus vel genicula medium intercedit.

ASPARAGUS. Prima olerum germina priuſquam in folia explicentur, centiſſimique Turiones qui edendo ſunt, *Aſparagi* nuncupantur, ait Ruellius.

AXIS propriè dicitur pars illa teres, circa quam rota vertitur: unde tranſlatione factâ in nonnullis fructibus & nucamentis, pars illa teres in centro poſita, circa quam aliæ partes diſponuntur, *Axis*, vel *columen* dici poteſt: Gallis *Ame*, *Noyau*, *ou Poinçon.*

BACCA, *Baye.* Inter acinos & baccas, inquit Ruellius, hoc intereſſe putant, quòd acini inter fœtus minutiores herbarum, fruticum, arborumve denſiùs enaſcantur; bacca verò diſperſiùs & rariùs. Inter baccas enumerantur partus Lauri, Oliva, Corna, Myrti fructus, &c.

BALAUSTIUM, flos Mali Punicæ.

BARBULA, pag. 74.

BIVALVIS, *à deux batans.* Siliqua *bivalvis* dicitur, quæ ſecundùm longitudinem dehiſcit, tanquam janua quæ in duas partes aperitur.

BOTANICE, Res Herbaria, à voce Græca Βοτάνη *Herba*: Βοτάνη autem à Βοτὸς *eſca*, quod à Βόω paſco: multa enim animalia paſcuntur herbis. *La Botanique, ou la Science des Plantes.*

BRACHIA, in arboribus ſunt rami craſſiores, in quos truncus dividitur, ſimilitudine ductâ à brachiis humanis. Sic Virgilius,

Æneid. 6.

In medio ramos, annoſaque brachia pandit
Ulmus opaca, ingens.

BULBUS, *Bulbe*, *Ognon.* Radices rotundæ ſuis membranis tunicatæ, *Bulbi* nominantur. Vide *Radix.*

CALYPTRA, *Coiffe.* Involucrum tenue quorundam ſeminum Granadillæ v. g. Oxydis, &c.

CALYX, pag. 71.

CAPILLAMENTUM, pag. 70.

CAPITULUM, CAPUT. Id quod ſurſum deorſumve, ut ait Ruellius, in globum extuberat, aut in orbem glomeratur, *Caput* dici conſuevit. Si magnitudine ceſſerit *Capitulum*: à quo multa herbarum capitulata viſuntur faſtigia. Radices nonnullæ ut Porri & Ceparum extuberant in capitula, unde & *capitatum* Porrum ſibi nomen uſurpavit. Sic radix quæ tubere globoſo concrevit, ſibi *capitis* appellationem arrogavit.

CAPSULA, *Loge*, *Capſule*. Uſurpatur pro theca ſeminum, ſive illa craſſa vel tenuis ſit, ſive mollis aut dura. Fructus unicapſularis, bicapſularis, tricapſularis, multicapſularis; hoc eſt in duas, tres, aut multas capſulas diviſus.

CARACTER plantarum, eſt nota illa propria, quâ genera plantarum inter ſe diſtinguuntur.

CARINA, quod in angulum plerumque acutum excavatur, carinæ navis in modum; unde petalum inferius floris Papilionacei [a] *Carina*, & folia Aſphodeli [b] *Carinata*, dicuntur.

a Pag 74.

b Tab 449. fig. 10. & 11.

CAUDEX & CAULIS. *Caudex* vocatur arborum truncus, *Le tronc*. *Caulis* verò herbarum virga illa à radice emergens, quæ foliis, floribuſque donari ſolet; *La tige*. Hoc inter caulem & caudicem intereſt, inquit Ruellius, ut caulis ad herbas, caudex ad frutices & arbores duntaxat pertineat. Caulis alatus: vide *Ala*.

CIRRUS. Capillamenta, ex Ruellio, ſi contorta criſpentur, Cirri mutuantur appellationem. Radices *cirratæ* dicuntur, quæ veluti crinibus quibuſdam comantur.

CLASSIS plantarum, pag. 51.

CLAVICULUS, CLAVICULA, CAPREOLUS: *Mains*, *Vrilles*. [c] Capillamenta illa intorta, ut cincinnus, *Claviculi*, *Clavicula* vel *Capreoli* appellantur. Multæ plantæ leguminoſæ eorum adminiculo plantas vicinas cæteraque apprehendunt. Vitis, ut ait Cicero, claviculis ſuis, quaſi manibus, quidquid eſt nacta, complectitur.

c Tab. 466.

De Senect.

COMA, ex Ruellio quidquid hilari venuſtate crinium modò, ſumma ramorum vel coliculorum exornat, ut frondes cùm foliatum eſt cacumen. Sæpe & Corymbi & flores ſua venere comant.

CONUS eſt turbo inverſus, ut ait Ruellius, id eſt corpus ex orbiculata baſi in acumen ſenſim deſinens, pyramidis adinſtar. Fructus Pinus, *coniformis* ſive *conus dicitur*. Tubus coni trunci æmulus: Vide *Murucuia*.

CORDIFORMIS, quod cordis, quale pingi ſolet, effigiem repræſentat.

CORONA, pag. 74.

CORYMBUS, propriè convenit Hederæ fructui, cujus acini in capitulum quoddam colliguntur. Racemis, inquit Plinius de fructu Ederæ loquens, in orbem circumactis, qui vocantur *Corymbi*. Utuntur tamen Rei Herbariæ Scriptores *Corymbi* voce ad deſcribendam formam orbicularem fructuum & florum Elychryſi, Cepes, Allii, & ſimilium.

Lib. 16. cap. 34

CRENÆ, *Crenelures*; ſunt quædam, inquit Ruellius, in extremis oris inciſuræ, à quibus crenata herbarum folia declarantur, ſicuti quæ per ambitum ſecta & ſerræ modo denticulata doctis appoſitè ſerrata traduntur. Inciſuræ crenatæ obtuſiores ſunt ſerratis. Vide *Tab.* 450. *fig.* 13.

CUBITUS, *Coudée.* Quantum ab externa cubiti flexura uſque ad ſummum medium digitum patet: Caulis cubitalis, bicubitalis, tres cubitos altus; ad proceritatem quatuor cubitorum aſſurgens, ſemicubitalis, ſeſquicubitalis.

CULMUS, *La tige des eſpéces de Blé & de Chien-dent.* Caulis Cerealium ſeu Calamus appellatur: unde *plantæ Culmiferæ.*

CYLINDRUS, *Cylindre.* Corpus teres & volubile columnæ æmulum. Fructus Cylindraceus, qui Cylindri formam refert.

Tom. I. 76. & 82. CYTINUS. Pro flore Mali Punicæ ſativæ vulgò, à Joanne Bauhino tamen pro calice ejuſdem floris uſurpatur: unde calyx cytiniformis plantarum flore labiato à ſimilitudine Cytini.

DENTICULATUS, *Dentelé.* Quod dentium vel ſerræ in modum inciſum eſt: inciſuræ denticulatæ acutiores ſunt crenatis.

DIGITUS. Vide *Uncia.*

DIGITATUS. Quod inciſuras habet velut manus humana. Ricini folium digitatum eſt: folia digitatim diſpoſita, Quinquefolii ſcilicet, Cannabis, Viticis. *Feüilles en main ouverte, ou en éventail ouvert. Tab.* 454. *fig.* 22. & *Tab.* 457. *fig.* 25. & 26.

DISCUS, *Diſque.* pag. 74.

DISSEPIMENTUM, *Cloiſon.* Septum intermedium, quo fructus cavitas in loculamenta dividitur.

DODRANS, *Empan.* Vide *Spithame.* Planta dodrantalis, ſeu dodrantem alta.

ECHINUS eſt, inquit Ruellius, quidquid numeroſa congerie aculeorum ſtipatur, ſive tegmen, ſive caput, ſive cacumen: ſic dictus, quod globoſo ſpinarum agmine maris Erinaceum mentiatur, ut fructus Caſtaneæ.

a *Hiſt. Oxon. Part.* 2. §. 83. EMARGINATUS, *Echancré.* Inciſus propemodum cordis formâ, ſeu cujus margo introrſum excavatur. [a] Moriſono Acetoſæ ſpecies quædam appellatur. *Acetoſa rotundifolia, repens, Eboracenſis, folio in medio deliquium patiente*, hoc eſt folio emarginato vel cordiformi.

EMBRYO: tenerrimus plantæ fœtus, cujus partes evolvi geſtiunt.

FACIES PLANTÆ EXTERIOR, *Le port d'une plante.* Totius plantæ habitus, quo formam alterius plantæ apprimè refert. Sic *Trifolium pratenſe, purpureum C. B. facie externa* ad cæteras Trifolii ſpecies omnino videtur accedere, etiamſi flore ſit diverſo. Nymphoides toto habitu Nymphææ ſpeciem ſe declarat, exceptis floribus & fructu.

FIMBRIA, *frange.* Plantarum partes *fimbriatæ* dicuntur, quæ in tenues & oblongas partes ſecantur. Petala florum Nymphoidis fimbriata ſunt. Flos Granadillæ corollâ fimbriatâ donatur.

FISTULÆ PLANTARUM, pag. 54. Flores dicuntur in fiſtulam tenuari, qui in exiguum tubum coarctantur, quales ſunt flores labiati.

FLOS, *Fleur*. Gaudium eſt arborum herbarumque. Ejus definitionem, vide pag. 67.

FLOS AMENTACEUS, pag. 580.

FLOS APETALOS, pag. 72.

FLOS CAMPANIFORMIS, pag. 73. & 76.

FLOS CARYOPHYLLÆUS, pag. 74.

FLOS COMPOSITUS, pag. 72.

FLOS CRUCIFORMIS, pag. 74.

FLOS FOECUNDUS, *Fleur noüée*. Qui embryoni adhæreſcit: quales ſunt flores frugiferi plantarum Cucurbitacearum.

FLOS FLOSCULOSUS, pag. 74.

FLOS GALEATUS. Qui Galeæ ſpeciem refert. *Fleur en caſque.*

FLOS INFUNDIBULIFORMIS, pag. 73.

FLOS LABIATUS, pag. 73.

FLOS LILIACEUS, pag. 74.

FLOS MONOPETALOS, pag. 73.

FLOS MONOPETALOS, ANOMALOS, pag. 73. &

FLOS PAPILIONACEUS, pag. 74.

FLOS PERSONATUS, pag. 73. &

FLOS PETALODES, pag. 72.

FLOS POLYPETALOS, pag. 73.

FLOS POLYPETALOS, ANOMALOS, pag. 74.

FLOS RADIATUS, pag. 74.

FLOS ROSACEUS, pag. 74.

FLOS ROTATUS, pag. 73.

FLOS SCORPIOIDES. Qui Scorpionis caudam æmulatur Tab. 464. fig. 37.

FLOS SEMIFLOSCULOSUS, pag. 74.

FLOS SIMPLEX, pag. 72.

FLOS SPICATUS, *Fleur en épy*. Tab. 464. fig. 36. & 38.

FLOS STAMINEUS, pag. 72.

FLOS STERILIS, *Fauſſe fleur*. Qui nulli embryoni adhæreſcit: quales ſunt flores infertiles plantarum Cucurbitacearum.

FLOS VERTICILLATUS, vide *Verticillum*.

FLOS UMBELLATUS, pag. 304. Tab. 158.

FOLIUM propriè loquendo ſumitur nunc ſolummodo pro iis foliis, quæ naſcuntur ex radicibus, aut cauli ramiſque innaſcuntur: nam quæ folia florum vocari ſolebant, petala nunc ab omnibus Rei Herbariæ ſcriptoribus appellantur.

Folia ſpectari poſſunt ratione ſtructuræ, ſuperficiei, formæ, craſſitiei vel tenuitatis, inciſuræ, ſitus, & magnitudinis.

Ratione ſtructuræ, folia ſimplicia ſunt vel compoſita. *Simplicia* in alia folia nequaquam dividuntur, Pyro, Leucoio, Caryophyllo. *Compoſita* verò eidem pediculo vel coſtæ plurima adhæreſcunt, Roſæ, Apio, Angelicæ, Cannabi.

Ratione superficiei & formæ, folia plana sunt, convexa, globosa, lævia, aspera, villosa, hirsuta, aculeata. Folia *plana* ratione formæ, *orbiculata* sunt & quasi *circinata rotunditatis* [a] Nummulariæ: *Circinata & aurita* [b] Asaro: *Lanceolata* [c] Origano: [d] *Subrotunda* Androsæmo: [e] *Angulata* Bryoniæ Canadensi: *Lunata* Murucuiæ: *utrinque acuta* [f] Nerio: *Longa & angusta* [g] Caryophyllo, Graminique: *Ovata in acumen desinentia* [h] Cannabi luteæ fertili P. Alp. Folia *convexa* ratione formæ, *Cylindracea* sunt, *cava* seu *tubulata* Cepæ & [i] Asphodelo minori: *Cylindracea solida* Kali & multis Sedi speciebus: *Trigona* Ficoidi: *Angulata* Cereo Peruviano & Euphorbio: *Globosa* Melocacto: *Carinata* [k] Asphodelo majori.

a Tab. 447. fig 1
b Ibid. fig 2.
c Ibid. fig. 3.
d Ibid. fig. 4.
e Ibid. fig. 5.
f Tab. 448. fig. 6
g Ibid. fig. 7.
h Ibid. fig. 9.
i Tab. 447. fig. 9
k Ibid. fig. 10. 11.

Ratione crassitiei vel tenuitatis, *Carnosa* sunt Portulacæ & multis Sedi speciebus: *Crassa* & *Tomentosa* Verbasco: *Tenuia* Hyperico.

Ratione incisuræ, leviter vel altè inciduntur. Folia *leviter incisa* crenis vel subrotundis aut acuminatis secantur: vel *Denticulata* sunt *Serrataque* Rosæ: vel *Crispa* ut [l] Phyllitidi crispæ J. Bauh. aut *Undulata* ut [m] Linguæ Cervinæ maximæ, undulato folio auriculato per basim H. R. Par. Nonnulla *Tridentata* sunt, [n] Trifolio scilicet Hepatico C. B. & Aceri Monspessulano. Quædam [o] *Sagittata*, ut Sagittæ aquaticæ, seu Ranunculo folio sagittato. Folia *altè incisa* seu *multifida*, vel ad costam vel ad basim usque dividuntur, ad [p] Artemisiam, [q] Achantum, [r] Ceterac, [s] Melianthum accedentia. Folia [t] Bryoniæ Zeylanicæ, [u] Ricini, [x] Hellebori, incisuras habent ut manus humana, seu *Digitata* sunt, Gallis *Feüilles en éventail ouvert, ou en main ouverte.*

l Tab. 451. fig. 16.
m Ibid. fig. 17.
n Tab. 454. fig. 21.
o Tab. 455. fig. 23
p Tab. 450. fig 14.
q Tab. 452. fig. 18.
r Ibid fig 19.
s Tab. 453. fig. 20
t Tab. 450. fig 15.
v Tab. 454. fig. 22.
x Tab. 457. fig. 26.

Folia composita, vel pediculo insident, vel costæ adhærent simplici aut ramosæ. *Composita pediculo insidentia* bina sunt Fabagini; terna trifolio & [y] Elleboro Aldini; quina, vel plura Vitici, Quinquefolio, Tormentillæ. *Folia costæ simplici innascentia*, vel alterno ordine vel bina è regione disponuntur, unico interdum impari conjugationes claudente, ut in [a] Astragalo; nullo quandoque impari claudente, ut in [b] Orobo: nonnunquam conjugationes foliorum aliis minoribus interturbantur, quemadmodum in [c] Agrimonia observare est. Quæ costæ ramosæ innascuntur, avium volantium pennas non malè repræsentant, ut folia Apii, & [d] Angelicæ; vel tenuiter laciniata sunt ut [e] Fœniculi & [f] Mei.

y Tab. 456 fig. 24.
a Tab. 458 fig 27.
b Tab. 458. fig. 28.
c Tab. 459. fig. 29
d Tab 460 fig 30
e Tab. 184.
f Tab. 165.

Ratione situs, alterna, conjugata, verticillata dicuntur. Alaterno [g] *Alterna* sunt; [h] Phyllireæ *Pinnata* seu *bina ex adverso posita*; Rubiæ [i] *Verticillata*. Quæ pediculo carent, vel acuta basi cauli affiguntur, vel [k] aurita caulem amplectuntur, vel ab ipso caule transadigi videntur, ut [l] Perfoliata.

g Tab. 461. fig. 31
h Ibid fig. 32.
i Tab 462 fig. 33
k Tab. 462. fig. 34.
l Tab 463. fig. 35.

Ratione magnitudinis, *Amplissima* sunt Lappæ, Colocasiæ, Musæ; *Mediocria* Aro, Bistortæ; *Parva* Pomo, Pyro, Violæ; *Minima* Ericæ Hyperico, Cori, Polygono.

FOLLICULUS. Theca membranacea seu foliacea quæ fructum vel semen continet involutum, ut Alkekengi.

FORNICATUS, *Vouté.* Fornicis in modum arcuatus: unde petala florum fornicata.

FRUCTUS, inquit Ruellius, quod carne & semine compactum est, fre-

quenter tamen pro eo quod involucro perinde quasi carne & seminio coactum est, accipi solet. Fructus racematim compactus Tab. 465.

FRUTEX, *Arbrisseau*, dicitur planta perennis & gemmipara trunco ut plurimùm multiplici, quæ ad justam magnitudinem arboris non assurgit, ut Malus Punica, Rosa, cæteræve id genus.

GENICULUM. Articulus, Nodus: unde partes geniculatæ, articulosæ, nodosæ. Vide *Articulatio.*

GENUS PLANTÆ, pag. 50.

GLUMA, *Bâle.* Folliculus grani Cerealium.

HABITUS PLANTÆ. Vide *Facies plantæ exterior.*

HERBA, propriè loquendo, plantæ genus, cujus caulis singulis annis perit novo deinde renascente vel ab radice foliato, vel nudo, floribus & semine donato. *Herba annua* dicitur, quæ eodem anno nata flore fructuque perfectis moritur, ut frumenta. *Bima* verò, *Trimave*, quæ intra spatium duorum vel trium annorum sua tempora perficit. *Sempervirens*, quæ folia non deponit, nisi novis renascentibus, ut Viola. Quædam hyeme folia deponunt, sed restibili radicis fœcunditate regerminant, & nova folia promunt.

HERBARIUM, sive Hortum siccum appellant, collectionem plantarum exsiccatarum quæ in codicibus vel capsis asservantur, ut quavis anni tempestate inspici possint.

IMBRICATUS. *Plié en goutiere.* Folia imbricata dicuntur, quæ imbricis in modum cava sunt.

INFUNDIBULUM. Vas quo liquores infunduntur in alia vasa, coni inversi & in tubum tenuati effigie: unde flores *infundibuliformes* dicuntur, qui infundibuli formam præ se ferunt.

INTERNODIUM, ut ait Ruellius, dici consuevit, quod inter artus vel genicula medium intercedit.

JUBA. Effusam illam Arundinaceam Milii comam, jubam appellant, ut monet Ruellius, tum & similium plantarum.

IULUS, pag. 580.

LACINIÆ, Ex Ruellio, sunt partes extremæ particulatim decoris causâ concisæ, orarumque summarum cæsuræ: inde folia membratim per flexuras digesta vel nativis segminibus discreta, *laciniata* vocitantur. Multarum arborùm frondes laciniantur. Sambucus foliis laciniatis C. B.

LANUGO. Vide *Pappus.*

LOCULAMENTUM. *Loge*: idem quod cellula. Fructus in multa loculamenta divisus, hoc est in plures cellulas seu partes septis intermediis discretas.

LOCUSTA, *Paquet*, in Cerealium descriptione sumitur pro quolibet flore, granoque, gluma obvolutis: sic, ex Dioscoride, Avena dependentes veluti parvulas locustas bipedes gerere videtur.

MALICORIUM, ex Ruellio dicitur in Punica Malo, *Putamen*, quod ab usu cibario prorsus abhorret. Edules tamen intus concipit acinos. *Lib. 2. cap. 116.*

MALLEOLUS. *Crossette*, est novellus Palmes innatus prioris anni fla-

gello, cognominatus à ſimilitudine Malleoli. Vitis ſeri ſolet Malleolis.

MARGINATUS, *Bordé*. Semina marginata dicuntur, quorum limbus vel tenuior ſeu foliaceus, ut Leucoio, Lunariæ, aliiſque, vel craſſior & quaſi anulatus, ut Tordylio.

MONOPETALOS. Latinis *unifolius* : *d'une ſeule feuille*. Flos monopetalos.

MUCRO, inquit Ruellius, dici poteſt acumen in quod pars quæcumque deſinit. Vide *Turbo*.

MULTICAPSULARIS. Fructus multicapſularis, id eſt in plurimas capſulas diviſus.

MUSCARIUM. In orbem quoque, inquit Ruellius, radiatas Herbarum comas, cacuminaque in faſces collecta. Latini *Muſcaria* vocitarunt; à flabri ſimilitudine, cujus ventilatu muſcæ conviviis abiguntur. Flores Elychryſi, Eupatorii, in faſciculum laxum & orbiculatum collecti in muſcarium naſcuntur.

NOTA PROPRIA Sive generica plantarum, idem ac character.

NOTA SPECIFICA. Dicitur ea quâ ſpecies ejuſdem generis inter ſe diſtinguuntur : ſic Ranunculus pratenſis, erectus, acris C. B. notâ ſuâ ſpecica differt à Ranunculo montano, hirſuto, humiliori, Narciſſi flore C. B.

NUCAMENTUM. Idem ſonat quod flos Amentaceus. Cæterùm, ea quæ callo ſquamatim compactili pendent è ramis nucum, Roborum, Picearum appellantur *Nucamenta*, ex Ruellio.

NUCLEUS. Sumitur 1. pro parte eduli fructuum, quæ in oſſea capſula reconditur, ut in Amygdalo, Armeniaca : 2. pro cohærentibus bulbis in quos Allii caput extumuit, qui ſeorſim conſiti novam procreant ſobolem.

Tab. 206. OSSICULUM. Pars illa dura fructuum, in qua nucleus ſeu pars edulis ac mollior reconditur in Amygdalis, Armeniacis, Perſicis.

PALUS. Menſura eſt ſimul conjunctorum & cohærentium quatuor digitorum. Planta palmaris, ſemipalmaris, ſeſquipalmaris.

PANICULA. Ea florum ſeminumque Cerealium plantarum diſpoſitio, qua non in ſpicam colliguntur, ſed latiùs effunduntur.

PAPPUS & PAPPI, *Aigrette*. Lanugo illa, quæ ſeminibus Carduorum aliarumque inſidet, & in auras evaneſcere ſolet, ex plurimis tenuibuſque villis quaſi radiatim poſitis conſtans.

PEDALIS, id eſt peda longa. Planta pedalis, bipedalis, ſemipedalis, ſeſquipedalis. Pes in duodecim partes æquales dividitur, quarum quælibet *uncia* dicitur.

PEDICULUS. Sive, quod idem habetur, petiolus, ut ait Ruellius : id eſt quo folium, fructus, aut flos dependet.

PISTILLUM, pag. 70.

PLACENTA. Pars illa capſulis fructuum affixa, cui ſemen ipſum adhæreſcit & à qua alimentum ipſi ſubminiſtratur.

PLANTA. pag. 54. Planta eſt nomen genericum Arbori, frutici, ſuffrutici, herbæ conveniens. Planta *annua*, *bima*, *trima*, *perennis*, *ſemperviren*s.

Vide,

Vide *Herba*. Planta *maritima*, quæ in ora maris; *marina* verò, que in maris fundo gignitur: *palustris*, quæ paludibus delectatur: *montana*, &c.

POLYPETALOS: quasi multifolius. Flos polypetalos dicitur, qui ex multis petalis constat.

PULPA. Pars illa fructuum medullosa, quæ pultem crassitie sua refert. Pulpa Cassie & Tamarindorum.

PULVINUS, ait Ruellius, est quod inter versus aut sulcos eminulum protumet: dictus quòd quandam refert pulvinorum, in quibus sedemus, similitudinem.

PYRAMIDATUS, in Pyramidem assurgens. Placenta fructus Cynoglossi est Pyramidata.

RADIX Plantæ: pars terræ ut plurimum affixa, à qua nutrimentum foliis cauli, ramulis, cæterisque partibus per quosdam quasi tubulos impertitur. Radices spectari possunt ratione contextus, structuræ, & formæ.

Ratione contextus, aliæ *carnosæ* sunt, Lilio, [a] Croco, [b] Iridi; aliæ *carnosæ fibris intertextæ*, Eryngio, Fœniculo; nonnullæ lignosæ, Pyro, Pomo.

Ratione structuræ, vel fibratæ sunt, vel ex aliis radicibus compositæ, vel squamosæ, vel tunicatæ. *Fibratæ* vel *capillaceæ* sunt, seu capillitio donatæ ut [c] Cerealibus, vel ex fibris crassioribus coalescunt ut [d] Violæ, Primulæ veris; [e] nonnullæ ex his latè sparguntur & evagari poscunt.

Radices *ex aliis compositæ*, vel brachiatæ sunt, Quercui, Ulmo; vel fibris crassioribus constant quàm ut fibratæ dici possint, uti [f] Althææ; nonnullæ [g] *Napiformes* vocantur Asphodelo, Pæoniæ, in multa capitula extuberantes; aliæ *grumosæ*, ut nonnullis [h] Ranunculi speciebus. Aliæ *tuberosæ* in duplicem ordinem digestæ, quarum una alteri insidet, [i] Gladiolo scilicet & Croco. Aliis tubercula sunt ad altera affixa, [k] Fritillariæ scilicet, [l] Colchico. Radices [m] *squamosæ* ex plurimis squamis coalescunt axi cuidam affixis, vel denticulis tantùm inciduntur & squamosarum speciem præ se ferunt, ut [n] Dentariæ. [o] *Bulbosæ* ex tunicis conflantur se excipientibus, ideoque *tunicatæ* dicuntur, Cepæ, Narcisso, Hyacintho.

Ratione formæ, vel *sphericæ* & *tuberosæ*, [p] croco, [q] bulbocastano, [r] Cyclamini; vel *ovatæ* [s] Orchidi. Nonnullæ compressæ, & quasi *palmatæ*, nonnullis [t] Orchidis speciebus; rectæ ceu palus in terram depactæ, [u] Raphano; [x] geniculatæ, polygonato, Iridi.

RADICULA à recentioribus Physicis habetur pro tenui illa radice qua donatur corculum sive germen seminis in tubum prima germinatione sese explicans. Pars verò superior ejusdem tubi *pluma* vel *plumula* vocitari solet in caulem & frondes abitura.

SEMEN est plantæ pars, quæ terræ commissa similem plantam procreat à qua genita fuit. *Semen callosum*, quod cute veluti cartilagineâ obducitur, quale est semen Pyri, Mali, Cydoniæ; *Semence à pepin*: *semen osseum* è contra durum est Mespilo.

SEMIFLOSCULUS, pag. 74.

SEPTUM INTERMEDIUM, Vide *Loculamentum*.

a Tab. 468.
b Tab. 467.
c Tab. 470.
d Ibid
e Tab. 471.
f Tab. 481.
g Tab. 179. GG.
h Tab 473.
i Tab 190.
k Tab. 201.
l Tab. 82.
m Tab. 196.
n Tab. 110.
o Tab. 472.
p Tab 468.
q Tab. 181.
r Tab 468.
s Tab. 248. fig. 14.
t Tab. 248. fig. 15.
u Tab. 473. 469.
x Tab. 467.

SERRA. Vide *Crena.*

SILIQUA. Gousse, pag. 388.

SINUS. Vide *Ala.*

SPECIES PLANTÆ, pag. 50.

SPICA, *Epi.* Florum & seminum dispositio densa & oblonga accedens ad spicam Cerealium Tab. 464.

SPITHAME Græcis, Latinis auctore Plinio *Dodrans*, spatium est quod capit humana manus à summo pollice usque ad summum minimum digitum extensa: quæ mensura, quoniam in tres quartas humani pedis partes incurrit, *Dodrans* dicta est. *Lib. 7. cap. 3.*

STAMINA 69. 70.

STROBILUS. Sive conus propriè dicitur fructus Pinus.

STRIÆ. *Caneleures.* Partes quædam, ut ait Ruellius, & ut ita dicam femora sunt, quæ protuberant, sicuti cava, canaliculique. Striatus caulis dicitur, qui hujuscemodi striis est præditus, aut striaturis exasperatus.

STOLONES, *Drageons ou Petreaux.* Coliculorum soboles, inquit Ruellius, inutilisque fruticatio è radicibus, quibus evulsis plantantur Coryli, Sorbi, Mespili, Fici.

SUFFRUTEX, *Sousarbrisseau.* Planta perennis, dura, lignosa, frutice humilior, non gemmipara, ut Thymus, Salvia, Lavandula.

SURCULUS, ut ait Ruellius, quod ex ramis simplex ac individuum oritur, quale præsertim germen apparet: Gallis *Bourgeons.*

TALEA, *Bouture.* Ramus utrinque abscissus, qui in terram defixus pali instar radices agit. Salix, Sambucus.

TESTA, *Coque.* Tegmen tenue durum & fragile quorundam seminum,

THALAMUS. *Couche*, pag. 74.

TOMENTUM. Lanugo illa densa, quâ folia caulesque plurimarum plantarum obducuntur. Folia Verbasci tomentosâ lanugine pubent.

TRACHEÆ Plantarum, seu spirales fistulæ, sunt organa quædam tubulata à Clariss. Malpighio detecta, quæ aëri excipiendo à natura instituta videntur. Quælibet autem fistula aliud nihil est quàm lamella quædam tenuis G H in spiram convoluta & in tubum E angustata, cujus structura apertè declaratur volvendo candelam ceream exilem & perlongam circa digitum vel cylindrum quendam tenuem, adeo ut spiræ sibi mutuò adhærescant: sublato enim digito, vel cylindro tubus remanet tracheæ plantarum similis. Facilè quovis ferme anni tempore deprehenduntur fistulæ illæ spirales in Rosa, Viburno, Tilia, cæterisque; si earum surculi teneri fragilesque rumpantur, quo planè modo exhibetur surculus Rosæ A. B. Lanugo enim illa quæ inter partes disruptas occurrit, microscopii ope deprehenditur fasciculus trachearum, quarum spiræ ab invicem disjunctæ sunt, quales exhibentur Icone DC. Consule Malpighium, accuratissimum naturæ exploratorem, qui fusiùs de his agit. Quod ad usum trachearum attinet, ad alimenti motum urgendum comparatæ videntur: succum enim nutritium duabus potissimum de causis ad superiores plantarum partes ascendere probabile est: 1. à motu teriæ, quo juxta *Tab. 475.*

naturæ leges ultra terræ ſuperficiem longè impulſus in utriculos plantarum ſeſe inſinuat, ut cenſet præſtantiſſimus Philoſophus Petrus ſylvanus Regis Acad. Reg. Scientiarum ſocius, & præceptor meus admodum obſervandus: 2. aëris vi elaſticâ in tracheis concluſi: namque quò magis ille rareſcit aut denſatur diu noctuve, cœlo calidiori aut frigidiori, eò magis ab ampliaris aut auguſtatis tracheis vaſa utriculique viciniores ſucco nutritio turgentes comprimuntur, ideoque ſurſum vel deorſum, celeriùs aut tardiùs ille ferri debet.

TURBO, inquit Ruellius, inverſæ metæ ſpeciem exhibet, inde turbinata conſpicitur Pyrorum forma: ſic permulta herbarum folia in mucronem turbinantur, & inverſo habitu fructus nonnulli vel partes in turbinem mucronantur, quamvis in re idem eſſe mutatis ſolum formis nemo dubitabit. Namque ſi rem ex acumine in latius continuo duci contuearis, potiùs quàm ea ſit turbinis facies, dicetur turbinari: contrà, ſi rem elatiori figurâ in arctioem, protrahi contempleris, dum in acutum faſtigetur, aptiùs credetur mucronari.

TURIONES, *bourgeons*. Tenella plantarum cacumina: namque cùm vernum tempus appetit, inquit Ruellius, primo quoque foliorum pullulatu, præcluſis adhuc florum calycibus, quoſdam quaſi turiones olus ſubminiſtrat in quibus floris primùm, mox ſeminis fœtus concluditur.

VAGINA & VAGINULA. Theca, ſeu involucrum nonnullorum ſeminum, quod ad gladii vaginam accedit.

VALVÆ. Uſurpantur pro lamellis illis planis aut imbricatis quæ ſepto intermedio ſiliquarum utrinque adhæreſcunt, & dehiſcere ſolent tanquam fores bifidæ: ut in braſſica, Leucoio, cæteriſque obſervare eſt.

VERTICILLUM. Circinatus florum vel foliorum ambitus, ut ait Ruellius, qui cauliculos aut ramulos herbarum coronat, verticillum eſt, ab inſtrumenti muliebris ſimilitudine dictum quod fuſo vertendi gratia ſolitum eſt adhiberi: inde verticillatus & verticillatim. Flores Marrubii verticillati ſunt, vel verticillatim ad caulem poſiti: *Fleurs rangées par anneaux & par étages*.

VEXILLUM, pag. 74.

VIMEN quaſi vincimen, ut aiunt, omne virgultum lentum & flexile ad ligandum aptum: unde viminei caules & rami, hoc eſt lenti & flexiles.

VITICULÆ ſunt cauliculi humi jacentes & repentes, Fragariæ v. g. Quinquefolii, imò & plantarum cucurbitacearum; Gallis *jets rampans*.

UMBELLA, pag. 304. Tab. 158.

UMBILICUS & UMBO. Quidquid in aliqua re medium eſt, umbilicus appellatur, maximè ſi cavum ſit; ab umbilico humano ſimilitudine ductâ. Si verò eminens, umbo appellatur, eò quod mediæ partis clypeorum, quæ umbo dicitur, formam habeat. Inde fructus umbilicatus, flos umbone donatus.

UNCIA ſeu DIGITUS, *Pouce*. Sumitur nunc pro duodecima parte pedis: folium unciale, biunciale, ſemiunciale, ſeſquiunciale.

UNGUIS, *Onglet*. Ungues, ut ait Ruellius, in Roſis & foliatis floribus veteres intellexerunt imas ſuorum foliorum partes, quibus in capite ſuo cohærent decoloreſque dependent, Medicinæ plurimum damnatas, quòd nullo inſolatu conditi colorem vel odorem contraxerunt, & incocto inutili-

que referciantur humore. Quare flores exungulati, Oleis, Acetis, aut hujuſcemodi condituris adjiciuntur, ne facilè putrilaginem aſpergine contractâ ſentiant.

UNICAPSULARIS. Vide *Capſula.*

UTRICULUS. Sæpe uſurpatur pro capſula ſive loculamento, quandoque pro cellulis ſeu ſaccis in quibus ſuccus nutritius plantarum deponitur.

INDEX RERUM,
IN ISAGOGE CONTENTARUM.

INDEX
GENERUM PLANTARUM.

Prior numerus paginam, cæteri verò Tabulam indicant.

Garidella,

INDEX GALLICUS.

Prior numerus paginam, cæteri tabulam indicant.

INDEX
NOMINUM PLANTARUM,
quæ in propriis locis quæri debent.

Bamia

Extrait des Registres de l'Academie Royale des Sciences.

SUR le Rapport de Messieurs du Hamel, Dodart, & Morin, de l'Académie Royale des Sciences, qui avoient été priés d'examiner un Livre de Monsieur Tournefort, intitulé *Institutiones Rei Herbariæ*, la Compagnie a jugé que cet Ouvrage meritoit d'être imprimé. Fait en l'Assemblée le 3. Février 1700.

FONTENELLE, *Secretaire.*

JOSEPHI PITTON TOURNEFORT, AQUISEXTIENSIS,

Doctoris Medici Parisiensis, Academiæ Regiæ Scientiarum Socii, & in Horto Regio Botanices Professoris,

COROLLARIUM INSTITUTIONUM REI HERBARIÆ,

IN QUO

Plantæ 1356. munificentiâ LUDOVICI MAGNI *in Orientalibus Regionibus observatæ recensentur, & ad genera sua revocantur.*

REI HERBARIÆ STUDIOSIS,

JOSEPHUS PITTON TOURNEFORT S. D.

SEXCENTIS & ſeptuaginta tribus Plantarum generibus quâ potui diligentiâ definitis, earumque ſpeciebus 8846. ἐυμεθοδῶς recenſitis in Inſtitutionibus Rei Herbariæ, quæ jam ante triennium editæ ſunt; huc nervos omnes contendendos, huc induſtriam omnem conferendam exiſtimavi, Philobotani chariſſimi, ut novis plantarum generibus ac ſpeciebus βοτανικὴ, meæ à puero deliciæ, amplificaretur. At verò cum præſtantiſſimos hac in arte viros falcem in Europæas meſſes abundè jam injeciſſe animadverterem, nihil ſatius putavi quam Orientales luſtrare plagas, ut rariores plantas, eaſque maximè quas Medicinæ Principes adeo celebrarunt & ad medendum adhibuerunt, ad humanos uſus ex eorum monumentis revocarem, ſuiſque generibus adjungerem. Conſilium non tantum probavit, ſed etiam animos adjecit munificentiâ ſuâ Regum ille poſt hominum memoriam maximus LUDOVICUS MAGNUS, bonarum artium omnium & Medicinæ promovendæ ſtudioſiſſimus, adnitentibus ac patrocinantibus apud ipſum Illuſtriſſimis Viris, qui pro publica ſalute ſemper excubant, ſummo Galliarum ac Rei navalis Miniſtro, Academiæ Regiæ Scientiarum Præfecto DD. Hieronymo Phelypeaux Comite de Pontchartrain;

D.D. Guidone Crescentio Fagon Archiatrorum Comite; D.D. Joanne Paulo Bignon Comite Consistoriano, Academiæ Regiæ Præside. Quare tanti Principis mandatis incitatus, tantorum virorum commendatione confirmatus, amplo viatico litterisque commendatitiis instructus, duos viæ comites gaudii ac laboris participes mihi comparavi, non solum ex Academiæ Regiæ Scientiarum suffragio, sed ex animi mei sententia: primum quidem Andream Gundelsheimer Doctorem Medicum Germanum, egregiæ humanitatis virum, præclaræ ad virtutem indolis, exquisitæ doctrinæ, cujus diligentiam ne vel minima quidem herba fefellit unquam: alterum verò Claudium Aubriet Gallo-campanum, hominem officii plenum, honestum, bonum, plantas & animalia pingendi adeo peritum, ut perpaucos habeat pares, superiorem, quòd sciam, neminem.

Ergo Massiliâ solvimus Octavo Kal. Maii. Anno MDCC.

Prosequitur surgens à puppi ventus euntes,
Et tandem antiquis Curetùm allabimur oris. Æneid. 3.

[a] Cretam scilicet appulimus quinto Nonas Maii. Deinde [b] Cimolo, [c] Melo, [d] Siphno, [e] Seripho, [f] Paro, [g] Naxo, [h] Amorgo, [i] Io, [k] Anaphe, [l] Thera, [m] Therasiaque, [n] Mycono, [o] Delo, [p] Rheneia, [q] Syro, [r] Gyaro, [s] Ceo, [t] Helena, [u] Scyro, [x] Teno, [y] Andro, [z] Samo, [a] Patmo, [b] Chio, [c] Lesbo, aliisque Maris Ægæi insulis tum Pycladibus tum Sporadibus incredibili quadam cum voluptate sic peragratis, ut quacumque fere ingrederemur, in aliquam vel historiam vel plantam vestigium poneremus, Constantinopolim tandem accessimus. Postquam autem amplissi-

a *Candie.*
b *L'Argentiere.*
c *Le Milo.*
d *Sifamo.*
e *Serfo.*
f *Paros.*
g *Naxie.*
h *Amorgo.*
i *Nio.*
k *Nansio.*
l *Santorin.*
m *Isle vis-à vis de Santorin.*
n *Mycone.*
o *La petite Delos.*
p *La grande Delos.*
q *Syra.*
r *Joura.*
s *Zia.*
t *Macronisi.*
u *Skiro.*
x *Le Tine.*
y *Andros.*
z *Samos.*
a *Patmos.*
b *Scio.*
c *Metelin.*

mam illam civitatem seu potius orbis miraculum lustravissemus, Pontum Euxinum Trapezuntem usque ita superavimus naviculâ, ut quotidie appelleremus, ac plantis hac illac avidè exploratis, in orâ pernoctaremus nunc in Bithynia, nunc in Ponto, Paphlagonia, vel Cappadocia, nec unquam sine fructu. Non minori cum alacritate per Armeniam utramque, Iberiam seu Georgiam, Persarumque finitimas Provincias ac * Caucasi cubitos Caspiosve montes spatiati sumus, contemplatione pulcherrimarum rerum non recreati tantum, sed porro magis ac magis invitati. Itaque rursum in Armeniam reversi ad Olympum Asiæ montem pervenimus viâ per Galatiam seu Gallo-Græciam institutâ, ulteriusque progressi Mysiam, Phrygiam, Æolidem, Lydiam ac Ioniam adivimus, cujus civitatibus insignioribus Smyrna ac Epheso perlustratis, cùm jam pestis in Syria ac Ægypto dirè grassaretur, Galliam commodâ navi etiamsi parum secundis ventis adepti sumus. Vos nunc, Philobotani Charissimi, quas summo cum labore nec sine frequenti capitis discrimine collegimus herbas, orientales illas gazas (sunt enim plures 1300.) supervacuis opibus anteponendas nobiscum miremini ac fruamini in hoc Corollario ad genera sua relatas, in altera Editione Institutionum Rei Herbariæ ad cæteras species ejusdem generis aliquando referendas. Harum omnium descriptiones quibus disponendis ac perficiendis operam do, tum & cæterarum quas in Alpibus & Pyrenæis, Hispania ac Lusitania olim inveni collegique propediem in lucem emittentur, si cum vita valetudo & cum valetudine otium suppetat: atque etiam inducor in illam spem eas suis iconibus ornatum iri quibus

* αγκῶνες τῆς Καυκάσου *Strab. lib.* 11.

Res Herbaria carere nequit ſine magno ſui ſplendoris diſpendio. Valete interim, Philobotani chariſſimi, ac labores noſtros æqui bonique conſulite. Ego quod in me eſt deſiderari à vobis numquam patiar, ſi placere ſenſero officium meum. Mecum autem de felici, nec ut opinor, Rei medicæ inutili nec vobis ingrata peregrinatione D.O.M. gratias agite. Lutetiæ Pariſiorum ex Horto Regio. Poſtridie Kal. Januarii. M. DCCIII.

TABULÆ

TABULÆ GENERUM

RECENS INSTITUTORUM

IN HOC COROLLARIO.

COROLLARIUM INSTITUTIONUM REI HERBARIÆ.

PAG. 76. *Mandragoræ speciebus addenda sequens.*

Mandragora foliis asperis, fructu parvo, ovato & acuminato, floribus violaceis.

Eadem floribus subalbidis. *Prioris varietas.*

Pag. 77. speciebus Belladonæ addenda sequens.

Belladona Orientalis, foliis angustioribus, subhirsutis, flore magno.

Pag. 78. speciebus Polygonati addenda sequens.

Polygonatum Orientale, latifolium, flore parvo.

Pag. 80. speciebus Gentianæ addendæ sequentes.

Gentiana Orientalis, amplissimo & acutissimo Asclepiadis folio.

Gentiana Orientalis, foliis venosis, flore magno, candidissimo.

Gentiana Orientalis, foliis venosis, flore magno, ex albo virescente. *Prioris varietas.*

Gentiana Orientalis, minor, autumnalis, Myrtifolia, flore magno, cæruleo.

Pag. 82. Convolvuli speciebus addendæ sequentes.

Convolvulus Græcus, Sagittæ foliis, flore albo. *Convolvulus minimus, angusto auriculato folio Bocc. Mus. Tab. 33. in hortis satus faciem mutat, & ad Convolvulum minorem, arvensem C. B. Pin. plurimum accedit.*

Convolvulus argenteus, angustifolius, umbellatus, partim erectus, partim supinus. *Dorycnium P. Alp. Exot. 73.*

Convolvulus Orientalis, humilis, argenteus, latifolius, erectus & villosus.

Convolvulus Orientalis, argenteus, Althææ foliis angulatis.

Convolvulus Orientalis, humifusus, Pilosellæ foliis.

Convolvulus Orientalis, folio oblongo, flore suaverubente.

Pag. 85. Tithimali speciebus addendæ sequentes.

Tithymalus Creticus, Characias: angustifolius, villosus & incanus.

Tithymalus Creticus, supinus, Herniariæ folio.

Tithymalus Græcus, Amygdali folio acutissimo & glauco, caule purpureo.

Tithymalus Græcus, annuus, Valerianæ rubræ folio.

Tithymalus Græcus, Helioscopius, maximus, foliis eleganter crenatis.

Tithymalus Orientalis, palustris, tuberosa radice, Lathyridis facie.

Tithymalus Orientalis, latissimo folio, villosus, flore aureo, segmentis rotundioribus.

Tithymalus Orientalis, latissimo folio, villosus, flore lunato.
Tithymalus Orientalis, minimus Nummulariæ folio.
Tithymalus Orientalis, Anacampserotis folio, flore magno, cristato.
Tithymalus Orientalis, Anacampserotis folio tenuissime serrato, flore minori, non cristato.
Tithymalus Orientalis, latissimo folio glauco & glabro.
Tithymalus Orientalis, patulus & humilior, Salicis folio villoso.
Tithymalus Orientalis, Salicis folio, caule purpureo, flore magno.
Tithymalus Orientalis, Linariæ folio, humillimus.
Tithymalus Orientalis, longissimo & angustissimo folio.
Tithymalus Orientalis, Cyparissias, patulus, foliis superioribus hastatis, flore minimo.
Tithymalus Orientalis, Salicis folio, minor & glaber, fructu verrucoso.
Tithymalus Orientalis, Lini folio acutissimo.
Tithymalus arboreus, humilior & patulus, latiore folio.
Tithymalus arboreus, humilior & patulus, angustiore folio. *Prioris varietas.*

Pag. 90. Cotyledonis speciebus addendæ sequentes.

Cotyledon major, Cretica, flore albo. *Vulgaris varietas.*
Cotyledon major, Cretica, flore purpureo. *Vulgaris varietas.*
Cotyledon Cretica, tuberosa radice, flore luteo, parvo.

Pag. 91. Apocyni speciebus addendæ sequentes.

Apocynum Bithynicum, arbores altissimas scandens, folio subrotundo. *Periploca latifolia Wheel. Itin.*
Apocynum folio subrotundo, ex viridi & flavescente variegato.

Pag. 93. Periplocæ speciebus addenda sequens.

Periploca Orientalis, foliis longioribus & acutioribus. *Scamonea macroriza P. Alp. Exot. 61.*

Pag. 93. Asclepiadis speciebus addendæ sequentes.

Asclepias siliquâ bifido mucrone C. B. Pin. 303. *Asclepias Cretica Clus. Hist. App. 1. tom. 1. cclv.*
Asclepias Orientalis, latifolia, flore purpurascente, caule firmo.
Asclepias Orientalis, minima, flore ex atro-purpureo flavescente.
Asclepias Orientalis, latifolia, flore viridi.
Asclepias Orientalis, latifolia, inodora, flore flavescente, fructus mucrone bifido & introrsum incurvo.
Asclepias Orientalis, amplissimo folio scandens, flore vario.

Pag. 94. Malvæ speciebus addendæ sequentes.

Malva Cretica, minor, hirsuta.
Malva Cretica, annua, altissima, flore parvo, ad alas umbellato.
Malva Orientalis, erectior, flore magno, suave-rubente.

Pag. 97. Alceæ sepeciebus addendæ sequentes.

Alcea Cretica, hirsuta.
Alcea Orientalis, frutescens, foliis tripartitis flore parvo.

Pag. 102. *ſpeciebus Bryònia addenda ſequentes.*

Bryonia Cretica, maculata C. B. Pin. 297.

Bryonia Græca, Platani foliis.

Bryonia Orientalis, foliis amplioribus, lucidis & glabris, ſubtus hirſutis, magno fructu, nigro.

Pag. 102. *Tamni ſpeciebus addenda ſequens.*

Tamnus Cretica, trifido folio.

Pag. 104. *Cucumeris ſpeciebos addenda ſequens.*

Cucumis ſativus & ſerotinus, fructu villoſo.

Pag. 104. *Melonis ſpeciebus addenda ſequens.*

Melo ſerotinus & diu durans, fructu parvo, ſtriato, globoſo.

Pag. 106. *Anguria ſpeciebus addenda ſequentes.*

Anguria carne flaveſcente, ſemine nigro.

Anguria carne rubente, ſemine nigro, majori.

Anguria carne rubente, ſemine rubro, minori.

Pag. 108. *Campanula ſpeciebus addenda ſequentes.*

Campanula Cretica, caulibus ſupinis, foliis inciſis, flore oblongo.

Campanula Cretica, arvenſis, flore maximo.

Campanula Cretica, foliis longioribus, inciſis, flore magno.

Campanula Cretica, caulibus ſupinis, flore maximo, pelviformi.

Campanula Cretica, folio ſubrotundo, flore parvo.

Campanula foliis profunde inciſis, fructu duro. *Medium Dioſcoridis Rauvvolf.* 284.

Campanula foliis profunde inciſis, fructu duro, tomentoſa tota & incana.

Campanula ſaxatilis, foliis inferioribus Bellidis, cæteris Nummulariæ.

Campanula ſaxatilis, foliis inferioribus Bellidis, cæteris Nummulariæ ſubhirſutis, crenatis ac veluti rugoſis.

Campanula Græca, ſaxatilis, Bugulæ folio.

Campanula Græca, ſaxatilis, Jacobææ folio.

Campanula Orientalis, erecta, foliis oblongis, anguſtis, profunde crenatis.

Campanula Orientalis, pumila, repens, flore magno.

Campanula Orientalis, Limonii minimi facie, flore patulo.

Campanula Orientalis, maxima, floribus conglobatis in foliorum alis.

Campanula foliis Cymbalariæ criſpis, Montis Olympi.

Campanula Orientalis, foliis Blattariæ ſubhirſutis.

Campanula Orientalis, erecta, Alliariæ folio, flore albo, pyramidato.

Campanula Orientalis, ſaxatilis, foliis Cymbalariæ, flore magno.

Campanula Orientalis, monanthos, Lychnidis folio.

Campanula Orientalis, foliorum crenis amplioribus & criſpis, flore patulo, ſubcæruleo.

Campanula Orientalis, foliorum crenis amplioribus & criſpis, flore patulo, albo. *Prioris varietas.*

Campanula Orientalis, folio longo, rigido, aſpero, flore ſurſum ſpectante.

Campanula Orientalis, ſaxatilis, argentea, Leucoii folio.

Campanula Orientalis, anguſtifolia, capitulo Papaveris Rhœados.
Campanula Orientalis, ſphærocephalos, anguſtiore folio, flore cæruleo.
Campanula Orientalis, foliis Ptarmicæ, flore oblongo.
Campanula Orientalis, Linifolia, flore magno.
Campanula Orientalis, anguſtifolia, pumila, floribus cæruleis, uno verſu diſpoſitis.
Campanula Orientalis, anguſtifolia, pumila, floribus albis, uno verſu diſpoſitis. *Prioris varietas.*
Campanula Orientalis, maxima, ſubhirſuta, flore maximo, purpuraſcente.
Campanula Orientalis, maxima, ſubhirſuta, flore maximo, albo. *Prioris varietas.*
Campanula Orientalis, multicaulis, anguſtifolia, flore parvo.
Campanula Orientalis, altiſſima, flore parvo, piramidato.
Campanula Orientalis, foliis inciſis, flore minimo & multiplici.

Pag. 113. *Rapunculi ſpeciebus addendæ ſequentes.*

Rapunculus Creticus, Petromarula flore albo.
Rapunculus Orientalis, foliis anguſtis, dentatis.
Rapunculus Orientalis, anguſtifolius, multicaulis, totus floridus.
Rapunculus Orientalis, Campanulæ pratenſis folio.
Rapunculus Orientalis, foliis longioribus, aſperis & rigidis.
Rapunculus Orientalis, altiſſimus, foliis glabris & rigidis.
Rapunculus Orientalis, Heſperidis folio.

Pag. 113. *Rubiæ ſpeciebus addendæ ſequentes.*

Rubia Cretica, fruteſcens, tenuifolia. *Rubia arboreſcens P. Alp. Exot.* 110.
Rubia Cretica, folio ampliſſimo, aſpero.

Pag. 114. *Aparines ſpeciebus addendæ ſequentes.*

Aparine Græca, vulgari ſimilis, folio latiſſimo.
Aparine Græca, ſaxatilis, incana, tenuifolia. *Gallium montanum, Creticum P. Alp. Exot.* 166.
Aparine Samia, ſaxatilis, latifolia, & incana.
Aparine Samia, minor, annua, floribus in capillamenta abeuntibus.
Aparine Orientalis, minor & incana, multiflora, flore albo.

Pag. 114. *Gallii ſpeciebus addendæ ſequentes.*

Gallium ſaxatile, folio peramplo, glauco.
Gallium Creticum, annuum, tenuifolium, flore albido.

Pag. 115. *Cruciatæ ſpeciebus addendæ ſequentes.*

Cruciata Cretica, fruticoſa, flore albo. *Gallium montanum, alterum, P. Alp. Exot.* 293.
Cruciata Orientalis, latifolia, erecta glabra.
Cruciata Orientalis, latifolia, foliis ſubhirſutis, flore purpuraſcente.
Cruciata Orientalis, latifolia, foliis ſubhirſutis, flore ſubcæruleo.
Cruciata Orientalis, glabra, humifuſa.

Pag. 116. *Quamoclit ſpeciebus addenda ſequens.*

Quamoclit minima, humifuſa, paluſtris, Herniariæ folio *Anthyllis P. Alp.*

Exot. 157. *quæ idcirco ex ſpeciebus Alſines excludenda pag.* 665.

Pag. 117. *Hyoſcyami ſpeciebus addendæ ſequentes.*

Hyoſcyamus Orientalis, Betæ folio, tuberoſa radice.

Hyoſcyamus minor, albo ſimilis, umbilico floris atro- purpureo. *Hyoſcyami alterum genus in maritimis Cæſalp.* 345.

Hyoſcyamus major, albo ſimilis, umbilico floris atro-purpureo.

Hyoſcyamus Creticus, luteus, major. C. B. Prodr. 92. *Hyoſcyamus aureus P. Alp. Exot.* 99. *Hyoſcyamus albus, Creticus Cluſ. Hiſt. lxxxiiij & Hyoſcyamus Creticus alter, Ejuſdem idem ſunt. Hinc ſequitur Hyoſcyamum Creticum, luteum, majorem C. B. Pin.* 169. *à minori nequaquam ſejungendum eſſe.*

Pag. 119. *Pervincæ ſpeciebus addendæ ſequentes.*

Pervinca Orientalis, latifolia, villoſa, flore magno.

Pervinca Orientalis, latifolia, villoſa, flore parvo.

Pervinca Orientalis, anguſtifolia, villoſa.

Pag. 122. *Centaurii minoris ſpeciebus addenda ſequens.*

Centaurium minus, Creticum, flore oblongo, è viridi flaveſcente.

Pag. 123. *Androſaces ſpeciebus addendæ ſequentes.*

Androſace Orientalis, foliis Valerianellæ undulatis & criſpis.

Androſace Orientalis, Coronopi folio. *Prioris varietas.*

Androſace Orientalis, foliis Coris, flore odoratiſſimo.

Pag. 124. *Primulæ veris ſpeciebus addendæ ſequentes.*

Primula veris minima, Lactucæ folio, radice Aniſum redolente.

Primula veris Orientalis, Hormini folio.

Primula veris Orientalis, Cimices redolens.

Primula veris Orientalis, Lactucæ folio, flore umbellato, purpureo.

Primula veris Orientalis, caule altiſſimo, folio anguſtiſſimo, flore umbellato purpureo.

Pag. 126. *ſpeciebus Plantaginis addendæ ſequentes.*

Plantago Cretica, minima, tomentoſa, caule adunco. *Holoſteum ſeu Leontopodium Creticum C. B. Pin.* 190. *Leontopodium P. Alp. Exot.* 114.

Plantago Chia, albida, Monſpelienſi ſimilis, folio vix ſeſquilineam lato.

Plantago Græca, folio rigido, leviter dentato, anguſto, caule altiſſimo.

Plantago Orientalis, Scorzoneræ folio.

Pag. 130. *Rubeolæ ſpeciebus addendæ ſequentes.*

Rubeola Cretica, ſaxatilis, fruticoſa, Gallii folio, flore purpuro violaceo.

Rubeola Cretica, ſaxatilis, fruteſcens, flore flaveſcente.

Rubeola Cretica, incana, floribus purpuraſcentibus.

Rubeola Cretica, fœtidiſſima, fruteſcens, Myrtifolia, flore magno, ſuaverubente.

Rubeola Orientalis, fœtida, fruticoſa, Serpillifolia, flore parvo, ſuaverubente.

Rubeola Orientalis, minima, flore purpuraſcente.

Rubeola Orientalis, foliis Gallii, flore multiplici ex viridi flaveſcente.

Pag. 131. *Valerianæ ſpeciebus addendæ ſequentes.*

Valeriana tuberoſa Imperati 656. *J. B.* 3. 207.

Valeriana Orientalis, Alliariæ folio, flore albo.
Valeriana Orientalis, Sisymbrii Mathioli folio.
Valeriana Orientalis, minima, flore leucophæo.
Valeriana Orientalis, angustifolia, floribus & radice Valerianæ hortensis.

Pag. 132. Valerianellæ speciebus addendæ sequentes.

Valerianella Cretica, fructu vesicario.
Valerianella Orientalis, fructu parvo, corniculato.

Pag. 133. Borraginis speciebus addendæ sequentes.

Borrago Cretica, flore reflexo, elegantissimo, suaverubente.
Borrago Constantinopolitana, flore reflexo, cæruleo; calyce vesicario.

Pag. 133. Buglossi speciebus addendæ sequentes.

Buglossum Creticum, humifusum, acaulon, perenne, Echii folio angustissimo.
Buglossum Samium, frutescens, foliis Rorismarini obscurè virentibus, lucidis & hirsutis. *Anchusa arborea P. Alp. Exot. 69.*
Buglossum Chium, arvense, annuum, Lithospermi folio, flore cæruleo.
Buglossum Orientale, erectum, foliis undulatis, flore amœne cæruleo.
Buglossum Orientale, angustifolium, altissimum.
Buglossum Orientale, flore luteo.
Buglossum Orientale, angustifolium, flore parvo, cæruleo.

Pag. 135. Echii speciebus addendæ sequentes.

Echium Creticum, latifolium, flore atro-purpureo.
Echium Orientale, folio oblongo, molli & cinericio.
Echium Orientale, Verbasci folio, flore maximo, campanulato.
Echium Orientale majus & asperius, flore leucophæo.

Pag. 136. Pulmonariæ speciebus addendæ sequentes.

Pulmonaria Chia, Echii folio verrucoso, calyce vesicario, flore albo.
Pulmonaria Lesbia, Echii folio verrucoso, calyce vesicario, flore cæruleo.
Pulmonaria Orientalis, calyce vesicario, foliis Echii, flore purpureo, infundibuliformi.
Pulmonaria Orientalis, calyce vesicario, foliis Echii, flore albo, infundibuliformi.

Pag. 137. Lithospermi speciebus addendæ sequentes.

Lithospermum Orientale, latifolium, repens, flore magno.
Lithospermum Delium, arvense, minus, supinum, flore minimo, albo.
Lithospermum Orientale, Leucoii folio, flore cæruleo, parvo.
Lithospermum Orientale, latifolium, flore suaverubente.

Pag. 138. Symphyti speciebus addendæ sequentes.

Symphytum Creticum, Echii folio angustiore, longissimis villis horrido, flore croceo. *An Echium Creticum P. Alp. Exot. 129? qui flores luteos & Anchusæ similes describit, sed infeliciter à Pictore expressi sunt.*
Symphytum Orientale, Echii folio ampliore, longissimis villis horrido, flore croceo.
Symphytum Orientale, Echii folio, flore albo, tenuissimo.
Symphytum Orientale, Echii folio minori, flore nunc albo, nunc flavescente,

Symphytum Orientale, Oleæ folio argenteo, flore flavescente.
Symphytum Orientale, Oleæ folio cinereo & hirsuto.
Symphytum Orientale, angustifolium, flore cæruleo.
Symphytum Constantinopolitanum, Borraginis folio & facie, flore albo.
Symphytum Orientale, folio subrotundo aspero, flore cæruleo.
Symphytum Orientale, folio subrotundo, aspero, flore cæruleo, odoratissimo.

Pag. 138. *Heliotropii speciebus addendæ sequentes.*

Heliotropium majus, villosum, flore magno, inodoro.
Heliotropium humi fusum, flore minimo, semine magno.
Diosc. lib. 4. *cap.* 194.

Pag. 139. *Cynoglossi speciebus addendæ sequentes.*

Cynoglossum Orientale, vulgari simile, foliis sesquipedem longis, & pedem latis.
Cynoglossum Orientale, vulgari simile, flore minimo, longis staminibus donato.
Cynoglossum Orientale, angustifolium, flore minimo, longis staminibus donato.
Cynoglossum Orientale, flore roseo, profunde laciniato, calyce tomentoso.
Cynoglossum Orientale, Echii folio, flore cæruleo, minimo, fructu umbilicato, aspero.
Cynoglossum Orientale, minus, flore campanulato, cæruleo.
Cynoglossum Orientale, Glastifolium, flore atro cæruleo.
Cynoglossum Orientale, Plantaginis folio, flore minimo.
Cynoglossum Orientale, Buglossi folio, fructu umbilicato, cristato.

Pag. 140. *Omphalodis speciebus addenda sequens.*

Omphalodes Orientalis, Corni folio.

Pag. 140. *Plumbaginis speciebus addenda sequens.*

Plumbago Orientalis, Lapathi folio, flore minore, albido.

Pag. 141. *Lysimachiæ speciebus addendæ sequentes.*

Lysimachia Orientalis, lutea, canescens & villosa.
Lysimachia Orientalis, lutea, flore maximo.
Lysimachia Orientalis, angustifolia, flore purpureo.

Pag. 142. *Anagallidis speciebus addenda sequens.*

Anagallis Cretica, vulgari simillima, flore luteo.

Pag. 143. *Veronicæ speciebus addendæ sequentes.*

Veronica Chia, Cymbalariæ folio, verna, flore albo, umbilico virescente.
Veronica Constantinopolitana, incana, Chamædryos folio.
Veronica Orientalis, foliis Hederæ terrestris, flore magno.
Veronica Orientalis, erecta, Gentianellæ foliis.
Veronica Orientalis, elatior, Gentianellæ foliis, flore majore albido.
Veronica Orientalis, Ocimi folio, flore minimo.
Veronica Orientalis, minima, foliis laciniatis.
Veronica Orientalis, Polygalæ folio.
Veronica Orientalis, Telephii folio.

Pag. 146. *Crysosplenii speciebus addenda sequens.*

Chrysosplenium Orientale, Gei facie, magno fructu.

Pag. 146. Verbasci speciebus addenda sequentes.

Verbascum Creticum, spinosum, frutescens. *Verbascum spinosum Creticum D. I. Monnel. Lob. Illustr. 113. Glastivida prima di Candia Pond. Bald. Ital. 114. Leucoium spinosum P. Alp. Exot. 36. Leucoium Creticum, spinosum, incanum, luteum C. B. Pin. 201.*

Verbascum Græcum; fruticosum, folio sinuato, candidissimo.

Verbascum Orientale, candidissimum, undulatum, crispum, ac veluti verrucosum.

Verbascum Orientale, maximum, candidissimum, ramis candelabrum æmulantibus.

Verbascum Orientale, Conyzæ, folio, flore micante è ferrugineo ad aureum colorem vergente.

Verbascum Orientale, Betonicæ folio, flore magno.

Verbascum Orientale, angusto & oblongo folio.

Verbascum Orientale, foliis subrotundis, candidissimis.

Verbascum Orientale, Sophiæ folio.

Pag. 147. Blattariæ speciebus addendæ sequentes.

Blattaria Orientalis, Bugulæ folio, flore maximo, virescente, lituris luteis in semicirculum striato.

Blattaria Orientalis, Verbasci folio, flore maximo, intensè violaceo.

Blattaria Orientalis, Agrimoniæ folio.

Pag. 148. Solani speciebus addenda sequens.

Solanum Creticum, frutescens, Chenopodii folio.

Pag. 154. Cyclaminis speciebus addenda sequens.

Cyclamen amplissimo folio, cordiformi, sericeo & variegato.

Pag. 156. Pimpinellæ speciebus addenda sequens.

Pimpinella Orientalis, villosissima.

Pag. 158. Ari speciebus addendæ sequentes.

Arum Samium, amplissimo folio, Dracunculi flore.

Arum Orientale, latifolium, obscure virens maculis dilutioribus notatum.

Arum Orientale, autumnale, angustifolium, flore magno, atropurpureo.

Arum Orientale, angustifolium, acaulon ferme, flore purpurascente.

Pag. 160. Dracunculi speciebus addenda varietas sequens.

Dracunculus polyphyllus, foliis lituris albicantibus obliquis, notatis.

Pag. 161. Arisari speciebus addenda varietas sequens.

Arisarum latifolium, alterum, maculis albis variegatum.

Pag. 162. Aristolochiæ speciebus addendæ sequentes.

Aristolochia Cretica, scandens, altissima, Pistolochiæ foliis. *Aristolochiæ quartum quoddam genus arbores scandens Bellon. Obs. lib. 1. cap. 17.*

Aristolochia Cretica, flore maximo, fructu angulato.

Aristolochia Orientalis, clematitis; recta, flore longissimo.

Aristolochia Chia, longa, folio minori, subrotundo, flore tenuissimo.

Aristolochia Chia, longa, subhirsuta, folio oblongo, flore maximo.

Aristo-

Aristolochia Orientalis, rotunda, folio oblongo, cordiformi, flore tubulato, luteo.
Aristolochia Orientalis, humilis, amplissimo folio.

Pag. 163. Rapuntii speciebus addenda sequens.

Rapuntium Creticum, minimum, Bellidis folio, flore maculato.

Pag. 165. Digitalis speciebus addenda sequens.

Digitalis Orientalis, Tragopogi folio, flore albido.

Pag. 166. Scrophulariæ speciebus addendæ sequentes.

Scrophularia Cretica, aquatica, major, villosa.
Scrophularia Cretica, frutescens, folio vario, crassiori.
Scrophularia glauco folio, in amplas lacinias diviso.
Scrophularia Græca, frutescens & perennis, Urticæ folio.
Scrophularia Ephesia, Lunariæ folio, flore rubro.
Scrophularia Orientalis, Glaucii & Matricariæ folio.
Scrophularia Orientalis, minor, Melissæ folio.
Scrophularia Orientalis, foliis Cannabinis.
Scrophularia Orientalis, minima, folio subrotundo.
Scrophularia Orientalis, amplissimo folio, caule alato.
Scrophularia Orientalis, Tiliæ folio.
Scrophularia Orientalis, Chrysanthemi folio, flore minimo, atropurpureo.
Scrophularia Orientalis, Chrysanthemi folio, flore minimo, variegato.

Pag. 167. Antirrhini speciebus addenda sequens.

Antirrhinum Creticum, angustifolium, flore maximo, purpureo.

Pag. 168. Linariæ speciebus addendæ sequentes.

Linaria Constantinopolitana, Lini sativi folio, flore luteo.
Linaria Patmia, maritima, Cymbalariæ folio.
Linaria Orientalis, Coris folio, flore leucophæo.
Linaria Orientalis, flore luteo, maximo.
Linaria Orientalis, Lilii Persici foliis, florum spicâ densissimâ & pyramidatâ.
Linaria Orientalis, latissimo folio, floribus Linariæ vulgaris.
Linaria Orientalis, vulgari similis, folio longissimo.
Linaria Orientalis, erecta, angusto oblongo folio, flore aureo.
Linaria Orientalis, foliis Linariæ vulgaris, flore cæruleo, palato carente.

Pag. 171. Pedicularis speciebus addendæ sequentes.

Pedicularis Cretica, maritima, amplioribus foliis & floribus.
Pedicularis Cretica, annua, minima, floribus vix conspicuis.
Pedicularis Cretica, spicata, maxima, lutea.
Pedicularis Orientalis, flore magno, flavescente, Asphodeli radice.
Pedicularis Orientalis, minima, flore albido.
Pedicularis Orientalis, supina, folio trifido, flore magno, flavescente.
Pedicularis Orientalis, annua Psyllii folio, flore luteo.
Pedicularis Orientalis, annua, Psyllii folio, flore flavescente.
Pedicularis Orientalis, Asphodeli radice, flore longo, angusto & flavescente.

Pag. 174. Polygalæ speciebus addendæ sequentes.

Polygala Cretica, vulgari ſimilis, flore albido, longiore.
Polygala Orientalis, ſupina, Myrtifolia, flore cæruleo.
Polygala Orientalis, ſupina, Myrtifolia, flore purpureo.
Polygala Orientalis, Linifolia, flore magno, purpureo.
Polygala Orientalis, Linifolia, flore magno, albo.

Pag. 175. Orobanches ſpeciebus addendæ ſequentes.

Orobanche Cretica, altiſſima, flore parvo, denſiſſimo, ex albo & ſubcæruleo variegato.
Orobanche Cretica, non ramoſa, caule tenui, flore parvo, ſubcæruleo.

Pag. 176. Acanthi ſpeciebus addenda ſequens.

Acanthus Orientalis, humillimus, foliis pinnatis, aculeatis.

Pag. 177. Phlomidis ſpeciebus addendæ ſequentes.

Phlomis Cretica, fruticoſa, folio ſubrotundo, flore luteo. *Verbaſculum Salvifolium P. Alp. Exot.* 108.
Phlomis Samia, herbacea, Lunariæ folio.
Phlomis Orientalis, foliis laciniatis.
